Q. tunc non erit amplius obbrobriũ: aut erubescentia ecclesie sanctorum: sicut aliquando: sed decus sublimitas ⁊ maiestas: quia gentes conuerse ad regẽ Christum conferent gloriaꝫ ⁊ honorem suuꝫ in illam clarissimam ciuitateꝫ: vt possint ⁊ ipse esse participes glorie ipsius: ⁊ prosternent se humiliter vestigijs sanctorũ deprecantes vt earum memores sint in orationibus suis. fo.227.la.1

Q. non semper nomine spiritus intelligẽda est tertia persona trinitatis: sed aliq̃n pro dono spiritus sancti: vt in Helyseos cum dicit. Oro vt fiat spiritus tuus duplex in me. fo.227.la.2

Q. Christus est lignum vite: in se simplex sed multiplex in palmitibus seu etiam in propaginibus suis. fo.227.la.2

Q. sine operibus pietatis: fides mortua ẽ ⁊ doctrina inutilis. fo.228.la.2

Q. huius verbi. Ego sum. A. ⁊ ω i. principium ⁊ finis: ter in hoc libro repetitio facta est: vt intelligamus: veluti p tres solemnes gradus peruenire nos oportere ad plenam notitiam deitatis: sm ꝙ tribus vicibus ⁊ tribus modis facta est reuelatio sancti spũs. s. in colũba: isufflatione ⁊ igne. fo.228.la.2

Q. stole quibus induimur: sunt opera iustitie que tamen sepe polluũtur: velut sanguine mortuorum dum inter bona opera que agimus multa quibus polluantur: quottidie committimus mala. folio. 229.la.1

Q. Christus sꝫ ꝙ homo dicitur stella sm vero ꝙ deus sol dicitur: ⁊ sꝫ ꝙ stella matutina precedit aduentum solis: ita reuelatio ⁊ manifestatio humanitatis ipsius processit ostensionem maiestatis: quia est verus Homo ⁊ verus Deus Christus Jesus. fo.229.la.1

Q. beatus Joannes sciẽs: ꝙ animales homines scandalizarentur de verbis huius libri non intelligentes alta mysteria ⁊ ꝓfundas intelligẽtias que in eo sunt: putarentqꝫ opus pietatis addere vel minuere textui in aliq̃bus locis: protestatur ⁊c. fo.229.la.2


Q. auctor petit a domino veniam si aliter q̃ꝫ ipse voluit: ⁊ ei placuerit in aliq̃bus locis presumpserit loqui: quia ipse scit ꝙ solum timor ⁊ amor eius coegit ipsuꝫ presummere: ei gratias referẽs ꝙ decursis tot ac tantis pelagis eum ad portum perduxit. fo.229.la.2

Q; auctor obsecrat fideles dicens. Obsecro et vos fideles vt sicut ego p vestra salute laborem tanti oneris assumpsi cupiens dare vobis significationem vt fugiatis a facie arcus: ita et vos mihi manu mie porrigatis: quatenus si in hoc aut alijs opusculis meis erraui sicut homo (licet in consciētia nō habeā:) ill q bonus est mihi indulgeat. f. 230. la. 1

Q; auctor ex mandato romane ecclesie: ac eius licentia: hoc opus scripsit cuius auctoritati se in oibus submittit. fo. 230

Q; si aliqua dicta in hoc opere minus bene forte videt habere: ac p hoc ab emulis trahi possent ad illicitū intellectu: requerat diligenter defensor veri in alijs suis opusculis et inueniet sufficienter. folio. 230. la. 1


Explicit Tabula octaue et vltime partis huius operis Abbatis Joachim.



¶ Incipit epistola prologalis dñi Abbatis Joachiꝫ florensis omniuꝫ opusculoꝝ suoꝝ tã cõpilatoꝝ q̃ꝫ cõpilandoꝝ ab eo omniũqꝫ iuditio ac examini romanę ecclesię pręsentãdoꝝ sub protestatione mãdãtis suis fratribus: casu quo accidat eũ e vita decedere anteq̃ꝫ huiusmodi opuscula ab ecclesia approbarentur.




Niuersis q bus littere iste ostense fuerint: frater Joachiꝫ dictus abbas de flore: eternam in dño salutem. Sicut ex literis dñi pape quondã clemẽtis (que apud nos sunt) percipi põt ex mandato dñi pape Lucij ⁊ dñi pape Urbani: visus suꝫ aliqua scriptitasse: ⁊ hucusqꝫ ⁊ quod occurret ad gloriã dei ⁊ vtilitatem legentiũ scriptitare nõ desitio: Deniqꝫ librũ cõcordie quinqꝫ voluminibus incisuꝫ: expositionẽ apocalipsis octo partium titulis insignitã. Psalterium decem cordaꝝ tribus voluminibus cõprehensuꝫ: prout deus inspirauit ⁊ facultas affuit ingenij: ad consumationeꝫ perduxi: preter alia que in paruis libellis: seu contra iudeos: seu contra catholice fidei aduersarios comprehendi: ⁊ si aliud diuꝫ suꝫ in hoc corpore: posse datur ad edificationeꝫ fideliũ xp̃i: ⁊ maxime monachoꝝ: dare operã nõ postpono: Quia vero pro angustia temporꝝ: non potui hucusqꝫ opuscula ipsa preter librũ concordie apostolico arbitrio: presentare vt ab eo corrigerentur: siquis ibi q̄ non abnuo ⁊ si mihi conscius non sum occurrerint corrigẽda: ⁊ incertus est homini numerus dierum suoꝝ. Si me contigerit prius egredi ex hac luce: q̃ꝫ ea possiꝫ: s̄m q̄ accepi in mãdatis: siq̄dẽ ea cõditione suscepi dictanda vt meus











quidem labor eius vero in eis esset omni/
modo magisteriuz sedi apostolice p̄senta/
re: Rogo ex parte omnipotētis dei: co ab
bates meos ꝛ p̄ores ꝛ ceteros fratres me
tuētes dn̄m: ꝛ ea qua posse videor aucto
ritate precipio: quatenus p̄n̄s scriptū aut
exemplar habētes secum: ac si pro testamē
to opuscula que hactenus cōfecisse vide/
or: ꝛ si quid me de nouo vsq3 ad diem obi
tus mei cōtigerit scriptitare (q̄3 citius po
terint collecta omnia relictis in salua cu/
stodia exemplaribus apostolico examini
representent recipiētes ab eadem sede vi
ce mea correptionez: ꝛ exponētes ei meaz
circa ipsam: deuotionem ꝛ fidem: ꝛ q̄d ea
semp tenere paratus sim: que ipsa statuit:
vel statuerit: nullamq3 meaz opinionē cō
tra eius defendere sanctā fidem: credens
ad integrū que ipsa credit ꝛ tam in mori/
bus q̄3 in doctrina eius suscipiens corre/
ptionem abijciens quos ipsa abijcit: susci
piens quos suscipit ipsa credēsq3 firmiter
nō posse portas inferi preualere aduersus
eam: ēt si eam ad horaz turbari ꝛ procellis
agitari cōtingat non deficere fidē ei⁹ vsq3
ad ꝯsumationem seculi. ROBORATIO.
Hoc scriptum feci ego abbas Joachim ꝛ
ꝓpria manu roboraui. anno dominice in/
carnationis. M.C. ꝛ sic me tenere cōfiteor
sicut in eo continetur. SVBSCRIPTIO.
Ego frater Joachim Abbas floris.

¶ Breue admonitoriū seu preceptorium
sūmi pōtificis vt q̄3citius perficiat expō/
nez Apocalipsis ꝛ se pontifici presentet.

Clemēs ep̄s seruus seruoꝝ dei. Di
lecto filio Joachi3 Abbati: de cu/
ratio: salutē ꝛ ap̄licā bn̄dictionē.
Canonis suadet ꝛ debitū euāgeli
ce charitatis: vt in cūctis actibus nr̄is: ad
id plurimū itēdamus q̄liter s̄m veritatis
euangelice testimonium: opera nr̄a bona
luceant coraz hominibus: vt ex eis profi
ciendi materiā capiant ꝛ exemplum quū
igitur iubente ꝛ exhortante bone memo
rie lucio papa predecessore nostro: exposi
tionem Apocalipsis ꝛ opus concordie in
choasse: ꝛ postmodū auctoritate dn̄i pa/
pe Urbani successoris ipsius composuisse
dicaris: caritatē tuā monemus ꝛ exhorta
mur in dn̄o p apostolica scripta mandan
tes: quatenus laboribus tuis i hac parte
peroptatum ꝛ debitum finem imponens
(gratia dn̄i prosequēte) ad vtilitatem pro
ximoꝝ opus illud cōplere ꝛ diligēte stu/
deas emēdare veniensq3 ad nos q̄3 citius
oportunitas aderit: discussioni apostoli/
ce sedis ꝛ iuditio. vt presentes: Si. n. ve/
lis in abscōdito retinere: diligenti cura
prospitias: qua possis sūmi patrisfamilias
offensaz de talento scientie tibi credito:
satisfactione placare. Datū late. sexto idus
iunij. Pontificatus nostri anno p̄mo.

¶ Incipit ꝓlogus dompni Joachi3 Ab
batis florēsis in expōnē libri Apocalipsis.

Quam propensioribus studijs
a viris catholicis ꝛ orthodo/
xis certatū sit: vt nouiter exor
tam ecclesiaz preceptis humi/
lioribus instituerent: ꝛ iacentez adhuc ꝑ
tempore (in cunabulis fidei lactis potu
nutrirent: illoꝝ que per cursum tēporū:
ad nos vsq3 deriuata sunt opera celestiu3
doctrinis vberū fecundata testantur: Ta
lia nempe illos tunc temporis oportebat
docere talia (spiritu sancto suggerente) de
scribere q̄lia lactenti hebreoꝝ (ꝛ paruule:
in expteq3 a cibo solido) cōueniret: vt nō
prius ad alta misteria ruitura ꝯscenderet
q̄3 plenius erudita in infimis disceret: hu
milibus cōsentire: Quū vero hāc adultā
ꝛ aptā matrimonio cernerent maiora illi
ostendere sacramēta ceperunt q̄bus exer
citata diutius solidi ac perfecti cibi: expe
riref dulcedinez: ꝛ relicto preceptoꝝ xp̄i
inchoatiōis sermone ad perfectionem fer
retur: ostenderunt deniq3 illi spiritualiū
carismata vnguentoꝝ: pretiosa diuersorū
scematum ꝛ imēse pulchritudinis indu/
menta in aures ꝛ armillas: ꝛ omne q̄d ꝑ
tinet ad ornatum. Nō est vltra quo indi
geat tāta donoꝝ copia iā premissa: nec est
q̄d a nobis expectare debeat: taz meritis
extremis q̄3 tēpore nisi forte vt manifesti
us presolito ostendatur ei quē diligit ani/
ma eius: sponsus vtiq3 ille celestis: cui tā
to opere ab infantia sua adherere q̄siuit.

Can.1. Ge.24 Deniq; et Rebecca mater Jacob cui i typo sancte huius ecclesie ministerialia munuscula data sunt et vtiq; a seruo habrae: qui ecclesie doctores designat: nõ legitur circa finẽ itineris quo reuersus est seruus ad Isaac dñm suum vel ab ipso seruo qui eam duxerat: vel a quolibet alio: noua donaria percepisse sed tantuz faciem sponsi: quem auditu solo didicerat docẽte se eodem duce suo cõtemplata fuisse: et induenda pallio decoris sui de tortuoso animali quod insederat descendisse: atq; in tabernaculũ sarre exultante cõiuge introisse:
Ge.24 Cuius vtiq; serui recte nos quoq; vltima imitamur vestigia: si ei quam designauit Rebecca veritatẽ (que est in spũ) demonstrare curemus: quatenus et ipsa diligẽter istructa ptẽdat obliuisci que in terra sunt et apprehendere et tenere pro quo et vsq;
Ps.44 modo cucurrit: obliuisci in q̃z populum
Apo.19 suum et domũ patris sui: et q; tps nuptia-
Mat. 25. rum vrget: cooperire se iuxta vocez libri huius byssino splendenti et candido: vt aptatis accẽsisq; lampadibus: ingredi cũ sponso mereatur ad nuptias. Neq; n. celorũ rex illius poterit cõcupiscere speciẽ nisi et ipsa sponsi thalamum concupiscat: q; nec sunt legittime nuptie in qbus ps altera non cõsentit. Unde et ab eodez dño
Mat. 10. in euãgelio dicit: qui amat patrez aut matrem plusq̃z me nõ est me dignus: quod si ita est. imo q; ita est: nec pdest sponse pulchritudinis decor: nisi populum et patriam (sponsi gratia) spernat: nimirum q; vel sponsum non amat: vel alius ab ea q non est sponsus diligitur: persuadẽda est modis omnibus tantã deuitare infamiã: ne thoro (qd absit) regio cõprobetur indigna: Sed quibus eaz sermonibus persuadere quis poterit que relinquere presentia pro futuris. deserere cognita pro incognitis: parẽtes et vicinos quos nouit: pro sponso et patria quor gloriam nescit: sicut inexpertũ habet ita impossibile putet presertim cũ non extimet tps nuptiarũ insta re? Nõ paruus labor iste est: q nobis hijs diebus incũbit: Sz ad hec qs ydoneus? forte et n. qui posset spernit: qui cuperet nescit cui cultus sermonis inest sciẽtia deest: cui scire concedit dicere oportune negatur. Sic ergo nullus idoneus. Sed nũ omnes pariter excusati? Habet qui nescit si tñ non paruipẽdit: vel negligit: aut plenam aut qualẽcũq; excusationis fiduciaz nullã aut quasi nullã cui datuz est cognoscere: vel ex parte: Sed num q; istud dicor: alterũ mihi e duobus attribuo vt sciẽtie mihi: titulũ arrogare psummaz? Minime: sed qui me prorsus in altero insufficientẽ profiteor: in altero iuditium pertimesco: q; et si me scientẽ nõ nisi insipiẽter crediderim: ignorare me tñ q loqui tenear nõ nisi mendaciter excusabo: Loquar ergo prout potero: sin minus nutibus indicabo: Defecisse mundi gaudia iminere psturas: celor regnũ adesse in ianuis: et si sermone rustico et ipolito certis tñ et necessarijs pbare me posse arbitror documentis: si tñ ille affuerit: qui presumẽtes de se ipsis irridet et linguas infantiũ: cuz sibi placet facit disertas. Non igit de meo Judith 6.
(qd nõ habeo) sed de xpi benignitate cõfidens. Apocalipsim quã beatus Joãnes Sapie. 10.
in pathmos isula religatus descripsit nõ mee presumptionis audatia: sed romani auctoritate pontificis exponendã assumpsi: ex cuius vt ego extimo serie probari plane poterit: qd pdixi et si qua sunt alia laude digna: que possint ad contẽptuz seculi spõsam et regni filios aiare et vocẽ illã dñi sibi esse factã qui dicit: Respicite et le Luc.21
uate capita vestra ecce appropinquat redemptio vestra: Ut aũt ad alta nimis cõtemplanda misteria: facilius annuẽte deo sublimari possimus (manentib9 nobis adhuc in plano) omnem libri materiam: in summaz colligere opus est quo. n. inusitata sunt que aggredimur eo in reseranda libri ianua laticri et multiplici idigemus sermone: Inde est q preter solitũ et vsum maioruz nõ tã prefationes q̃z libellũ: vtilitati potius lectorũ cõsulentes q̃z vsui: non ignorãtes q̃zte difficultatis sit psiderare sacramentoruz excellentiam sm plenitudinẽ scripturar dilatare sinũ anguste mentis ad cõtẽplanda velut in ictu oculi

tam multa ⁊ tã archana mysteria que ve/
lut in quadã libri summa: in libro Apoca/
lipsis collecta sunt: quatenus qui domum
illam spiritalem in qua multis obsecrata
firmaculis scripturaꝝ intelligentia clausa
est intrare satagimus nõ sine clauibus my
sterioꝝ accedamus ad eaꝫ: nequando (q̃d
absit) accidat illud quod quibusdam per
Esa.29 prophetam dicitur. Erit vobis visio om/
niũ sicut verba libri signati quem cum de
Da.11. derint scienti literã: dicent. lege. Et respõ
debit. Non possum signatus est.n. Nõ.n.
vsqꝫ in finẽ mundi clausos esse signatosqꝫ
sermões ꝓdicit angelus Danieli: sed vsqꝫ
ad tempus prefinituꝫ: vsqꝫ ad tempus an
geli philadelphie: hoc illius ordinis qui
Apo.3. significatur in xp̃o cui ⁊ dicitur. Hec dicit
sanctus verus qui habet clauẽ dauid qui
aperit ⁊ nemo claudit: clauit ⁊ nemo ape
rit. Scio opera tua: ecce dedi corã te ostiũ
apertum quod nemo põt claudere: q: mo
dicam habes virtuteꝫ: Quod si hi qui iu/
xta saluatoris vocem norunt iudicare fa/
ciem celi ⁊ terre signa tẽporũ: aut non co/
gnoscũt aut non' credunt agnoscentibus
ea: non est meum iudicare de eis: Est acu/
tus dei sermo: ⁊ penetrabilior omni gla/
dio ancipiti qui iudicat eos: cuius vox ap
Heb.4 ta ⁊ terribilis nimis. In eodem Danielis
Da.12. volumine subsecuta est dicẽs: Eligentur
⁊ dealbabuntur: ⁊ quasi ignis probabun/
tur multi: ⁊ impie agent impij: nec intelli
gent omnes impij: porro docti intelligẽt.
Ma.12 Hinc ⁊ per se ipsam veritas dicit: Confi/
teor tibi pater domine celi ⁊ terre: q: ab/
scõdisti hec a sapiẽtibus ⁊ prudentibus ⁊
2.cor.4 reuelasti ea paruulis. Hinc ⁊ per apostolũ
dicit. Et si opertũ est euangelium nostruꝫ
in his qui pereunt apertum est in quibus
deus huius seculi excecauit mẽtes infide-
lium: vt nõ fulgeat illuminatio euangelij
glorie christi qui est imago dei. Et ne quis
eum de vanitate argueret qui se quidem
intelligere verba dei: nõnullos ignorare di
cebat mox euidens signum dedit humili
2.cor.4 tatis sue: cuiꝫ ꝓtinus adiecit ⁊ ait. Non.n.
nos metipsos predicamus sed iesum xp̃m
dñm nostrũ: Tale est eniꝫ ac si apertius di
ceret: Si voluero gloriari nõ ero insipiẽs 1.cor.9.
veritatem.n. dicã. Qui enim loquitur ve
ritatem ipse est qui predicat xp̃m: qui lo/
quitur veritatẽ humilis est: q: intelligit se
nõ habere de proprio. Et ideo nõ loqtur
vt videatur ab hoibus: ⁊ glorietur de sciẽ
tia sua. Sed q: veritas ⁊ charitas vrget:
iuxta id quod alibi ipse dicit. Si euange/
lizauero: nõ est mihi gloria: necessitas eniꝫ
mihi incũbit. Ue.n. mihi est: si non euan
gelizauero. Non ergo discipuli veritatis
seipsos predicant: sed xp̃m iesum: q: nõ q̃ Phi.2
rũt que sua sunt: sed que iesu xp̃i. Qui ãt
querunt que sua sunt inuenire nequeunt
veritatẽ: teste ipsa veritate: que icredulis
iudeis inter cetera dicit. Quõ potestis cre Joã.5.
dere qui gloriam ab inuicem accipitis: ⁊
gloriam que a solo deo est: nõ queritis? Li
quet ergo ꝙ nõ põt credere q querit glo/
riam suam: ⁊ qui nõ põt credere: intellige
re nequit: q: tenebre incredulitatis obce/
cãt oculos mẽtis eius ⁊ palpare in circui
tu non sinitur ostium inuenire. Eis autẽ
qui spernunt gloriam suam: datur a dño
vt possint credere dat vt credẽtes intelli
gere queãt: p quibus quod donauerit deus
in libello isto itroductorio q veluti ꝓam/
bulus ẽ in expõne totius libri itimare cu/
rabimus vt tãto p icognitas vias maris
huius securius nauigare possimus: quãto
manẽtes adhuc in portu sedemus cõpu/
tãtes sumptus q necessarij sunt. Quo cir
ca lectorẽ moneo libri huius vbera sitiẽ/
tẽ: vt sic ex eo plenũ se capere itellectũ cõ
fidat: si in eo itẽtus ⁊ iteger sine vocis stre
pitu meditet ⁊ subscripte itroductiõis sũ
mulã lectitare nõ pigeat: in q̃ totiꝰ libri cõ
tinet materia. Explicit prologus.

Incipit ꝓphatio siue liber itroducto/
rius in expõnem Apocalipsis. Cap. 1.

Uniuersa hystoriarũ nemora q̃ ve
tus testm̃ obũbrant in qnqꝫ por/
tionibus diuidunt: quaꝝ vna ge Diuiso
neralis est: q̃tuor spãles. Una ẽ.n. librorũ
rota quatuor hñs facies: vna est genera/ vet. test.
lis hystoria: quatuor spãles: Generalis hy
storia illa est: q̃ a mũdi inchoata ꝑncipio:
vsqꝫ ad librũ Esdre: recto cursu dirigit: ⁊

hoc quidem patriarcharũ primo: secundo
iudicum: tertio regum: cronicas exhibet:
habens quidem vnaȝ narrationis seriem:
sed scriptores diuersos: eo ꝙ morte diu p/
hiberent manere: Quattuor vero hystoria
ruȝ spãlium: prima est que intitulatur iob:
secũda tobie: tertia iudith: quarta hester.
Illa ergo rota iste facies. Et q̃dẽ haꝝ due
minus apud hebreos iudicantur canonice
vt ait hiero. iudicant sed nõ apud ecclesiaȝ
cui spũs testimoniũ reddit. Pro quattuor
aũt historijs: quattuor euãgelia data sunt:
nõ sine ostensione cõcordie: ⁊ spiritalis mu
nimine intellectus. Illud vero inter cete/
ra distincta est rõne pẽsandũ: ꝙ pmus euã
gelista: ⁊ vltimus: Matheus. s. ⁊ Joannes
apostoli sunt iesu xp̃i ⁊ visa magis referũt
q̃ȝ audita. Duo vo medij: Marcus ⁊ Lu/
cas: non apostoli sunt: sed apostoloꝝ disci/
puli: ⁊ audita potius q̃ȝ visa describunt.
Sicut ergo apud nos si hũano liberaret
iuditio: maioris auctoritatis esse quis dice
ret: ꝙ apostoli visa q̃ȝ qd apostoloꝝ disci/
puli: nõ tã visa q̃ȝ audita scripserũt: ita hi/
storiaꝝ quattuor: prime vltime iob. s. ⁊ he/
ster maiorẽ iudeoꝝ psbiteri auctoritatẽ de
derunt: q̃ȝ duabus medijs. Tobie: vȝ ⁊ iu/
dith. Sed hec nequaq̃ȝ dixit archani spe/
culator eloquij ⁊ qui in eis spiritalẽ ac mi/
sticũ esse pcipit intellectũ. Nunq̃ȝ. n. histo
rias ipas tã clara illustrarẽt misteria: si eas
digitus dei sicut ⁊ ceteras: non scripsisset.
Sicut autẽ pro illis quattuor quasi in me/
dio rotarum rote: quattuor euangelia data
sunt: ita gñali historia datus est liber Apo
calipsis: Utiq̃ȝ ipse quasi rota infra rotaȝ:
dico illam que primo apparuit super ter/
ram: vt pphetia ex integro cõpleret que
dicit. Et similitudo rotaꝝ ⁊ opera: quasi si
sit rota in medio rote. Est ergo rota prima
⁊ maior ceteris: generalis illa historia: seu
magis hystoriarũ librorũq̃ȝ congeries: que
ab Adam vsq̃ȝ ad Esdrã per successionem
protensa est: postq̃ȝ ⁊ scriptores sacre pagi/
ne sabbatizasse noscunt. Sane rote huius
exterioris: liber iste Apocalipsis rota inte/
rior factus est tendensq̃ȝ vsq̃ȝ ad fineȝ secu/
li: ⁊ pertransiens finẽ reuelans misterioruȝ

abdita que in illa prima rota latebãt: Quo
circa nõ imerito Apocalipsis dictus est: eo
ꝙ occulta detegat ⁊ reuelet archana. Est
enim clavis veterũ: notitia futuroꝝ: signa
torum apertio: detectio secretoꝝ: Magna
est ⁊ singularis huius prerogatiua volumi
nis: quia magnus est dei spiritus qui in eo
aperte loquit: voces suas: per hoc. n. ꝙ li/
bruȝ istũ septenarius totuȝ possidet nume/
rus: q̃ȝ familiaris sit ei qui donoꝝ septem
largitor est: innotescit: Nec miruȝ si a celi Jo. vlt.
camerario scribit: cui recũbenti supra pe/
ctus dñi archana speculari misteria ⁊ de/
torrente spũs sancti abũdantius bibere da
tum est: vt in se spãlius cõpletũ esse proba
ret qd ipse generali promissione ex ore veri
tatis processisse testatus est dicẽs: qui sitit
veniat ⁊ bibat ⁊ flumina de vẽtre eius fluẽt
aque viue. Si. n. amorem xp̃i spũm scũm a Joh. 7.
patre ⁊ eodẽ filio procedentẽ taȝ pie q̃ȝ ca
tholice esse tenemus: quid aliud intelligẽ/
dum dicimus ꝙ se xp̃i dilectum ioannes
ipse cõmemorat: nisi vt gratiaꝝ fluẽta abũ
dantius se de pectore xp̃i exhausisse testet
quod ergo ipse bibit hoc tãdẽ propinauit
electis: aquã. s. viuã quaȝ ipse potauerat de
fonte vite. Sũt. n. aque viue spiritales scri
pture: nõ attramẽto ⁊ calamo in papiro de
picte: sed in libro humani cordis virtute
sancti spũs exarate. Tales sane aque inspi/
rate diuinitus: pducte ex cordis puteo in/
fatigabiliter fluũt: ex quibus greges dñici
ammoto prius lapide ad aquant. Hec non
terraꝝ iugera: sed arridaꝝ sepe mentiũ pra
ta rigant ⁊ sitientiũ corda hoium fructuũ
vbertate fecundant: Et hoc quidẽ gene/
rale est oium: At de libri huius progatiua
quid dixerim in quo celestis fluminis im/
petus letificat ciuitatem dei septem mea/
tuum plenitudine feruens ad irrigan// ps. 45.
dam omnem terram: abundantius nobis
his diebus ex Joannis ventre profluxit?
Beatus (ait) qui legit ⁊ qui audit verba
prophetie huius ⁊ seruat ea que in ea scri/
pta sunt: Nõ. n. hec prophetia qualiscũq̃ȝ
est: sed omnium aliarum (si sane sapimus)
prophetia: vt pote que omnes: aut pene
omnes comprehẽdit in vnum: ⁊ ꝙ eo ma

ius est: cõprehẽdit ⁊ aperit. Alie nãqꝫ pro
phetie aut pauca aut obscura protulerũt
spãlium populoꝝ bella in typo futuroꝝ
tangẽtes. Hec generalr̃ occulta reserat: pa
tefacit archana: soluit sigilloꝝ vincula te/
nebrosa illustrat. Mirum istud: sed alterũ
mirabilius: ita ecclesiastica prelia: summa/
tim ⁊ seriatim prosequitur: ita ꝑ curricu/
la tẽporũ ordines ⁊ bella distinguit: vt tñ
a veteribus non discordet: ostẽdens opor/
tere cõpleri in ecclesia xp̃i quecũqꝫ in he/
breoꝝ populo: in figura precesserant. Nec
cõfuso id ordine factum esse: vt prima vl/
tima: vltima prima scribant̃: ac per hoc le
ctor ipsius difficultate sibi facta diffidat:
sed vt futura erant per tẽpora succedentia
sibi scripta esse non dubitet: ita tñ vt ꝑtes
singulas prout infra ostendemus: distin/
guat ⁊ in singulis partibus recapitulatio
fiat. Quia tñ hoc ipsum ꝙ clarum est ne/
scienti libri materiã: minus claret: nõ par/
ua prephatione lectorẽ indigere perpẽdo.
Quinimo (vt iam dixi) nõ tã ꝓphatione
q̃ꝫ libro: per quẽ reserata ianua pateãt oĩa
que in domo sunt: vt ꝓus: vꝫ: quo pergat
videat q̃ꝫ vt postea videat ꝑ icognita ꝑgat.
¶ De aptione litere ⁊ libri. Cap. 2.

Omnes itaqꝫ libri hystorici quo/
rũ in typo rotaꝝ: qñqꝫ supiᵒ feci
mus mẽtionẽ: in quibus ab exor
dio tẽporũ: vsqꝫ ad Joãnem ba/
ptistã gesta mystica scripta sunt sub gene/
rali quodã libro collecta erãt septẽ signa/
culis inuoluto: in cuius solutionis palma
nemo (vt testatur in hoc libro Joãnes) di
gnus iuẽtus est nisi ille qui mortis regnũ
moriendo exsuperãs leonis fortitudinē
resurgendo calcauit. Ecce (inqt) vicit leo
de tribu iuda. apire librũ ⁊ soluere septem
signacula eius. Libri ergo huius tam ma/
gna: tã archana mysteria soli moriẽti ⁊ re/
surgẽti dño apire donatũ ẽ: q: vꝫ: ⁊ moriẽ
te xp̃o: litere vis que occidebat interijt: ⁊
2. cor. 3. spũalis intellectus q viuificat: vixit. Erat
eni veluti tumulus signatus vndiqꝫ liber
iste: in quo vita iacebat mortua ne ipẽdẽt
mortuis lumen vite. Ubi aũt vita xp̃s re/
surrexit a mortuis: vitalis intellectus qui
latebat: prodijt: ⁊ quasi cuiusdã floris spe/
cies de scripture monumẽto processit. Di
sputat circa ista in epistola ad romãos apo
stolus ⁊ inter multa que de lege ⁊ gratia
disserẽdo cõscripsit: cur in aptiõe libri seu
leonis victoria: seu vite resurrectio cõmen
det̃ verbis. Hec eadẽ ꝯtinẽtibus: apit di/ Ro. 6.
cẽs. Cõsepulti sumus xp̃o ꝑ baptismuꝫ in
morte: vt qñ surrexit xp̃s a mortuis per
gloriã p̃ris: ita ⁊ nos in nouitate vite am/
bulemus. Et q: litere vetustas ad mortẽ:
spũs nouitas pertinebat ad vitaꝫ qbusdã
interpositis subsecutus est dicens. Nunc Ro. 6.
aũt soluti sumus a lege mortis in qua deti
nebamur: ita vt seruiamus i nouitate spi
ritus: ⁊ nõ in vetustate litere. Et post ali/
qua. Quod. n. impossibile erat legi in qua
ifirmabamur ꝑ carnẽ: deus filiũ suũ mit/
tens in similitudinẽ carnis pc̃ti: de pecca Ro. 8.
to dãnauit pc̃tũm in carne vt iustificatio
legis impleret̃ in nobis: qui nõ scd̃m car/
nẽ ambulamus: sed scd̃m spũm. Quis est
enim qui ꝓ virtute spũs resurrexit a mor
tuis nisi is qui pro carnis ifirmitate agno
tanq̃ꝫ occiso similis esse ꝓhibetur? Si. n.
mactate ouis debilitas infirmitatẽ preno/
tat carnis: qd insuperabilis fortitudo leo/
nis nisi triumphatoris spũs maiestatẽ desi
gnat? Inde est ꝙ Sanson ille fortis q̃ꝫdiu
sibi spiritus fortitudinis affuit fortitudi/ Jud. 16
nem superauit leonis: cuꝫ vero amore car
nis in culpam prolapsus est: ne vt secũdo
⁊ tertio inimicis resisteret: v̾tute spũs pri
uatus est. Quia igitur in morte xp̃i: inue/
terata carnis infirmitas: infirmata vt ita
dicaꝫ interijt: ⁊ antique vetustas litere cõ
sumationem accepit: in resurrectione ve/
ro nouitas spũs ⁊ fidei fortitudo surrexit.
Recte libri aptio in leonis victoria: recte
in vita xp̃i sigilloꝝ solutio ꝯdicat̃. Tũc. n.
aperuit discipulis sensum vt intelligerent
scripturas. Aperit ergo librũ xp̃s qui ma/ Lu. 24
gister est omnium: aperit qui ligauit ⁊ si/
gnacula soluit. Sic enim vt iam predixi/
mus in angelo phyladelphie: de eo inter
cetera scriptum est. Hec dicit sc̃tũs ac ve/
rus qui habet clauem dauid qui aperit ⁊
nemo claudit: claudit ⁊ nemo apit. Erat

enim vt iam diximus testamentuȝ vetus
ab habraaȝ patriarcha:vsqȝ ad xp̄m septē
signaculis inuolutū:qꝛ septem spūalia pre
lia:tēporibus ⁊ figuris distincta sub eodē
testamento scripta sub eodem consumata
legūtur:in quibus ecclesiastica bella ⁊ spi/
ritalia sctōꝝ p̄lia laboresqȝ signantur.

¶ De septē sigillis ⁊ aptiōib⁹ eoꝝ. Ca. 3.

SEd frustra signaculoꝝ septē solutio
nem querimus:nisi prius signacula
ipsa que librum signauerant denota
mus. Et quidem sigillis septē liber ipse si
gnatus erat:sed aliquid interest: quod no
tari oporteat. Quinqȝ sane illorum vnifor
mia sunt. Sextū ⁊ septimū dissimilia: Sūt
enim simplicia quinqȝ:sextum duplex:se/
ptimū sabbatizat. Ergo in sex signaculis
labor est aliqs designatus. Sex itaqȝ sigil/
la:sex sunt generalia bella a tpe Moysi:
vsqȝ ad obitū Esdre:quē quidā esse autu
māt Malachiā pphetā in sex tēporibus
Exo. 14 cōsumata:⁊ in sacris codicibus a prophe/
Josue tis cōscripta. Hoꝝ belloꝝ primuȝ fuit egy
3. Re. ptioꝝ. Secundum cananeoꝝ. Tertiū sy/
20. 22. riorum. Quartuȝ assyrioꝝ. Quintū chal/
4. Re. deoꝝ. Sextū quod duplex fore diximus:
10. 13. item assyrioꝝ ⁊ macedonū. Sexta ⁊ eniȝ
Judith cōcertatio ꝯtinet̄ in hystoria Judith. Se
Hester. ptima ꝯtinet̄ in hystoria Hester. Fuit aūt
Holofernes assyri⁹. Aman qui ⁊ agagita
natione macedo. Quidam tñ dubie tradi
derūt:prius fuisse cōditā hystoriaȝ Esdre
q̄ȝ hystoriā Hester. Quod qꝛ opinio ē nō
assertio ppter duos artaxerses:quoꝝ ali⁹
post aliū regnasse credit̄:nescio vtrum sit
cedendū opinioni eoꝝ:vt vȝ: tēpore po/
sterioris artaxersis fuisse credat̄:⁊ non po
tius sub tpe primi sub quo ⁊ Esdra:cum
apte dicat scriptura fuisse mardocheū ex
numero captiuoꝝ quos trāstulerat nabu
chodonosor rex babylōis cū Jechonia re
ge iuda:⁊ ꝫm computationē annoꝝ qui a
trāsmigratione babylonis:vsqȝ ad vltimū
artaxersem regnasse ferunt̄ plusq̄ȝ ducen/
ti anni fore tradant̄ satisqȝ videatur absur
dum vt hō ducētoꝝ annoꝝ extimaretur
aptus ad ministrādum in palatio regis:⁊
haberet neptem puellam filiaȝ fratris sui.
Etiā si septuagenarius esset mardocheus
qñ natus est frater eius:⁊ septuagenarius
frater eius qñ nata esset Hester: qūo esset
Hester puella qñ assumpta est in matri/
monium regis:q̄ȝ ad minus sexagenariaȝ
esse cōstaret. Uerum hoc propter Esdraȝ
hystoriographū quē inter scriptores vete
rū hystoriarum:vltimum fore dixi. Hysto
riarum autem dico non quarūcunqȝ: sed
auctenticarum. Quia libri machabeorum
extra canonem sunt. Si aūt subscribenda
est hystoria ista:⁊ ita magis placet lectori.
In nullo propter hoc offenditur series tē
porum ⁊ ordo bellorum:qꝛ ⁊ si contempo
ranei fuerint Esdra ⁊ Mardocheus:po/
tuit tamen prius incipere hystoria Esdre
quod oīno verum est:vtpote que icipiēs
a Cyro vsqȝ ad finem dieruȝ suorum que
acciderūt p tpa cōpilauit. Quocirca dan
dū est nobis aliqd circa legē lr̄e q̄ occidit
vt nō extiguat̄ in nobis spūs q viuificat:
⁊ siue in obitu Esdre quē qdā (vt iā dixi)
tradūt fuisse malachiā:siue in obitu nehe
mie q adiūctus est ei:siue in zorobabel qui
edificauit tēplū dño:siue in Hester statua
mus finē pie ⁊ simplr̄ accipiat̄:qꝛ ⁊ si eos
ꝯtēporaneos fuisse nō dubitam⁹:qs tñ eo
rū pus obierit ⁊ qs posterius ignoramus.
Qꝛ tñ qd̄ dictū est de malachia q pphetа
rūt de Joanne baptista:q ipse sit Esdra:
opiniūcula ē nō assertioa. Statuam⁹ si pla
cet in eo finē sexti signaculi q vltim⁹ fuit
duodeciȝ pphaꝝ:⁊ post aggeū ⁊ zachariā
q darij Perse pphetauerūt:hͤ ē i senectute
zorobabel pphetasse dignoscit̄. Ceteꝝ qd̄
spectat ad signaculū sextū sub vno (vt iaȝ
dixi) tpe sexto:due tribulatiōes vltie pene
simul pacte sūt:vna sub nabuchodonosor
rege assyrioꝝ: altera sub artaxerse qui re/ Hest. 8
gnauit sup cētū viginti septē puicias. Ut
eni filij israel ascēdētes de egypto:d māna
qd̄ eis celitus mittebat̄: singuli gomor p Exo. 16.
psonas singulas singulis qnqȝ dieꝝ cuius
cūqȝ hebdomadis legere iussi sūt:sexto vo
die i duplū:hoc ē simul duo gomor: vnū
vȝ: p sexta feria:alteꝝ p die sabbati i quo
nō licebat opari:ita in sexto tpe duplica/
tū est bellum:⁊ quasi duplex alimonium

repositū est in libro vnum q̄dem pro tp̄e
sexto: alterum ꝑ septimo in quo antiquo
illo populo ociū sabbati datum est: Naz ⁊
nox diei sexti in quo passus est xp̄s: si sane
sapimus: duplex fuit: qꝛ bis in eo facta est
nox: primo. s. pro cursu tp̄is: secūdo preter
legez nature. Sic ⁊ ex loco illo vbi agitur
de regno bestie que ꝑcussura ē babylonē
vsq₃ ad eū locū vbi cātat̄ a sc̄tis Alleluia:
pro nocte illa in qua traditur xp̄s accipiē
Apo.13 dū est. Ex eo aūt vbi dr̄. Uidi celū aptuz:
17.19. ⁊ paulopost. Uidi bestiam ⁊ reges terre ⁊
exercitus eoꝝ cōgregatos ad faciendum
preliū cuz illo qui sedebat in equo ⁊ cum
ibi.20. exercitu eius: vsq₃ ad eū locuz vbi agitur
de incarceratione sathane: ꝑ illis tenebris
accipiēdū est que facte sunt ab hora sexta
vsq₃ ad horā nonam. In quibus horis cru
cifixus est xp̄s qui ⁊ fortassis mediāte ho
ra nona: tradidit spūm: vt tribus horis ⁊
dimidia suspensus in patibulo fuisse cre/
Dan.7 datur: ⁊ intelligatur illud quod de cornu
vndecimo in Daniele scriptū est: Puta/
bit q̄ possit mutare tēpora ⁊ leges ⁊ tra/
dentur in manu eius in tēpus ⁊ tp̄a ⁊ di/
midiū tp̄is: ex qua re ⁊ illud intelligi pos/
se datur quod dr̄. Uidi vnuz de capitibus
bestie occisum quasi ad mortē ⁊ plaga gla
dij eius curata est. Aut si due ille pressure
Judit.3 que geminate sūt sub signaculo sexto: hoc
est sub holoferne principe exercitus regis
assyrioꝝ ⁊ aman agagita: cōem vnius tē/
poris ꝑcellā insinuāt ꝑ eo. s. q̄ liber Apo
calipsis bestiā ascendētē de mari: ⁊ bestiā
ascēdētē d̄ terra i vnū ꝯuenire demōstrat
fieri pōt vt presens tribulatio designata se
cundū partē in bestia ascendēte de mari:
preualente potētia xp̄i pene ad defectum
deueniat: ⁊ rursuz ꝑ draconis astutiā semi
uiua vel rediuiua cōsurgat eo q̄ pseudo ꝑ
phetaꝝ turba assotiata ꝑualeat: ita vt aia/
ta per illā: deteriora faciat q̄₃ fecisse antea
videbatur. Unde ⁊ in alio loco scriptum
Ap.16. est. Uidi de ore draconis ⁊ de ore bestie ⁊
de ore pseudo ꝓphete exire spūs tres imū
dos in modū ranarū. Sūt. n. spūs demo/
nioꝝ facientes signa: ⁊ procedūt ad reges
totius terre cōgregare illos in preliuz ad

diē magnū dei oīpotētis. Uerum hoc ad 1.cor.9.
extremū: qn̄ caput iā pene mortuum viui
ficari incipiet. Satis. n. clare ostēduntur
ista duo ingētia prelia in sexta parte libri
huius scd̄m q̄ prediximus affutura. Pri
mū denotatū est circa exordiū sexte partis
in loco vbi de regibus ⁊ de bestia dicitur.
Bestia quā vidisti fuit ⁊ nō est: ⁊ ascensu
ra est de abysso ⁊ in interitū ibi. Secūdū
de quo in sequētibus: dr̄. Uidisti bestiam
⁊ reges terre ⁊ exercitus eorū cōgregatos
ad faciēdum preliū cum illo qui descende
bat in equo. Oportet. n. deficere bestiam
istā que actenus impertinacia sua superbe
agere visa est. Sed nō ꝓpterea cōfidendū
est de pace illa: qꝛ rediuiua ipsius bestie tē
ptatio denigrabit eā addita nihilominus
⁊ illa que fiet per aliam bestiam ascenden
tem de terra.

¶ De duabus ꝑsecutionibꝫ tp̄is. Ca.4.

Ut enim vna fuit tribus Joseph:
gemina tn̄ in Manasse ⁊ Effraiz
ita sextum tēpus geminum esse
cōstat: adeo vt in duobus videat̄
diuisum ⁊ inter primuz ⁊ sequens tēpus
pax nō satis vera distiguat: s₃ melius ostē
demus hoc: q̄ dicimus esse. v₃ geminum
tēpus sextū: si exordia ieiunioꝝ que apud
grecos solemnia sunt ministerialia: ⁊ ipsa
quoq₃ fore pensamus: qꝛ magnos ⁊ ipsos
habuisse viros a quibus hec acceperunt:
nulli ambiguū esse pōt: ⁊ si tp̄a ieiunioruz
preiudicēt vetustioribus ⁊ eis gratia ꝑse/
rant̄. Si ergo ab eadē hebdomada nume
rare incipimus: presertim cum ⁊ nos ipsi
ex eadē ieiunare ⁊ abstinere a carnibus in
cipiamus: ⁊ si nō ita solemniter q̄ñ in se
quēti hebdomada: profecto hebdomada
illa que de passione intitulat̄ respectu il/
lius hebdomade: sexta est: ea vero que ꝓ/
cedit pascha ⁊ alio gn̄e sexta eē istiusmo/
di respectu: iam nō erit sexta: sed septima:
vel vt melius dicamus nō septima: sed itē
sexta propter duas ecclesias grecorū: v₃: ⁊
latinorum. quarū prima primo percutien/
da erat: secūda secundo: Inter vtramq₃
vero hebdomadā solemnitas palmarū di
stinguit: nimirum qꝛ tribulatio sexta: ma/

gna saluandorum solemnitate interpolanda est: secundum quod in sexta parte libri manifeste ostendit: in eo videlicet quod exultantium voces et Alleluia cantantium: persecutio sepe scripte bestie: et preit et secutura est. Erit autem gaudium ipsum propter pueros hebreorum: qui conuertentur ad dominum laudantes et dicentes. Benedictus qui venit in nomine domini. Et propter alia bona que facturus est dominus: non filiis huius seculi qui destruentur: sed omnibus qui recti sunt corde: Ostenditur hoc quoque in sexto angelo tuba canente vbi postquam agi incipit de tribulatione sexti temporis: interponuntur aliqua de apertionibus libri: et rursum adduntur alia in consumatione laboris: in qua: videlicet consumatione recte mentio fit de mensibus quadraginta duobus: hoc est de annis tribus et dimidio: vt ostendatur ea esse tribulatio: quam facturus est rex ille vndecimus de quo dicitur in Daniele. Putabit quod possit mutare tempora et leges: et tradentur in manus eius in tempus et tempora et dimidium temporis. Erit autem istud in consumatione sexte temporis: in quo sancti dei occidendi sunt agentibus. sicut et dominus iesus tradentibus iudeis: et ante ipsum Joannes baptista: aut certe sicut petrus et paulus qui altercante cum eis Symone mago in conspectu Neronis ab eius apparitoribus occisi sunt. Et hoc quidem propter duo gomor et duas persecutiones sexti temporis: in quibus oportet dei populum de siarum hostibus triumphare. Porro persecutionis vltime que facta est sub Anthiocho: priusquam dei filius veniret in mundum: alia est causa mysterii. Non enim est in canone librorum: et ideo separatur a lege ista. Que tamen quia iam ostensa fuerat Danieli prophete in specie hyrci caprarum non vacat a mysterio: quod de ea scriptum est: de qua quod deus concesserit: suo loco dicemus. Nunc in promptu est dicere de duorum concordia testamentorum: seu etiam de concordia trium operum que in tribus statibus mundi: alia post alia claruere ceperunt: vt dum similia queque similibus suis respondere perpendimus: eo magis intentionem auctoris indagare possimus: quo magis conuenire noua veteribus: et velut ex eisdem subsistentia consonare sentimus. Quia vero de tribus statibus seculi mentio facta est. oportet eosdem status breuiter designare: vt qui sunt ipsi status: et ad quid sane memorie commendemus: exacturi illud in locis suis: cum aliquid de eis eloquendum occurrerit.

(margin: 1. cor. 4.; Da. 12.)

¶ De tribus statibus mundi. Cap. 5.

Primus trium statuum de quibus nobis sermo fuit sub tempore legis quando populus domini adhuc pro tempore paruulus seruiens erat sub elementis huius mundi non valens adipisci libertatem spiritus: quousque veniret ille qui ait. Si filius vos liberauerit vere liberi eritis. Jo. 8.
Secundus status fuit sub euangelio et manet vsque nunc in libertate quidem respectu preteriti: sed non in libertate respectu futuri. Dicit enim apostolus: Nunc ex parte cognoscimus et ex parte prophetamus: cum autem venerit quod perfectum est euacuabitur quod ex parte est. Et alio loco. Dominus autem spiritus est: et vbi spiritus domini: ibi libertas. Tertius ergo status erit circa finem seculi: iam non sub velamine litere: sed in plena spiritus libertate: quando euacuato et destructo pseudo euangelio filii perditionis: et prophetarum eius: hi qui ad iustitiam erudient multos: erunt sicut splendor firmamenti: et quasi stelle in perpetuas eternitates. Et primus quidem status qui claruit sub lege et circuncisione initiatus est ab adam. Secundus qui claruit sub euangelio initiatus est ab Ozia. Tertius quantum datur intelligi ex numero generationum: a tempore sancti Benedicti cuius precellens claritas expectanda est circa finem: ex eo videlicet tempore quo reuelabitur Helyas et incredulus iudeorum populus conuertetur ad dominum: ita vt in eo spiritus sanctus videatur voce sua in scriptura clamare. Pater et filius vsque modo operati sunt: et ego operor. Ut enim litera testamenti prioris proprietate quadam similitudinis videtur pertinere ad patrem. Litera testamenti noui pertinere ad filium. Ita spiritualis intelligentia que procedit ex vtraque ad spiritum sanctum: Et rursum sicut ordo coniugatorum: qui

(margin: 1. cor. 13; 2. cor. 3.; Da. 12)

primo tempore claruit: proprietate simi/litudinis videtur pertinere ad patrem. Ordo predicatorum qui secundo ad filium: ita ordo monachorum cui extrema magna tempora data sunt: ad spiritum sanctum. Et secundum hoc primus quidem status ascribitur patri. Secundus filio. Tertius spiritui sancto: licet alio modo vnus dicendus sit status mundi: et vnus populus electorum: et omnia simul sint patris et filij et spiritus sancti. Nec illi auctoritati patrum putetur esse contrarium qua dictum est. Tempus ante legem. tẽpus sub lege. et tempus sub gratia: quia et illud in suo genere dici necessarium fuit: et istud in suo necessarium est. Nam vt teneamus vtrunque. Tertia quoque assignatio temporum adiungenda est. Idest tempus sub litera euangelij. Tempus sub spiritali intellectu. Tempus manifeste visionis domini. Omnia tempora simul quinque. Licet quintum quod erit in patria abusiue nõ proprie tempus dicatur: dicemus tamen phemni seculorum tempore. Primum itaque tempus ante legem. Secundum sub lege. Tertium sub euangelio. Quartum sub spiritali intellectu. Quintum in manifesta visione dei. Sic

Ps. 83. enim oportuit electos dei ire de virtute in virtutem et transire de claritate in claritatem donec videatur deus deorum in syon. De lege naturali ad legem moysi: de lege moysi ad euangelium. de euangelio Christi ad spiritalem intellectum: de spiritali intellectu ad veram et eternam contemplationem dei. Miro autem modo in quinque distinc ionibus istis manet inuolutũ et consignatũ sacrum mysteriũ trinitatis: ita vt seipso manens integrum in nullo patiatur scandalum: circa mysterium vnitatis. Sed primo ostendamus hoc in minimis vt facilius possimus ad

Ge. 21. 25. 30. maiora transire. Habraam genuit Isaac: Isaac genuit Jacob: Jacob genuit Joseph: Joseph genuit Effraim. Hi quinque viri iusti magni extimati sunt coram deo: in nullo sicut hi qui reprobati sunt a domino habentes redargutionem eo quod elegit illos dominus in signum ad designanda incerta et occulta sapientie sue. Non quidem omni populo sed eis qui in spiritu vocati sunt israel. Igitur habraam significat patrem: Isaac filium: iacob spiritum sanctum. Et hoc quidem ita est: sed nequis existimet nõ esse in patre filium et in filio patrẽ: oportuit exhiberi aliud mysteriũ in quo ascriberet nomẽ paternitatis: isaac cui videbat ascripta similitudo filij: secundum quod dicendũ est isaac significare patrẽ: iacob significare filiũ: ioseph spiritum sanctũ. Hoc eni nos aliquãdo intelligere cogunt sacra mysteria: que diuersa nimis et multiplicata sunt. Rursum nõ esse in patre et filio spiritũ sanctũ: et in spiritu sancto patrem aut filium humana fragilitas extimaret: data est iacob significatio patris: ioseph significatio filij: Effraim spiritus sancti: et inuentus est iacob primus qui putabatur vltimus in mysterio trinitatis: vt nihil in ea prius aut posterius esse credamus: nihil maius aut minus: sed tota tres personas coeternas sibi eẽ et coequales. Patriarcha ergo habraam: patriarcha isaac: Athanasius patriarcha iacob: et ab eisdem dissemina/tus est populus israel: quia creator generis humani pater: creator filius creator et spiritus sanctus. Secundum hoc quoque tempus: quod fuit ante legem ascribitur patri: tempus quod sub lege filio ascribitur: tempus quod vocatur gratie: spiritui sancto. Et hoc quidem digne satis. Tempus ante legem ascribitur patri: idest tempus illud in quo peccatum non imputabatur: cum lex non esset: sed tamen regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen: quia terribilem se per hoc iudicium ostendere voluit deus pater in consilijs suis super filijs hominum vt incuteret timorem suũ generi humano: quod nesciens causam culpe tali se animaduersione sentiebat puniri. Tẽpus quod successit sub lege ascribitur filio: quia ipse est magister et legis lator qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Tempus Joã. I.

autem gratie aſcribitur ſpiritui ſancto:
2.cor.3 quia vbi gratia eſt aboletur lex ⁊ vbi ſpi/
ritus dei: ibi libertas. Rurſuꝫ illud quod
fuit ſub circoncisione ⁊ lege: hoc eſt ab
Habraam vſqꝫ ad Chriſtum aſcribitur pa
tri: quia in eo multipharie multiſqꝫ mo
dis locutus eſt deus pater: patribus in ꝓ
Heb.1. phetis: Tempus quod ſucceſſit ſub euan
gelio: aſcribitur filio: quia in ipſo idem fi/
lius mūdo apparuit manifeſtus: ⁊ doctri
na euangelij ſui conuertit ad ſeipſuꝫ mul
titudinem gentium. Tempus quod om/
nino erit ammodo ſub ſpirituali itellectu
aſcribitur ſpiritui ſancto: quia datus ho/
minibus abundantius docebit eos quos
repleuerit omnem veritatem: ⁊ eos qui
vſqꝫ ad preſens in perfidia perſeuerant ne
quaꝗ̃ ſibi in aliquo obuiare valentes: vo
cabit de tenebris ad admirabile nomen
ſuum: Rurſum tempus iſtud quod de
curſum eſt a Joanne baptiſta: vſqꝫ modo:
aſcribitur patri quia in eo procreat ſibi fi
lios ſpiritales per ſpiritum ſanctum queꝫ
Mat.3 miſit ſuper Chriſtum in ſpecie Colum/
Mar.1 be: de quo ⁊ renaſcūtur quotidie qui ſint
Joã.1. filij dei: vt clarificetur pater in filijs. Tem
pus quod erit ammodo vſqꝫ ad conſu/
mationeꝫ ſeculi: aſcribitur filio: quia quod
in Chriſto nato ſecundum carnem deſi/
gnatum eſt: in eo ſecundum ſpiritum:
opꝫ plenius conſumari. Seculū futurū
quod erit poſt reſurrectionem: aſcriben/
dum eſt ſpiritui ſancto: quia ibi non ſo/
luꝫ anime: que natura ſubtiliores ſunt ve
rum corpora noſtra ſpiritalia erunt: ⁊ tem
plum ſpiritus ſancti: quando ⁊ conſum/
ptis vniuerſis corruptionibus carnis: ſo/
lus idem ſpiritus regnabit in eis. In aſ/
ſignatione primi myſterij: datum eſt ſpi/
ritui ſancto tempus euangelij. In aſſigna
tione ſecundi: tempus ſpiritualis intelle
ctus. In aſſignatione tertij vita futuri ſe/
culi. In qua neqꝫ nubent neqꝫ nubentur
Mat.22. ſederunt ſicut angeli dei in celo. Sed
putas horum aliquid ſine cauſa? Abſit.
Propter hec enim tria: tribus modis tri
bus viribus miſſus ſiue datus: legitur
ſpiritus ſanctus. Primo in ſpecie co/
lumbe. Secundo in ſufflatione: Tertio
in igne. Primo oſtenſum eſt ꝙ proce/ Mat.3
dit a patre. Secundo ꝙ procedit a filio. Mar.1
Tertio ꝙ idem ſpiritus vbi vult ſpiret: Luc.3.
⁊ diuidat de ſuo ſingulis prout vult. Hec
regula myſteriorum frequens eſt ſatis in
diuina ſcriptura: ⁊ ea generaliter patres
vtuntur: ⁊ licet ipſi forte non apertius
exprimant cauſam: cur videlicet: ea per/
ſona que aliquando accipitur in ſigni/
ficatione patris: aliquando accipiatur in
ſignificatione filij: aliquando in ſignifica
tione ſpiritus ſancti: ⁊ econuerſo. Que
cum vniuerſaliter vera ſint: ⁊ fideliter
amplectenda in locis ſuis. Nos tamen
illorum temporum ſtatus in vſum expo
nendarum ſcripturarum proprie tenere
decreuimus: in quibus ſunt indiuidue tri
nitatis opera lucidiora ⁊ manifeſtiora cla
ris exhibent ſacramentis: hoc eſt ſub tē/
pore litere teſtamenti veteris: ſub tempo
re litere teſtamenti noui: ⁊ ſub tempore
ſpiritualis intellectus: quod erit ex hoc
nūc vſqꝫ ad cōſumationē ſeculi. Ubicūqꝫ
ergo de tribus ſtatibus abſolute fit men
tio in hoc libro pretermiſſo tempore illo
quod fuit ante legem: ſecundo poſt ſi/
nem mundi futuro. Primuꝫ ſtatum eſſe
dicamus ab Habraam ſiue iacob vſqꝫ ad
Joannem baptiſtam. Secundum a ioan
ne baptiſta vſqꝫ ad tempus plenitudinis
gentium. Tertium ex eo vſqꝫ ad conſu/
mationem ſeculi. Hec de tribus ſtatibus
dicta ſunt: vt ſciamus vnde agitur: cum
de eis facimus mentionem. Nunc de cō/
cordia videamus.

¶ Aſſignatio concordie duorum teſta/
mentorum. Cap. 6.

SI ſecundum ꝙ ſe mutuis vultibus
duo: que ſcriptura ſepe commemo
rat teſtamenta reſpiciūt: concordiā
duorū temporū volumus aſſignare.

Primus temporis cursus: a iacob patriarcha inchoandus est: et terminādus in xp̄o. Secundus a xp̄o vsq; ad finem seculi: quando rursus ad faciendum iudiciū venturus est in gloria xp̄s: facta fuit tamen illic initiatio in habraā: hic in zacharia patre ioannis. Sin vero quia testamentum nouum geminum est et quasi duplex: pro
Mat.3 actuū.2. eo q̄ non solum filius in carne apparuit: verumetiam et spiritus sanctus reuelari dignatus est hominibus in columba et igne: et nō solus filius missus est: vt redimeret mundum: verumetiā et spiritus sanctus qui procedit ab ipso complere que ipse inchoauerat. Tempus istud quod dicit gratie in duas temporuz portiones distingui tur: q̄d omnino necessariū est: inuenimus in tribus statibus magna quedam opera dn̄i distincta proprietatibus suis: in quibus trinā cōcordiā oporteat assignari: saluo intellectu superiori: et prima illa assignatione que duo velut ex equo testā concordat: Non.n. maius aliqd sunt filij et sp̄us scūs: q̄z solus pr̄: aut minus aliqd solus filius: aut solus sp̄us scūs: et ideo simplex relatio est noui testi ad vetus et equa secūdi status ad primum: et tertij ad scd̄m. Inde est vt et duo testā que scriptura cōmemorat: et opa triū statuū que equaliter i singulis magna sunt: simplex hinc et inde similitudo p̄spiciat. In prima distinctione taliter cōcordia assignāda est. Tēpus primi sigilli a Jacob patriarcha vsq; ad moysen et Josue. Tempus scd̄i a moyse et iosue vsq; ad samuel et dauid: Tēp⁹ tertij a samuele et dauid vsq; ad helyaz et helyseuz. Tēpus quarti ab helya et helyseo vsq; ad ysaiaz: et ezechiaz. Tēpus q̄nti ab ysaia et ezechia vsq; ad trāsmigratione babilonis. Tēpus sexti a transmigratiōe babilonis vsq; ad obitū hester aut malachie p̄phete. Tēp⁹ septimi ab obitu malachie vsq; ad zachariā p̄rem Joannis baptiste. Hec in veteri: In nouo autē sic:
3. Nota Aptio primi sigilli a zacharia p̄re Joānis: magis aūt a resurrectione dn̄i vsq; ad obituz sancti Joānis euāgeliste. Apertio secūdi ex eo tp̄e vsq; ad Cōstātinū augustum. Apertio tertij ex eo vsq; ad Justinianum. Aptio quarti ex eo vsq; ad Karolū. Apertio quinti ex eo vsq; ad p̄ntes dies: in q̄b⁹ Nota initiata apertione sexti percutienda est noua babilon: scd̄m q̄ ostendit in p̄phetis et liber iste apocalipsis manifeste demōstrat: licet nec dum quinta cōsumationē acceperit. Cōpleta vero apertione sexta: erit sabbatuz dn̄i scēm. De quo dicit apostolus. Heb.4
Relinquitur sabbatism⁹ populo dei: quousq; veniat dominus ad extremum iudicium: preeunte ante faciem eius helya propheta sicut quondā preiuit Joānes baptista. Quia vero sabbatum labores preeunt Mala. vlti. et quietem certamina: notanda sunt inde israelitica prelia: hic ecclesiastica bella: siue que tunc pro fide vnius dei: qui creator est oium: siue que nūc pro nomine xp̄i qui verus est et vnus cū patre deus: per quē facta sunt oīa: fideles pertulisse legunt: vt dum similia bellorum gesta in duobus testamētis perpreendimus: agnoscamus verā esse saluatoris sentētiā qua dicit. Pater meus Jo.5 vsq; modo operat et ego operor: In tēpore primi sigilli habuit cōflictū israel cuz egyptijs qui euz multis doloribus affligētes: seruitutis quoq; vinculo compeditum tenebant: ita vt non liceret eis egredi ad explenda iussa dn̄i in desertum nec cessare ab operibus laterū que sibi indixerat rex egypti. In tēpore quoq; apertionis prime sub quo terminato in patribus testamento veteri: inchoatum est nouuz surrexit itez pro patribus: nouus et spiritualis israel qui aduersus nouos egyptios iudeos nouū propter spirituz iniret certamen: nouo quoq; moyse qui est fidelissimus legis lator et p̄phetaruz oium dn̄s inchoante: vt quomodo: in illo primo conflictu silentibus filijs isarel: moyses famulus dn̄i dimicauit et vicit: ita et hic tacentibus electis qui sub onere legis et lr̄e oppressi labore superuacuo insudabant solus xp̄s iesus pugnaret et vinceret eosq; in manu valida et extēta a littere superstitione et legis eriperet seruitute: in cuius tamen concordie serie illud vigilantur obserua quod in domino nostro iesu xp̄o qui lapis est angularis oium antiquor patrum opera virtute quadam sue

potentie

potentie ostēdūtur infixa ⁊ nihilominus
que in filijs complenda erunt tēporibus
suis: ita vt in operibus eius tam noua q̄ꝫ
vetera redigantur in summa: Ex qua re
mirum aliquid accidit: vt sicut ipse vbiqꝫ
est: ita in q̄ꝫpluribus scripture locis inue-
niatur vnus ipse respondere tam multis
patribus testamenti prioris ⁊ tamen in cō
cordie serie soli respondeat patriarche Ja
cob: qui sic in veteri testamēto genuit duo
decim patriarchas: quomodo apostolos
totidem: ipe qui verus est israel procrea-
uit in nouo: excepto ꝙ ibi caro ex carne:
hic spiritus ex spiritu propagatus est: te-
Jo.3. ste veritate ipsa que dicit. Quod natum
est ex carne caro est: ⁊ quod natum est ex
spiritu spiritus est. Non igitur christus ie
sus ita in cōcordia respuit Moysen: quo-
modo Jacob patriarcham: sed sicut aliorum
quēlibet qui typum eius pro loco ⁊ tem-
pore tenuisse: probātur. Quo circa: vt pa-
triarchas duodecim respiciūt apostoli pri
mi: ita Moysen ⁊ Aarō. Paulus ⁊ Bar
nabas apostolorum nouissimi: quia sicut
Moyses ⁊ Aaron precesserunt filios is-
rael egressuros de egypto ⁊ progressuros
in terram chananeorum: ita Paulus ⁊
Act.13. Barnabas fidelem populum exiturū de
synagoga incredula ⁊ transiturum ad pro
uincias paganorum. Pugnauit moyses pro
libertate israelis: pugnauit ⁊ Paulus. Il-
le vt cessaret seruitus que erat in faciēdis
lateribus. Iste vt cessaret seruilis lex que
erat in opibus carnis ⁊ vterqꝫ donāte deo
prostratis hostibus triumphauit: Nec mi
rum: quis. n. pugnabat in illis? nisi ille de
scamus intelligere ,ppꝛietates personaruȝ
Et per hoc q̄ iuenimus oia pertinere ad
oẽs:discamus pie sentire vnitatẽ essentie.
Nõ igitur absq; causa dictũ est a filio. Pa
Joã.5. ter meus vsq; modo operaꝛ ⁊ ego operoꝛ:
cum ⁊ semp opereꝛ cũ patre filius ⁊ cũ fi
lio pater. Nec absq; causa inuenitur spũs
sctũs in testamẽto veteri coopatus esse pa
tri loquẽs assidue per ,pphetas:⁊ in nouo
testamẽto coopatus est filio loquẽs p apo
stolos ⁊ doctores ecclesie:eo q̄ sit ipse spi/
ritus scũs:virtus ineffabilis vtriusq; pa/
tris.s.⁊ filij:qui in duobus testamẽtis opa
ti sunt:p̃sertim cum sicut duo populi:qui
ad duo ptinẽt testamẽta ad imaginem pa
tris ⁊ filij creati sunt:ita angelicus ille ce/
tus:qui in celis habitat ad imaginẽ spũs
sancti. Hec eniȝ causa est pro qua nõ tria
testamẽta:sed duo esse scribunꝛ: quorum
concordia manet integra:a iacob patriar/
cha vsq; ad primũ aduentum dñi:⁊ a pri
mo eius aduẽtu vsq; ad finẽ seculi. Quia
vero idem spũs qui patris ⁊ filij donum
est.eiusdeȝ est auctorit tis ad operandum
p velle suo cuius sunt pater ⁊ filius:opoꝛ
tebat ⁊ ip̃m quoq; operari opa similia sibi
ad testificãda ea ipsa que pater ⁊ filius te/
stificati sunt:vt ita sit in notitia hominuȝ
q̃uo est in notitia angeloꝛuȝ:quatenus in
noie trinitatis:q̃ deus est oẽ genu flectaꝛ
Phi.2 celestiuȝ terrestriũ ⁊ ifernoꝝ ⁊ ois lingua
cõfiteaꝛ:q: filius ⁊ spũs sanctus in gloꝛia
sunt dei patris ,ppter hanc catholicam fi
dem:gemina est(vt supradiximus)causa
cõcordiarum:⁊ occulta quedam intelligẽ
tie regula:que inter verba ⁊ verba:qn im
mo inter sensum ⁊ sensum dr̃iaȝ facit. Si
enim iuxta tẽporũ cursum vsq; ad finẽ se/
culi:serieȝ libri huius cõsiderare libet:ita
singulis septẽ tẽporum:inuenimus singu
lã septẽ partium vsq; ad eũ locuȝ vbi agi
tur de iudicio cõuenire vt a iacob patriar
cha vsq; ad aduẽtuȝ dñi:⁊ exinde vsq; ad
finẽ seculi duplex cõcordia teneaꝛ: respon
dẽtibus p singula veteribus nouis: adeo
vt rex anthiochus qui precessit primum
aduẽtum dñi:cõcordet cum eo qui vocaꝛ
gog. Cum aũt inter secũdũ ⁊ tertium sta/ Ap.20
tũ(qd̃ oino necesse est)differẽtiã fecimus:
tũc multa verba libri huius que quasi hy
storice scripta sunt:⁊ que sex tẽporibus se/
cũdi status mystice ascribuntur ad con/
cordiam:tertij status referenda sunt statu
to libri principio:principio tertij status:
tempori:vȝ:isti ⁊ extremis q̄busdam ver/
bis que in eodem libro hystorialiter tan/
guntur:fini eiusdem tertij status:a qua tñ
lege ammouentur illa : vt sepe diximus:
que ad passionem secundi status referun/
tur:⁊ illa que scripta sunt ad literaȝ de eo
dem tertio statu : quia ⁊ ista vt iam dixi
non conueniunt proprie tempori pacis:
⁊ illa non habebunt post se tempus in
quo possint in spũ sctõ ꝯsumari: Neq;.n.
in illo seculo futuro:quod erit post extre/
mũ iudiciũ incarceratũ diabolũ in abysso
solui opȝ modico tpe:⁊ ꝯgregari iterũ ali
quas gẽtes ꝯtra electos hoies aut aliquid
huius fieri:qd̃ tẽporaliter opoꝛteat termi/
nari. Et ideo lectio ipsa explanatione idi/
get circa obscuritatẽ verboꝝ:nõ mystica
expositione:q: mystica expositio est:cum
per minima itelligũꝛ maioꝛa:vel p modi/
ca multa:siue in bona pte siue in mala:vt
cũ in rege hierusalẽ:intelligiꝛ deus:in re/
ge babilõis:diabolus. Hic aũt vbi de ip̃o
diabolo apte aliquid dr̃:nõ est id:qd̃ diciꝛ
in p̃sona aliqua mystice refundẽdũ in po/
sterũ:p̃sertim cũ nõ sit aliq̄s diabolo in ne
quitia maioꝛ qui possit designari per euȝ:
sed qd̃ dr̃ de eo:hoc itelligi debet:⁊ si sint
ibi aliqua q̃ spãli egeãt intellectu:neq̄s ca
thenam:qua captus dr̃:mãlẽ esse putet:⁊
alia q̃ occultis q̄busdã obscuritatibus pal
lianꝛ:ne si oino essent ati tp̃s denudata vi
lescerẽt. Neq;.n. ibi tñmodo obscura esse
scriptura credẽda est.vbi mysticis figuris
obuoluiꝛ:aut ibi tñ manifesta:vbi litera/
lis intelligentia presto est:vt quibusdam
videtur:sed plerunq; multo amplius in
litera q̃ȝ in spiritu. Dicit enim apostolus Ro.3
disputans de operibus ⁊ fide. Justificari
hominem perfidem sine operibus. Dicit Jac.2.

alius econtrario iustificari hominem per
opera :: intantum vt prosequatur ⁊ dicat
Fides sine operibus mortua est. Hec ver
ba iuxta literam intelligenda erant. ⁊ ta/
men in se ipsis occulta satis ⁊ pene intel/
Ps. 111. lectu difficilia. Psalmista dicit i psalmis.
Beatus vir q timet dñm. Et dñs in euã/
Mat. gelio precipit dicẽs. Eũ timete qui potest
10. animã ⁊ corpus perdere in gehenã. Joan
Jo. 4. nes aũt videtur in ꝯtrariuꝫ sentire dicẽs.
Qui timet nõ est ꝑfectus in charitate: sed
Ma. 6. perfecta charitas foras mittit timorẽ. Do
minus dicit in euangelio. Respicite vola
tilia celi: ⁊ nolite solliciti esse dicentes.
Quid mãducabimus aut quid bibemus
aut quo operiemur: ⁊ operamini: non cibum
Joã. 9. qui perit: ſꝫ qui permanet in vitã eternã:
2. thes. 3. Apostolus aũt ꝑcipit fidelibus: vt operẽ/
tur panem suuꝫ dicens. Qui non laborat
nõ manducet. Uerum hec exempli causa:
neqꝫ se putet facilẽ ad intelligendã lrãm:
⁊ in solis allegoricis sensibus difficultateꝫ
haberi: cũ ecõtrario circa nuda verba ipsa
q̃ ꝓphetice scripta sũt maiorẽ patiamur dif
ficultateꝫ. ita vt de illis spãliter videatur
Ps. 17. scriptũ. Tenebrosa aqua in nubibus aeris.
Quid enim apertius esse põt q̃ꝫ Dede/
Ps. 68. rũt in escam meam fel: ⁊ in siti mea pota/
uerũt me aceto? Et tamen q2 nõ dixit ꝑs.
Dabũt in escam xp̄i fel ⁊ in siti eius pota
bũt eũ aceto: sed locutus est de xp̄o in pso
na ꝓpria: ⁊ hoc verbo ꝑterito nõ futuro.
Quis hoc intelligeret anteq̃ꝫ cõpleret̃ in
2. cor. 3. xp̄o? Nõ igit̃ extimãdũ est: nõ esse q̃ꝫ plu/
ra in ipsa litera difficilia intellectu: litera
dico illa q̃ alio genere: spũs est non illa de
qua dicit apostolus. Litera occidit: nimi/
rũ q2 nõ ipsa veritas est: sed tm̃ figura ve/
ritatis: nec in ea est attẽdendũ quod legit̃
sed qđ significat̃. Quod aũt non est figu/
ra sed veritas: sic est accipiẽdum: vt legit̃:
si tamen non sit ibi aliquid quod explana
tione indigeat: ne forte nõ sicut est: sed ali
Jo. 14. ter q̃ꝫ res exigit intelligatur: vt illud. Si
diligeretis me: gauderetis vtiqꝫ: q2 vado
ad patrem: q2 pater maior me est. Uerum
siquidem est ꝙ pater maior illo est: non tm̃

secũdũ ꝙ deus est xp̄s: sed scđm ꝙ homo:
Quod autẽ intelligatur: libet vigilanter
attendere tres esse generales modos: qui
bus deus loquit̃ in scripturis: scđm ꝙ ⁊ i
libro isto: sicut ⁊ in alijs manifeste mõstra/
tur. Aut. n. loqtur hystorialiter: vt in Ge/
nesi ⁊ libris regũ: ⁊ oibus oino libris q hy
storice scripti sunt: scđꝫ quod genus locu
tionis: euãgelia quoqꝫ q̃tuor ⁊ liber actuũ
apostolorũ accipienda sunt: ⁊ si sint in eis
aliqua que a legis huius regula secludan/
tur: aut in reuelatiõe imaginũ vt est rota
illa q̃ apparuit Ezechieli: ⁊ bestie q̃ ostẽ Eze. 1.
se sũt Danieli: aut in simplicitate verita/ Da. 4.
tis: vt est illud. Ecce dies veniũt dicit do Hie. 23.
minus ⁊ suscitabo dauid germẽ iustũ. Et
ecce dñs deus meꝰ veniet: ⁊ omnes sancti
eius cũ eo: ⁊ cetera que ꝓphetico spiritu:
nõ sub mysterioꝝ caligine: sed aperte pro
nuntiata sunt. Secundũ hec ergo tria lo
quitur ioãnes in Apocalipsi: hystorice nẽ
pe ibi loquitur cum dicit de se ipso. Fui
in insula que vocatur pathmos ⁊ quod vi
des scribe in libro ⁊ mitte septem eccle/
sijs que sunt in Asia. In reuelationibus Apo. 20
imaginum: vt cum dicitur. Uidi ostium
apertuꝫ in celo ⁊ ecce sedes posita erat in
eo: ⁊ cetera que ibi sequuntur ⁊ cum ape
ruisset vnum de septeꝫ sigillis. ecce equus
albus: ⁊ qui sedebat super eum: data est ei
corona. ⁊ venit vincens vt vinceret: ⁊ vi
di septem angelos preparatos vt canerẽt
tubis: ⁊ vidi ⁊ ecce draco Rufus: ⁊ vi/
di bestiam ascendentẽ de mari. Et hijs
similia que in simplici veritate: vt illud.
Soluetur sathanas de carcere suo. Que
cum ita se habeant: oportet nos in tribus
casibus modis istis: talem in hoc libro di/
scretionem habere: vt imaginibus vsqꝫ
ad finem sexti temporis ostense sunt: in/
telligamus certamina secundi status. In
verbis propheticis: que in parte septima
velut ad literam prolata sunt: intelliga/
mus pertinentia ad illum tertium sta/
tum in quo non erũt sicut hactenus enig
mata tenebrosa: vtpote i qua manifestius
⁊ veluti facie ad facieꝫ videre incipiemus

in his que hystorie dicta sunt: opera quedã duplicia ptinẽtia ad vtrũq; statum: eo q duo mystici intellectus in verbis hystoricis testamẽti noui: inueniri queant: secũdũ q superius dictuz est. Sic igitur ex his que scripta in hac sũmula: et ex alijs q̃ scribi possent: donari libertatẽ in illo sabbato: ppi̇o dei ad agnoscẽdã veritatez: aptissime liquet. Sicut et per apostolum dicitur. Relinquitur sabbatismus populo dei
Heb.4
Nec illud moueat q in octaua parte de la pidibus preciosis et auro mundo: superna
Apoc. 21.22.
illa ciuitas: que vocat Hierusalem: cõstructa esse narratur. Aut q fons aque viue i fluere ciuitatem illam: et lignum vite plãtatuz ex vtraq; ripa fluminis perhibetur q: ad octauaz partẽ libri: nec typicus nec hystoricus ptinet ppie intellectus: s3 tm̃ anagogicus: qui sola celestia cõtemplatur. Nec pptere a p figuras loquit ibi ioãnes de ciuitate illa: vt quasi obscuris enigmatibus occultet intellectus eaz: sed vt per nobiles imagines visibiliũ reruz: quibus taz gloriosa dicta sunt de ea: rapiatur legẽtis animus ad amorem ipsius.

¶ De differentia sabbatoz Cap. 14.

Quia vero in his que hactenus scripsimus mentio de sabbatis facta est: et iscribẽdis q̃z frequẽtior occurret: operepretiũ arbitror: qd differat iter sabbatũ et sabbatũ diligẽti scrutatione discutere ne p eo q diuersa sũt: et sabbata et diuersa mysteria sabbatoz: aliud occurrẽs pro alio intellectu obscuret: et sicut solet accidere in similib⁹ reb⁹: occupata mens circa plurima ad diuersa discurrat: et alia pro alijs accipienda desipiat,: sabbatoz ergo genera plura sũt. Est enim sabbatũ hystoricũ: et est sabbatũ morale: Est sabbatũ tropologicũ: et est cõtẽplatiuum et anagogicũ. Sabbatũ hystoricum est cũ quis post quottidianuz laborem: saltem in diebus festis: ad cõtemplationem recurrit. Sabbatum morale est: cum relicta quis vanitate seculi: deo se totum exhibet mente et corpore seruituruz. Sabbatum tropologicum est: cũ post laborez ad discẽnde litere: sublimatur aliqs ad intellectum spiritalem. Sabbatum cõtemplatiuum est: cum post exercitium vite actiue: ducitur aliquis ad vitam contẽplatiuam. Sabbatum quoq; anagogicuz est: cũ seminatur corpus animale: vt requiescat anima donec peracto sabbato suo: corpus recipiat spiritale. De hoc sabbato dicit apostolus. Qui ingressus est in requiem
Heb.4
eius: etiam ipse requieuit ab opibus suis: sicut a suis deus. Est aũt et aliud sabbatuz quod dicit typicum habens plures spẽs quod de figuris testamẽti veteris exhibetur in nouo: cum: vz: singulis tẽporibus sexte etatis vsq; ad sextum tempus. Hoc est singulis sex tẽporibus inesse sabbatũ itelligit: eo q per singula sex certaminum: dederit deus pacem ecclesie sue vt requiesceret interuallis temporum a laboribus suis: vt enim singula hebdomadarũ quadragesime sabbatũ habere dignoscitur: ita singulo ecclesie tẽpori datũ est habere sabtũ suũ: ne ptelata nimis afflittio despatione inferret. Porro de hoc sabbato ad hebreos p apostolũ di:. Relinqtur sabbatismus populo dei. Hec de diuersis generi
Heb.4
bus sabbatoz: q̃ p alias et alias itelligentias discurreret iuxta ɔsuetũ vsum et solẽnẽ intelligentiã scripturarũ. Verũtñ alia mõ tria sabbata assignari queũt: quoz tertiũ illud est: quod in tertio statu seculi diximus ad futurũ. Hoz primũ fuit ante legẽ. Scdm̃ sub lege. Tertiuz sub gr̃a. Ante legem fuit sabbatũ: p q̃dringentos et triginta annos manẽtib⁹ filijs israel in egypto: hoc est eo tpe quo patres eoz igressi sunt egyptũ vsq; ad moysen. Scdm̃ sabbatuz sub lege fuit: cessãtibus hystorijs et pphetis: a diebus. s. malachie prophete: vsq; ad
Ge.46
ioãnem baptistã. Sane tertiũ sabbatũ sub
Exo.3.
gratia futurũ est a tpe quo diabolus icarcerabit: vt nõ seducat amplius gẽtes vsq; ad finem seculi. Et q: scriptum est de primo triũ ad literam per quedã sapientẽ: Dum medium silentium tenerent oia
Ap.20.
quod tamen in spiritu de secũdo intelligẽdũ est: queritur nõ absurde: vtrum etiam

secundũ

ſecundū ⁊ tertiū ſabbatū ſilentium habue
rint:⁊ qđ:⁊ quale fuerit ſilētiū ſingulorū.
Si incipimus enumerare geſta patrū:cur
ſuſqꝫ tēpoꝝ ⁊ annoꝝ ꝑ ſingulos patres ex
ordiētes ab Adam inuenimus in eis an/
noꝝ numerū ⁊ continuam geſtoꝝ narra/
tionem vſqꝫ ad virum iuſtū Joſeph: qui
mortuus eſt in egypto deficiētibus in eo
hyſtorijs ⁊ cōputatiōibus annoꝝ .Ex eo
nāqꝫ tpe vſqꝫ ad Moyſen de nullo nepo/
tū iacob ſcriptum eſt:ꝙ cū eēt tot annoꝝ
genuerit talē:aut talē:⁊ ſi videaṫ ſcriptus
annoꝝ numerus vite leui ⁊ filij ac nepo/
tis ipſius:per quē tñ chronicarū tempo/
Exo.6. ra aſſignari nō poſſint:niſi ꝙ cōfuſe ⁊ ve/
lut in ſumma traditū eſt:ꝙ habitatio fi/
lioꝝ iſrael in egypto fuerit quadringētoꝝ
⁊ triginta annoꝝ:Sed neqꝫ alicuius:opa
ſcripta ſunt:ſicut antea fieri conſueuerat
⁊ ſicut in ſequēti tpe a Moyſe:vſqꝫ ad Eſ
dram:vt eſſet tēpus illud ſabbatum tam
ſilentium teſtaretur q̄ꝫ otiū.Eodeꝫ modo
a zorobabel ⁊ neemia vſqꝫ ad ioānez bapti
ſtā:neqꝫ per regū chronicaꝫ:neqꝫ ꝑ patrū
genealogiā annorum ſumma diſtincta eſt.
Sed neqꝫ geſta aliquoꝝ vſqꝫ ad ioannem
baptiſtā eo modo quo antea ſcripta ſunt:
Hiero. p̄terq̄ꝫ libri machabeoꝝ qui teſte ſcō Hie
ronymo extra canonē ſunt:donec oīpotē
tis dei ſermo de regalibus ſedibus adue/
niret.Diciṫ aūt ſabbatū tp̄s primi ſilentij
reſpectu illoꝝ tēpoꝝ que fuerūt ante legē
vſqꝫ ad ioſeph qui dominatus eſt in terra
egypti. Secūdū reſpectu eoꝝ que decur
ſa ſunt ſub lege ⁊ ꝓphetis vſqꝫ ad Mala/
chiā ꝓphetā.Tertiū reſpectu nouoruꝫ:q̄
Ge.41. hactenus ſub gratia decurſa ſunt: ⁊ vſqꝫ
ad finem ſexti tp̄is in erūnis ⁊ gemitibus
peraguntur. Sicut aūt iudiciū ſodome:pri/
mū ſilentiū anteiuit.Secundū iudicium
babylonis prime q̄ fuit metropolis chal/
Ge.19. Dan.5. deoꝝ:ita ſilentiū nouum qđ in proximo
eſt iudicium babylonis noue quod in ſex
ta parte huius libri:Joānes annotare cu/
rauit.Et notandum ꝙ in ſingulis ſtati/
bus conſolatur deus oīpotens plebē ſuā:
vt per bona que temporaliter ꝑcipimus:

firma ſit expectatio futuroꝝ.Jn primo de Ge.41.
niqꝫ ſabbato:ſublimatꝰ ioſeph in egypto
⁊ vniuerſa domus iacob requieuit in pa/
ce.Jn ſecundo reſtituto templo: obducti
ſunt muri hieruſalē quos deſtruxerat rex
babylonis:ſub neemia principe iuda:pre/
bentibus ſubſidia regibus terre ⁊ honorā
tibus domū dei ⁊ miniſtros eius ⁊ vrbem
licet non deeſſent inſidie querentium ma
lum filijs iuda ⁊ deterrentiuꝫ eos vndiqꝫ
per circuitū ne opus perficerent inchoa/
tum.Jn tertio quoqꝫ ſabbato reedifican/
dū eſt templū dei:reedificanda eſt ciuitas
de lapidibus nouis:⁊ hoc a filijs tranſmi
gratiōis moderne ſicut quōdā tēplū illud
⁊ ciuitas a filijs trāſmigrationis iude. Sꝫ
ſi reſpectu predictoꝝ tēporum:tempora il
la ſabbata dicta ſunt:reſtat vt ſequentia ſe
cula:ſiue primo ſecunduꝫ literam:ſiue ad
extremū ſcđm ſpūm pro octauis accipia/
mus eo ꝙ digniora fuerit ſecula que duo
preterita ſabbata ſecuta ſunt ſeculis anti/
quioribus p̄cedentibus illa:haud dubiuꝫ
ꝙ ⁊ illud futurū ſeculū:quod tertium ſab
batum ſecuturū eſt.Jn exordio nāqꝫ ſab/
bati primi quod fuit ante legem:magni il
li patriarche quibus facta eſt repromiſſio
de xp̄o permiſſi ſunt qdeꝫ cōmorari in ter
ra chanaā in qua ſita eſt myſtica illa ciui/
tas que vocatur Hieruſalem:ſed tñ ſicut
hoſpites ⁊ peregrini:non vt poſſeſſores ⁊
domini:poſt ſabbatum vero ipſum: in/
troducta eſt in ea vniuerſa multitudo fi/
liorum iacob:non iaꝫ ſicut patres peregri Exo.15.
naturi in illa: ſed ſicut de eis myſtice in
Exodo ſcriptū eſt:Jntroduces eos ⁊ plā
tabis in mōte hereditatis tue firmiſſimo
habitaculo tuo quod operatus es dñe.Jn
exordio quoqꝫ ſecundi ſabbati quādo re/
edificatum eſt templū:viſum eſt oriri no/
uum gaudium filijs iuda:eo ꝙ ſuſcitaſſet
deus regē in terra:qui quereret que ad pa
cem erant Hieruſalē:tñ inter gaudium ⁊
gaudium quod factū eſt electis in ortu ⁊
reſurrectione dñi:ſeu etiam in aduētu ſpi
ritus ſancti:nulla cōparatio eſt.Sꝫ ⁊ nūc
in exordio tertij ſabbati in quo oportet q̄ꝫ

cito deſtrui babylonem nouam ⁊ reedifi/
cari nouam Hieruſalem de lapidibus vi/
uis a filijs tranſmigrationis noue: qui nõ
obliuiſcuntur Hieruſalem: magna erit le/
titia diligentibus deum: ſcd̃m ꝙ in ſexta
parte libri huius luculenter oſtendit: vbi
Ap. 19. cantatur ab omnibus: Alleluia: ſed tamẽ
reſpectu illius que nos expectat in patria
paruum eſt ⁊ momentaneuʒ quicquid tẽ
porale magnum eſſe videtur. Et hec qui/
dem de tribus ſabbatis que maiora ⁊ ge/
neralia ſunt: ex quibus aliqua ſabbata ſpe
cialia pendent: de quibus qꝫ occaſio mo/
ta eſt: aliquid in hac ſumma diſſerere cõ/
munis eſt cauſa ratiõis: Sed melius hoc
oñdimus ſi figuras exẽpli cã ſumamus.

¶ De ſeptem portionibus anni quarum ſexta eſt a q̃nquageſima vſqʒ ad paſcha: ſeptĩa a paſcha vſqʒ ad pẽthecoſtẽ. Ca. 15.

Sacrum illud tempus quod paſcha/
le vocatur a ſancto. ſ. die paſche vſqʒ
ad penthecoſtẽ: ſeptimã totius anni
portionem cõplectitur: quindecim
tm̃ diebus exceptis: qui velut in ſupple/
mentum quinquageſime ⁊ ſuperabundã/
tiam dati ſunt: ſecundum ꝙ ſeptuaginta
ſeniores ſcriptura ſacra fuiſſe cõmemorat:
Exo. 24. ⁊ tñ duo alij ad aliquid ſuperadditi ſunt
qui vſus eſt diuine ſcripture vt minima
queqʒ in myſterijs potioribus cadãt: Qd̃
ſi in ſexta portione anni tempus reputat̃
ieiunij: in ſeptima paſchalium epularũ: li
quet ꝙ ſicut tẽpus ieiunij: ſextam mundi
deſignat etatem. ita tempus epularum qd̃
paſchale vocat̃ ſabbatum illud tertium re
ſpicit: quod duobus p̃teritis clarius eſt:
vtpote cui illa duo in myſterijs ſeruierũt.
Nam quomodo quinqʒ quinquageſime
precedunt ſextam que ieiunijs eſt pre ce/
teris deputata: ita quinqʒ etates mundi
ſextaʒ velut in carnis epulis p̃ceſſerunt
etatem. Ipſa vero ſexta etas ſacris ieiu/
nijs deputata eſt. Sequit̃ autem ſepti/
ma quinquageſima a ſacro die paſche vſ/
qʒ ad penthecoſten: ⁊ ipſa venerabiliorem
ceteris: ſeptimaʒ huius ſeculi deſignat eta
tem: in qua oportet cõſumari benedictio/
nem illam: de qua in Geneſi ſcriptuʒ eſt.
Benedixit deus diei ſabbati: ⁊ ſantifica/ Ge. 2.
uit illum quia in ipſo ceſſauerat ab omni
opere ſuo quod patrarat. Licet autem ſe/
ptima etas in ſabbatum e ſolenne ⁊ gene
rale reputata ſit: nihilominus tamẽ ⁊ tem
pus primi ſtatus quod quinqʒ etatibus
comprehenditur: habuit ſabbatum ſuuʒ:
⁊ tempus ſecundi ſtatus: quod ſub vna
(hoc eſt) ſexta coartatur etate: habituruʒ
eſt ſabbatum ſuum: ⁊ nihilominus tẽpus
tertij ſtatus: quod ſeptima finietur etate
habiturum eſt ⁊ ipſum ſabbatum ſuum:
quorum vnum: quod erit ſecundi ſtatus:
deſignatum eſt in ſabbato vigilie paſche:
alterum quod erit tertij in ſabbato vigi/
lie penthecoſtes. Et hec ſola quantuʒ mi
hi videtur: non ſimpliciter ſabbata dicen
da ſunt: ſed cum adiectione: ſabbata ſab/
batorum. Sane liber iſte quantum ad ſex
partes ſuas: infra limitem ſecundi ſtatus
extendit ⁊ retinet paſſus ſuos: ita vt inci
piens a reſurrectione domini perueniat
vſqʒ ad finem eius: ⁊ iterum atqʒ iterum
redeat ad principium ſui. In ſingulis de/
niqʒ q̃nqʒ partiuʒ: recapitulatio fit: ⁊ vſ/
qʒ ad finem ſecundi ſtatus dirigitur in ſin
gulis curſus eius. Que videlicet recapitu
lationes non ſcd̃m totuʒ accipiende ſunt
ſed ſecundum partem: ſicqʒ tenenda ſunt
tempora ſecundi ſtatus: in ſingulis parti
bus generaliter: vt tamen ſpecialiter ſin/
gule partes vel ordines proprijs tempori
bus coaptẽtur prima. ſ. primo: ſecunda ſe/
cundo: ⁊ ſic de ceteris. Deniqʒ ⁊ in vlti/
mis partibus: non deſunt aliqua que indi
geant recapitulatione. Sed ideo hic: q̃n/
qʒ partibus ſpecialius attribuimus: quia
magis eſt in eis recapitulatio manifeſta.
Ceterum ſex partes communiter ſe ha/
bent ad laboris certamina. Septima ve/
ro pars diſtincta eſt ⁊ ſeparata a ſex ptib⁹
libri: quãuis numerus annorum incarce/
rationis ſathane videatur ſecundum par
tem ad ſecundi ſtatus tempora pertinere.
Non enim ſimul totus incarceratus eſt:
ſed per ſingulum quinqʒ temporum ſecũ

di ſtatus ſingulũ draconis caput debella/
tum eſt:ꝛ in ſexto tempore duo ſimul:ita
vt non habẽs de reliquo in quo exerceat
vires ſuas:cogaꝛ vſqꝫ ad finem ſeculi : qđ
erit tempus caude ipſius ſine ſpe ꝑpetran
de malitie icarceratus manere:ꝛ ſcdꝫ hoc
mille anni:oẽ tẽpus qđ decurſuꝫ ẽ a reſur
rectione dñi deſignare videtur:vſqꝫ ad tẽ
pus gog:nõ qꝛ mille anni erũt tñ:ſed qꝛ
millenario numero annoꝝ numeroſitas
deſignaꝛ. Sꝫ iã nũc diſtiguẽde ſunt ꝑtes
ipſe:perſcrutatis myſteriis ſingularuꝫ:vt
qđ hactenus nudis ṽbis ꝓtulimus:aucto
ritate quoqꝫ verbi cõprobare poſſimus.

¶ De diſtinctione octo partiũ libri Apo
calipſis. Cap. 16.

Diximus ſuperius ſeptem eſſe li/
bri partes ꝛ totideꝫ tẽpora ab ad
uentu ſaluatoris vſqꝫ ad extre/
mũ iudicium . Et in prima qui/
dem parte agitur de prelatis qui primuꝫ
bellum temporis acceperunt. In ſecunda
de martyribus. In tertia de doctorib⁹. In
q̈rta de virginibus.. In qnta de generali
eccleſia. Et q̈tuor qdem ordines illi:ↄtra
q̈tuor ſpãles beſtias habuere cõflictũ be/
ſtias illas dico quas ſe Daniel ꝓpha dicit
Dan.7 in viſiõe vidiſſe:eccleſia ṽo q̃ eſt noua hie
ruſalẽ aduerſus ipiſſimã babylonẽ. Que
vꝫ:babylõ noua ſicut oſtẽdiꝛ in ſexta ꝑte
libri:in ſexto tꝑe iudicãda ẽ. Et poſt ipſaꝫ
(vt iã diximus) iudicãdi ſũt beſtia ꝛ pſeu
do ꝓpha:q in ipo articulo ſexti tꝑis auda
Apo.9. cius ꝑſolito ↄtra xp̄m ↄſurgẽt. Deide icar
cerato diabolo erit ſabbatũ populo dei:cir
ca cuius finẽ ſolueꝛ iteꝝ diabolus de car/
cere ſuo:ꝛ ſeducet gẽtes q̃ ſunt ſup q̈tuor
angulos terre gog ꝛ magog: Ad extremũ
mitteꝛ diabolus i ſtagnũ ignis:eritqꝫ vl̃e
iudiciũ ꝛ reſurrectio mortuoꝝ . Quibus
pactis nulla erũt vlterius tꝑa ſecularia:ſꝫ
dies vnus eternus:nec regnabũt vlterius
reges terre:ſꝫ ſolus rex dñs exercituũ:nec
erũt vltra ſicut hactenus ꝛ nũc ciuitates
gẽtiũ:ſꝫ ſola ciuitas dei:mater nr̃a hierl̃m
cuius claritatis gloriã:ꝑs octaua ꝓſeque/
tur:ſcdm ꝙ oſtẽſuꝫ eſt ioãni iuitato ad cõ
tẽplãdã gloriã claritatis ipſius ab vno de
ſeptẽ angelis hñtib⁹ ſeptẽ phyalas iracun
die dei. Sic.n.ipe dicit de hoc: Venit vn⁹
de ſeptẽ angelis hñtib⁹ ſeptẽ phyalas ple
nas ſeptẽ plagis nouiſſimis:ꝛ locut⁹ ẽ me
cũ dicẽs. Veni oñdã tibi ſpõſã vxorẽ agni Ap.21.
ꝓtinuſqꝫ adiecit. Et ſubſtulit me i ſpũ in
mõtẽ magnũ ꝛ altũ ꝛ oñdit mihi ciuitatẽ
ſctãm hierl̃ꝫ deſcẽdẽtẽ de celo a deo hñtẽ
claritatẽ dei:ꝛ cetera q̃ ibi ſequuntur.

¶ Quid ſit generale cuilibet ſctõrum or
dini ꝛ quid ſpeciale. Cap. 17.

Sufficere poſſe crederẽ hec me in li/
bri ianua ꝑlibaſſe niſi myſterioꝝ ſur
culi pullulãtes hic ide in modũ ſpiſ
ſoꝝ palmitũ difficultatẽ minarenꝛ . Adeo
nãqꝫ ꝑtes ꝑtium ꝛ ramoꝝ (vt ita dicã) ra/
muſculi ſeipſos in retis modum intrican
do ꝛ quaſi cõcathenãdo iplicant vt in al
tera ſua vox ſileat:niſi altere cõſonẽt ꝛ al/
terius ſonus hebes appareat:niſi altere pa
riter colloquanꝛ. Si ergo de ſpãlibus ꝑti/
bus agenduꝫ eſt:qd ſibi velint ꝛ ipſe:qm̃
qdem ꝛ vnaqueqꝫ qnqꝫ partiũ generaliũ
in ſeptẽ diſtinguiꝛ portionibus:illud ꝓſe
cto cauſe eſt ꝙ vnuſqſqꝫ ſanctoꝝ ordinuꝫ
hꝫ ꝓprie tempus ſuum:in quo debent cõ
tra hoſtes cõfligere:ſed tñ nõ omittũt iu
giter oẽs ſimul ordines ꝑliari:ſubueniẽti
bus ſibi oibus ꝛ ferẽtibus ſolamẽ adinui/
cem. Vt aũt intelligaꝛ leuius:vtamur exẽ
plis. Ponamus ꝙ populus hieroſolimi/
tanus habuerit ꝑliũ ↄtra arabes ꝛ fuerit
ei ſpãlius demicãdũ menſe ꝑmo dato ſibi
ſubſidio oium populoꝝ q iſraſcripti ſũt:
vt ꝛ ipſe ꝑ ſingulos alioꝝ menſes ꝓpoſſe
auxiliũ miniſtraret. Eodẽ mõ anthioche/
nus ↄtra ſyros:ꝛ fuerit ei dimicãdũ mẽ/
ſe ſcdo. Alexãdrinus ↄtra ethyopes ꝛ fue
rit ei dimicãdũ mẽſe tertio. Cõſtãtinopoli
tan⁹ ↄtra ſcithas ꝛ fuerit ei dimicãdũ mẽ
ſe q̈rto. Roman⁹ ↄtra barbaros ꝛ fuerit ei
dimicãdum mẽſe qnto. Quibus oibus ſi
mul expletis:ſil̃ oẽs habuerit ꝑliũ gñale:
qđ ex equo tãgeret oẽs:eo ꝙ ↄglobate gẽ
tes ſil̃ iſurgerẽt ↄtra oẽs fueritqꝫ oibus
ex equo dimicãdũ mẽſe ſexto:ꝛ ita ichoa/

to mēse septimo:cō sopitis oībus bellis re
mearent ad propria . Igitur ꝑter sextum
bellū:quod generale est ⁊ oium cōmune
cetera quinqȝ specialia sunt:⁊ singula imi
nentia singulis.Mos est enim regum ter
rarum qui in expeditione sunt:ex oibus
ciuitatibus que in pace sunt armatam ele
ctoꝝ militum producere iuuētutē ⁊ mit/
tere in subsidium ciuitatis quam hostiuȝ
legiones impugnāt:ne non solum obsessa
ciuitas patiatur obsidium : verumetiam
victore hoste: cetere quoqȝ vrbes detri/
mentum incurrant.Si aūt vt ponamus
hoc est presens:singulis quinqȝ vrbiū per
menses singulos taliter ab oibus succurrē
dū est:⁊ ad vltimum generale prelium in
cōmune oibus cōmittendum:quid restat
nisi vt fateamur singulos populos:singu
la spālia cōmisisse:etiam preter illud quod
generale est oibus ⁊ cōmunes:⁊ tamē dū
omnes simul singulis ciuitatibus subue/
nisse noscunt:fateamur vnūquēqȝ illoꝝ
sex prelia cum ceteris cōmisisse?Si enim
interrogas primum populū.quot mensi/
bus in bello pstiterit?Respōdebit sex.Si
queris quot cōmiserit prelia cum sodali/
bus suis.Respōdebit sex.Similiter ⁊ oēs
dicturi sunt.Si aūt querit eoꝝ singulus:
quot bella commiserit specialia.Respon
debit vnum.Sic igit quinqȝ sunt prelia
que singulis ordinibus propria sunt:⁊ se/
xtū in quo oportet omnes simul transitu/
ros ad requiem cōuenire tempore.s.eccle/
sie sexto in quo ⁊ primitie noui ordinis p
tinentis ad tertium statū initiate sunt:q̄/
tenus ⁊ hi qui vsqȝ modo laborauerūt sab
batizent in celis:⁊ hi qui pertinent ad ter
tiū statum requiescant in terris.Sicqȝ fit
vt dū singulus quinqȝ ordinū in septē ob
diuisorum varietates temporū distinguit
speciebus ⁊ quasi quedam spiritalis pro/
genies vsqȝ ad septimam generationeȝ ꝑ
tenditur ⁊ quinarius simul habeat in nu/
mero ordinuȝ ⁊ septenarius in psectione:
ita vt in eisdem ordinibus:⁊ qnari⁹ vera
citer ⁊ septenarius inueniri queat:Nec ꝑ
termittendum : quāte psectionis sint isti
numeri ⁊ quēadmodum sibi ipsis mira ⁊
inexplicabili affinitate cōueniant.

¶ De psectione quinarij ⁊ septenarij nu
meri. Cap.18.

Diximus superius librū istum ve
teribus respondere mysterijs ⁊
plurimā cū illis possidere cōcor
diam.Sed q: nō hunc oibus re
spondere duximus: sed qbusdaȝ:illud qḋ
superius pretermisimus adijciēdū puto:
nō librum:vȝ:istum solum:verūetiam ⁊ li
brum actuuȝ apostolorū qui hystoricus est
apponendū simul fore cum eo hystorie ge
nerali:vt ita duo vltimi euangeliste osten
dantur cōuenire in vnuȝ:quatenus dum
vnus dierū penthecostes:alter septem ec
clesiarū ⁊ septem temporū faceret mētio/
nem:psectionem duodenarij numeri in
quinario ⁊ septenario:ac si in carne ⁊ spi/
ritu cōsumandā ostenderet.Quare in qui Jos.13.
nario ⁊ septenario?Quia quinqȝ de tribu
bus israel primo ⁊ septimo ad extremū ac
ceperūt hereditatē.Et in testamēto nouo Esa.19.
simile aliquid reperit.Quinqȝ sunt enim
principales ecclesie de qbus ait propheta. 1.Apo.
Erunt quinqȝ ciuitates in terra egypti lo
quētes lingua chanaam:⁊ septem quibus
inscribitur liber iste.Nam ⁊ panuȝ quos
benedixit dn̄s:quinqȝ primo ordeacei:se/ Joā.6.
pteȝ vero extremi:triticei fuisse credunt.
Qui notare sufficit verbi causam: intelli/
get in quinario ⁊ septenario numero:ma
gna mysteria ꝯtineri:pro quibus maxime
duodenarius inter psectos ⁊ solennes nu
meros perfectissimus est:quinqȝ eniȝ ⁊ se
ptē duodecim faciūt:vt aūt prepalet cau/
sa:que ⁊ quāta sit psectio numerorū istorū
producamus ad lucem.Notū est enim q
sane sapiunt in quinqȝ corporis sensibus
⁊ septem virtutibus aīe psectionē homi/
nis cōtineri:ita vt minus aliquid habeat
exterior nr̄ homo a psectione sua:si careat
vel vno illorum quinqȝ:⁊ minus aliquid
homo noster interior se careat aliquo illoꝝ
septem.Secundū hoc igitur voluit deus
omnipotens diuersos ordines ponere in
ecclesia sua.Et alios quideȝ qui viderent
exercitari

exercitari in carne:alios quoruz exercitia
magis essent in spũ q̃z in carne. Dedit.n.
deus ecclesie presbyteros quasi aures ad
iformãdos τ docẽdos: τ discipulos in do
ctrina euangelij sui. Diacones quasi os ad
euangelizandũ quod a presbyteris didice
runt. Episcopos quasi manus qui vere fi/
dei fortitudine defenderent gregẽ sibi cre
ditum a lacerationibus bestiaruz:propter
qd τ iude patriarche qui fuit fortissimus
Tit.2. inter fratres:a simulati sunt. Uirgines q̃si
oculos qui sedeant contemplãtes que dei
sunt:expectãtes beatam spẽ τ aduentum
glorie magni dei τ saluatoris nr̃i iesu xp̃i.
Dedit τ clerum quasi nasum ad currẽdũ
in odorem vnguentorum suoruz:sub quo
τ vniuersa multitudo fideliũ cõtinet:crea
tanihilominus τ ipsa ad laudem τ gloriã
summi dei ad honorem sancte matris ec/
clesie:τ cõsumationem corporis Christi.
Ad istos quinq̃z ordines ptinent quatuor
euangelia:τ liber actuum apostolorum:q
Actu.1. sic incipit. Primum qdem sermonez feci
de omnibus o Theophile que cepit iesus
facere τ docere vsq̃z in diem qua p̃cipiens
apostolis per spiritum sanctum quos ele/
git assumptus est. Ut enim ostẽderet bea
tus Lucas significari quatuor illa opa xp̃i
in q̃tuor decadis dierũ adiecit τ ait. Qui/
bus τ prebuit seipsum viuuz in multis ar
gumentis per dies quadraginta apparẽs
eis. Qui rursuz vt ostẽderet in quinto tẽ/
pore τ quinto opere dari consumationẽ a
spiritu sancto:his que cepit iesus facere τ
docere:aliquãtis interpositis adiecit τ ait.
Et cum complerent dies penthecostes:fa
ctus est repente de celo sonus tanq̃z adue
nientis spũs vehemẽtis τ repleuit totam
Actu.2. domũ vbi erant sedentes. Natiuitas itaq̃z
ascribit sacerdotibus quos significat pau/
lus:passio diaconibus:qui τ euangeliste:
quos significat Stephanus : resurrectio
ep̃is quos significat petrus:ascensio con/
templatoribus quos designat Joãnes ad
uẽtus spũs sancti in cõi vita seruẽtibus:si
gnificatis in ecclesia discipulorum xp̃i su/
pra quos in die penthecostes cecidit spũs
sanctus τ vtiq̃z ad cõplẽdum illud quod
psalmista predixerat. Ecce q̃z bonum τ q̃z
iocundum habitare fratres in vnum. Ibi Ps.132.
sunt quinq̃z ordines generales ptinentes
ad quinq̃z corporis sensus:propter passio
nes quas sustinẽt in carne sua:de quibus
nihil pertinet in hunc modũ ad libitum
Apocalipsis:sed potius ad quatuor euan
gelia τ librum actuũ apostoloruz:quoniã
oẽs isti ordines possunt in cõmuni habi/
tu quez tamẽ decet clericos militare sicut
τ fieri cernimus in ecclesia xp̃i. Nunqd
enim sacerdotes vel ep̃i vel diacones vel
virgines q̃ in cõi habitu deo deseruire no
scunt:seu ẽt clericorum nõnulli qui τ vxores
quoq̃z in minoribus ordinibus habere p/
missi sunt:illam exhortationẽ dñi ad im/
plesse noscunt:qua dicitur. Uẽde oĩa que Mat.
cunq̃z habes τ da pauperibus:τ veni seq̃/ 19.
re me? Aut nũquid soli illi qui hoc faciũt
perueniũt ad regnuz dei? (Absit) Jdcirco
enim dei filius venit in carne : vt videat
oĩs caro pariter salutare dei. Nũc ergo de Esa.40
ordinibus istis nihil isto modo ad librum
apocalipsis:q2 habuerunt ipsi libros suos
hystoricos in quibus institui potuerunt
nõ solum scd̃m mysticum intellectuz qui
cõmunis est τ ipsis τ alijs:verũetiaz iuxta
litere superficiem τ hystoricã moralitatez:
que non minus hominem exteriorem q̃z
interiorem requirit. Porro liber iste sacra
mẽtis spiritalibus plenus:viris spirituali/
bus τ vale dicentibus curis seculi princi/
paliter datus est : qui nolint hic habe/
re manentem hereditatem:sed futurã inq
rant. Agit enim de septem ordinibus desi
gnatis in septez tribubus israel τ in septẽ
ecclesijs que sunt in Asia sicut illi quinq̃z
ordines in quinq̃z tribubus maioribus τ
ecclesijs totidẽ designati sunt. Apponunt
aũt illis qnq̃z panes ordeacei (hoc est) qn
q̃z supra scripti libri qui hystorici sunt τ in
quibus fructus spiritalis sub cortice latet.
His autem septem panes triticei (hoc est)
septem partes libri huius que nihil sonãt
hystoricum sicut illi:sed totuz pene quod
in eis intelligitur:spũs τ vita est. Hic aũt

vigilāter pensandum q̄ quinq̄ʒ de septeʒ
ordinibus qui notantur in libro isto ma/
gnam cuʒ quinq̄ʒ suprascriptis ordinibus
habēt affinitatē: ⁊ ideo diligenter discutiē
dum est: ne in carne spūs extinguat: ne in
tellectus (quod absit) superior ab inferiori
absorbeatur. Differt tn̄ inter vtrūq̄ʒ q̄r in
illa similitudine prima: in p̄mo manet na
tiuitas: in secundo passio: in tertio resur/
rectio: in quarto ascensio: in quinto aduē/
tus spūs sancti. In istavero non sic: sed in
primo manet resurrectio: in secundo pas/
sio: in tertio natiuitas: in quarto ascensio:
in quinto sexto ⁊ septimo donatio spirit⁹
sancti. Quare in quinto: sexto ⁊ septimo?
Quia tribus vicibus datus est apostolis
spūs sanctus. Primo quādo crediderunt
in xp̄m: secūdo in die pasche: tertio in die
penthecostes: primo datus est vt preueni/
ret: secūdo vt cooperaretur: tertio vt per
ficeret. Qui enim sic non accipit spūm san
ctum: pfectus xp̄ianus esse non pōt: Pro
pter hoc enim tria data dico: non spūs: q̄r
spūs quidem vnus est: sed tria data: semel
puer inungitur oleo anteq̄ʒ baptizetur: se/
mel baptizatus chrismate per manum ba
ptizatoris: semel etiam per manum ep̄i.
Quāuis aūt septem sint ordines ad quos
ptinet generaliter liber iste: quinq̄ʒ sūt ta/
men ex his qui pertinent proprie ad secū/
dum statum: apostolorum. s. martyrū: do/
ctoꝝ ⁊ virginum ⁊ eoruʒ qui pro vita cū/
muni regulares dn̄r. Non autem isti ordi
nes cum illis deputandi sunt: quos supe/
rius scripsimus sed supra illos quia illi q̄/
dem: vt iam diximus: dederunt ⁊ tenue/
rūt: isti ⁊ se ⁊ sua libenter pro dn̄o impēde
runt. Horuʒ aūt primus designatus est in
leone: secundus in vitulo: tertius in hoie:
quartus in aq̄la: quintus in throno dei.
Isti vt iā diximus q̄nq̄ʒ ordines: qui ⁊ per
quinq̄ʒ ecclesiastica tempora claruisse no/
scunt: proprie pertinēt ad secūdum statū.
Duo vero qui sequunt sextus ⁊ septimus
licet ⁊ ipsi sicut ⁊ p̄cedētes ad scd̄m statuʒ
pertineant: obscuratur tn̄ illoꝝ claritas a
supuenietibus nouis: vt sublato a veteri
bus gressu sermonis: ad nouos magis q̄ʒ
ad veteres ipetus spūs dirigat. Et hoc q̄/
dē ita. Uerūtn̄ pfectio ipsa: q̄narij ⁊ septe
narij numeri in solo quoq̄ʒ libro apocalip
sis assignari pōt: ac si q̄nq̄ʒ corporis sensus
⁊ septem virtutes animi in vno perfecto
viro ꝯuenire putent: Sʒ hoc melius itel/
ligimus si duoꝝ apostolorum xp̄i magna
valde in mysterijs gesta pēsamus.

¶ De vita actiua designata in petro ⁊ de cōtēplatiua designata in ioāne. Cap. 19.

Petrus ⁊ ioannes magnā precoapo
stolis suis p̄rogatiuaʒ in mysterijs
habuisse noscuntur. Primus nāq̄ʒ
actiuā: secundus p̄notat vitam cō
templatiuaʒ. q̄r alter assumpta cruce secu/
tus est dn̄m: alter diu certans in corpore
pacato fine q̄euit. Et q̄r q̄nq̄ʒ corporis sen
sus ad actionē ptinent: septē virtutes ani
mi ad cōtēplationē: cōgruum fuit vt Pe
trus senior q̄nq̄ʒ presideret ecclesijs. Ioā/
nes iunior septem: quatenus in duodeciʒ
istis: oium aliarū fundamēta consisterent.
Et de ioāne quidem certam auctoritateʒ
habem⁹. De petro aūt vtrū haberi valeat
ingrēdū est. Petrus a p̄ncipio p̄fuit hie/
rosolimis ⁊ edificauit ibi ecclesiā q̄ hʒ cō
cordiā cū rubē. Deide p̄fuit anthiochene
q̄ hʒ cōcordiā cū tribu gad. Deide roma/
ne que cōcordat cū tribu iuda. Porro ale
xandrine per se ip̄m nō p̄fuit: sed misit il/
luc discipulū suū. qui fundaret illā ⁊ rege
ret vice sua: ⁊ inter primas ecclesias subli/
mādā nutriret. Cū vero pars romanorū
sequeret augustū. ⁊ ex ea apud Cōstātino
polim gēs noua ꝓpagata fuisset: ita vt an
tiquitus noua roma tanq̄ʒ rome filia ⁊ cō
sors imperij diceret: visuʒ est p̄latis eccle/
siarū: ⁊ etiā in cōcilijs statutū est: vt inter
p̄ncipales ecclesias: Cōstātinopolitana su
blimari debuisset: essetq̄ʒ a romana secūda
prima inter q̄tuor reliquas: tanq̄ʒ cōsors ⁊
particeps sancte romane ecclesie. Est er/
go ecclesia romana quasi altera hierusalē:
⁊ quasi altera hierusalē sedes dei: in cuius
circuitu ⁊ in medio q̄tuor aialia visa sunt:
de q̄bus in hoc libro p̄ ioannē dr̄. Et aial

primū simile leoni: ⁊ scdm aial simile vi/
tulo: ⁊ tertiū aial habēs faciez quasi hois:
⁊ quartū aial simile aqle volāti. Assimila/
ta deniq3 est primitiua ecclesia fortissimo
aiali leoni: q2 in ea fuerunt sancti apostoli
fortes in fide: per quos placuit oipotenti
deo debellare terrā orbē terre. Assimilata
est anthiochena secūdo aiali. i. vitulo q2 i
ea cognominati sunt: primo discipuli xpia
ni: parati ad obediēdū in oibus q̄ manda
rent apostoli. Assimilata est alexandrina:
tertio aiali: hoc est hoi: q2 magni in ea do/
ctores antiqtus repti sunt: cū nec dū in la
tina ecclesia doctorꝝ suorꝝ aliqs claruisset.
Assimilaf ecclesia illa oriētalis q̄ postea ab
vrbe regia cōstātinopolitana dicta est: q̄r/
to aiali (hoc est) aquile: q2 infra terminos
eius ptinebaf illa ecclesia: cui a paulo non
sine cā mysterij a pncipio dictū est. Emu
lor. n. vos dei emulatione: dispondi. n. vos
vni viro virginē castā exhibere xpo. Per
1. cor. 10 tinere vero ad ecclesiā virgines pēnas aq
le volantis: testaf in hoc libro ioānes: qui
Apo. 12 in quarta parte ipsius in qua ppie de vir
ginibus agif: loquens per aliqua de mu/
liere amicta sole: adiecit ⁊ ait. Et date sūt
mulieri due ale sicut aqle. Et hoc qdē de
Esa. 19 qnq3 magnis ⁊ noiatis ecclesijs: de qbus
vt iā diximus: p Isaiam dr. Erūt qnq3 ci
uitates in terra egypti loquētes ligua cha
naā. Porro septē ecclesie quas scribit ⁊ q/
Esa. 4 bus scribit in hoc libro ioānes de qbus ⁊
p eūdē pphetā spāliter scriptū est. Appre
hēdent septē mulieres virū vnū: ita illos
ordines spirituales designāt: qui a mūdi cō
sortio segregati sunt: qūo ille quinq3 quas
petrus: aut pse aut per alios fundasse di/
gnoscif illos qnq3 ordies generales quos
supius scripsimus: quod si qnq3 principa/
les ecclesie ptinētes ad petrū: qnq3 gene/
rales ordines addictos passioni: septē ve
ro ptinētes ad ioānē: septē spāles ordines
vite religiose deputatos designāt. Restat
vt de istis ordinibus: q sint ingrere debea
mus: ⁊ vtrū cum illis quinq3 aliquid simi
le extimentur habere: ⁊ vtrū ita sibi con/
ueniant: quomodo sensus corporis cum
virtutibus anime. Primo igitur discutiē
dū est quod paulo ante distulimus. Utrū
sub quinario numero septenarius: tacite
intelligaf: psertim cū qnq3 ⁊ septez a duo
decim cōsurgant: ⁊ nequaq̄3 sibi ex equo
cueniāt: q2 vt sibi cōuenire possint septē
septem requirunt. Perturbaret hac in re
sacramēti fidē duodenus apostolorum nu
merus: si nō eidem sacro numero: paulus
⁊ barnabas segregati in euāgelio gētiū: si/
dei vnitate aggregati fuissent: vt nō soluz
qnq3 ⁊ septem distingui queant in hoc q
a principio duodecim sunt electi: verum
etiā septē ⁊ septē in hoc q duo apostoli su
peradditi sunt. Eodem modo duodecim Act. 13
patriarchis: iuncti sunt duo nepotes ipso
rum filij ioseph: qbus ēt primogenita que
amisit Ruben data fore leguntur. Igitur
quinarius numerus non solum primo sta
tui cui iure attribuunf qnq3 panes ordea
cei: ascribēdus est: verūetiā ⁊ secundo: sed
tū septenarius sub eo tacite intelligif qua
tenus ⁊ in vno dr̄ia sit ⁊ in vno pcordia.
Nam ⁊ sensus corporis: vt iam diximus
quinq3 sunt: sed tū sub noie tactus inces/
sus pedū ⁊ opus cōiugij cōtinef: Eodem
modo generales ordines qnq3 sunt: ⁊ tū
sub qnto generali qui designaf in sede dei
ordines cōtinētium ⁊ laycorꝝ cōsistūt. Cō
stat ergo q quinq3 ordines qui videntur
pertinere ad petrum: qui ⁊ alio genere se/
ptē sunt: hñt plurimā cōcordiā cū septem
istis ordinibus qui ptinēt ad ioānem: ita
vt quo illi pcedūt: hi ex parte aliqua sub/
sequātur: sicut ⁊ de seipso ioānes dicit. Cō
uersus petrus vidit illum discipulum se/
quentē quē diligebat iesus. Sic ⁊ ciuitas Jo 21.
illa celestis hierl'z qnq3 gñales ptes demō
straf hr̄e: s3 tū sub qnta pte: suburbana pa
riter ptinef ⁊ vitij. Est. n. ciuitas ipsa in q̄
dro posita sicē dicit ioānes: ⁊ i vnaq̄q3 sua
rū ptiū tres ianuas hr̄e describif. Huius ps
oriētalis ptinet ad leonē: q designat pasto
res: septētriōalis ad vitulū: q designat dia
cōes: occidētalis ad hoiez: q designat do/
ctores: australis ad aqlā q̄ designat ptēpla
tores: corpus ciuitatis ac colūbā q̄ ecclesiā

exprimit clericoꝝ:sub qua tñ cõtinentur
duo ordines inferiores:cõtinẽtium.s.⁊ cõ
iugatoꝝ.Hec aũt ciuitas vna est:⁊ nomẽ
eius proprium hierusalem:que tñ in pere
grinatione manens cognominatur eccle/
sia:Nam ⁊ illa que olim dicta est synago/
ga:hierusalẽ dicebatur:sicut ⁊ illa ecclesia
que in tertio statu secundi futura est.Nec
mirum si vnaqueqꝫ dicta sigillatiꝫ est hie
rusalem ⁊ simul tres vna hierusalem:quã
do quidem vnãquãqꝫ deitatis personam
deum ac dñm cõfiteri xp̃iana veritate cõ
pellimur:⁊ tamẽ tres deos aut dños dice
re catholica religione prohibemur. Pri/
ma hierusalẽ que dicta est synagoga desi/
gnatur in sarra nõ de reprobis dico quos
designat agar:sꝫ de electis quos significat
sarra:⁊ hoc cum accipiť in respectu rebec
che.Cum enim accipiť in respectu Agar:
tunc agar designat synagogam reprobaꝫ.
Sarra ecclesiam aduocatam de gẽtibus.
Cuꝫ aũt ponitur sarra in respectu Rebec
che:tunc Sarra significat synagogã:non
quo ad reprobos:sed quo ad electos. Re
beccha q̃ introducta est i tabernaculũ sar
re:ecclesiam gentilem que facta est ꝑ do/
minum qui est heres regni . Prima itaqꝫ
hierusaleꝫ que dicta est synagoga: designa
ta est in Sarra:scda que vocatur ecclesia:
designata ẽ in Rebeccha:tertia que felici
or est:designata est in Rachel.Prima per
timorẽ iuncta est patri:scda per humilita
tem copulata est filio:tertia per deuotio/
nem: vnita est spũi sancto . Uerũtñ quod
vni persone iungiť:iũgiť simul tribus:q:
⁊ pater ⁊ filius ⁊ spũs sanctus vnus deus
⁊ tres populi vnus populus sunt.Prima
hierusalem edificata est in primo statu:se
cũda in secundo:tertia in tertio.Uerũta/
men harum tertia que in tertio statu secu
li edificanda est:ab exordio secundi status
cepit edificari pariter cum scda:siqdẽ due
ipse simul:vna sunt:⁊ vt inseram illud li/
Esd. 6. ⁊ Aggei 2. bri Esdre.Iactata sunt fundamenta eius
a principio ipsius status scdi:sed impediẽ
tibus inimicis:dilatũ est opus eius : quo
vsqꝫ cõpleãtur quadraginta anni: hoc est
generatiões totidẽ que significanť ꝑ eos.
Quare hoc?Quia nõ est quantuꝫ ad hoc
similis causa filij ⁊ spũs sancti:vt ita sit spi
ritus sanctus a solo filio:quomodo est fi/
lius a solo patre:sed est ipse quoqꝫ a patre
sicut ⁊ filius:propter quod in exordio se/
cundi status:ambo pariter missi sunt.Ut
ergo idẽ spũs qui ⁊ filij est ꝓcedere osten
dať a patre:completo opere primi status
quod spãlius causa mysterij ascribitur ipsi
patri:oportebat initiari aliud opus:qδ si/
mili causa mysterij eidẽ spũi ascribereť:⁊
⁊ oportebat nihilominus:imo pro tẽpore
multo clari⁹ incipe aliud opus qδ ascribe
reť filio:q̃tenus mitti ãbo simul ostende/
renť a patre.Multo clarius dixi:q: opus
quod spãlius ꝑtinet ad spũm sanctuꝫ:ha/
biturum est in tertio statu claritatem suã
sicut opus quod ascribitur filio:vti iaꝫ di
ximus in secundo.Est aũt opus istud de
quo ⁊ loquimur:genus humanum:vnuꝫ
qdẽ in natura:sed proprijs ordinibus ve/
lut in trinitate distinctum . Est enim pri/
mus ordo cõiugatorum creatus ad imagi
nem patris.Scds clericoꝝ institutus ad
imaginem filij:tertius monachoruꝫ ad si
militudinem spũs sancti.Et enim cõiuga
torum ordo a nullo ordine est:⁊ ad hoc in
stitutus:vt filios debeat ꝓcreare: clerico/
rum ordo nõ esse ipso:sed a solo ordine cõ
iugatorum propagatus est origine carnis:
qui tamẽ nõ est institutus ad procreãdos
filios carni:sed ad euangelizandũ verbuꝫ
dei:sicut ⁊ ipse xp̃s ad cuius imaginẽ insti
tutus est:Monachoruꝫ ordo procedit ex
vtroqꝫ:q: ⁊ de cõiugatis si fiat ex consen/
su recipiunť ad monasticham vitam:⁊ de
clericis multo liberius recipiunť ad illaꝫ.
Quem bene quoqꝫ procedere diximus:q:
quasi datus alij vel emissus:etiam corpo/
raliter egreditur de locis suis:vt moretur
vbi ante nõ erat:sicut ⁊ iacob patriarcha
qui simili causa mysterij de domo propria
egressus est querẽs sibi vxores ⁊ liberos
in regione aliena:fuit autẽ coniugatoruꝫ
ordo a principio constitutus:⁊ ꝑseuerauit
solus : aut quasi solus omni tempore ꝑmi

status: hoc est ab adam vsq; ad xp̄m: qꝛ ⁊
si fuerunt in tempore illo duo reliqui ordi
nes: sub vmbra tamē litere tenebantur in
clusi ⁊ sub vinculo coniugij sicut ⁊ ceteri
cōstituti. Finito aūt primo statu ⁊ inchoa
to secūdo mox clericoꝝ ⁊ monachoꝝ or/
dines inchoati sunt: haud dubium ꝙ in
ecclesia primitiua que ⁊ vitam ecclesiasti/
cam predicando ⁊ ordinem monasticum
ꝑ cōmunē vitaȝ seruabat. Tanta autē fuit
cōio duorum ordinū istoꝝ in hoc statu se/
cundo: vt nec clerici deessent in eo qui vi
uerēt cōiter sicut monachi: nec monachi
quibus officiū cōmitteret clericoꝝ. Uerū
tn̄ qꝛ vnus iacob duas duxit vxores: lyā:
vȝ: ⁊ rachel: videt ꝙ ordo monachorum
quē scd̄m significatum pertinere diximus
ad ioānē duplex sit: ꝓpter duas vitas qui
bus innitit: actiuam .s. ⁊ cōtemplatiam: ⁊
propter duos intellectus: quorum vnus
pertinet ad secūdū statuȝ: alius ad tertiū.
Et enim significatum petri sic accipiēdū
est in secundo statu: vt nunq̄ȝ tn̄ vti iam
diximus: transeat ad tertiū. Significatuȝ
vero ioānis sic accipiēdum est in secūdo
statu vt multo tn̄ dignius resūdat ad ter
tiū. Quo circa vt isaac habuit vxorē vnaȝ
rebeccham. Iacob aūt primo lyam: dein/
de sororem eius racchel: ita in secundo sta
tu seculi: simpliciter ecclesia clericorum iū
cta est quodāmodo in matrimonio xp̄o:
duplex aūt monachoꝝ spūi sancto: ita tn̄
vt ea pars que pertinet ad lyam proferret
fructū suū in statu secūdo: que aūt ad rac/
chelem in tertio. Propter hoc enim tria
dicit ꝓpheta. In tempore illo nutriet ho
Esa. 7. mo vaccā bouȝ aut duas oues: ⁊ pre vber
tate lactis cōmedet butyrum. Igit rebec
cha mater iacob que iūcta est matrimōio
isaac: significat generalē ecclesiam que iū/
cta est xp̄o. Lya vero ⁊ rachel que iuncte
sunt pariter vni iacob: designat duas illas
spāles ecclesias que ꝑ vinculū charitatis
⁊ vnitatis iūcte sunt arctius spūi sancto.
Ps. 132. Unde ⁊ per psalmistaȝ dicitur. Ecce q̄ȝ
bonum ⁊ q̄ȝ iocundum habitare fratres
in vnum: sicut vnguentū in capite qd̄ de
scēdit in barbā barbā aaron. Quare autē
due simul? qꝛ bis post resurrectionem dn̄i
datus est apostolis spūs sanctus: qꝛ habe/
re duplū helye spūȝ helyseus postulauit:
qꝛ vna est vita actiua: alia contēplatiua qꝛ
duo sūt p̄cepta charitatis: amor ꝓximi ⁊
amor dei.

¶ De signatione patrum. Cap. 20.

Miro ergo modo actū est in statu
secundo vt vita illa q̄ significa/
tur in rebeccha: videat proprie
pertinere ad xp̄m. due vero vi/
te que designate sunt in lya ⁊ racchele: ꝓ
prie ad spūm sctūm: ⁊ ad ecclesiam q̄dem
generalē q̄ significat in rebeccha: ꝑtinent Act. 13.
q̄nq; ordines gn̄ales: scd̄m numerū eccle/
siarū quas diximus pertinere ad petrum:
hoc est: p̄latoꝝ: dyaconoꝝ: sacerdotū: vir
ginū: ⁊ cōis clericoꝝ ecclesie: Secundum
q̄nq; ordines istos: accipienda sunt q̄tuor
euangelia: ⁊ liber actuū apostolorum. Ad
duas ecclesias spāles que significate sunt
in lya ⁊ rachele: pertinent simul: sex ⁊ se/
ptē: sex quo ad laborē actiue: septem quo
ad otiū vite cōtemplatiue. Et .n. ⁊ lya sex
mares genuit tn̄: ⁊ Iosue qui fuit de semi
ne Rachelis: septē spālibus tribubus di/
uisit hereditatem. Uerūtn̄ sex filijs lye ad
dita est filia dina ad cōpletionē numeri se
ptenarij propter septenariū numerum ec
clesiarū quibus scribit ioānes. Sane eo tē
pore quo cōcepit Rachel: cepit soror eius
lya infirmari in partu: qꝛ cuȝ defectu scd̄i
status: in sex etatibus mūdi trāsiet exerci
tatio vite actiue: ⁊ icipiet cōualescere fru/
ctus vite cōtemplatiue. Et qꝛ maioris fe
licitatis est vita cōtēplatiua: imo qꝛ a sex/
to tp̄e scd̄i status fit initiatio tertij videt
in eodē sexto tp̄e quēadmodū ⁊ in septio
deficere similitudo zabulon ⁊ dine: mane
re aūt ioseph ⁊ beniamin duoꝝ .s. filioruȝ
Rachel. Ut aūt itelligat qd̄ dr̄: libet ipos
filios iacob singulis ordinibus assignare.
Primus ordo religiosoꝝ institutus est ab
apostolis in ecclesia primitiua: ⁊ ipse desi/
gnatus est in ruben. Secūdus in anthio
chia vbi primo dicti sunt discipuli xp̄iani

Augusti nus pr̃ τ funda toꝛ here mitarũ

Sãctus Rufus fũdatoꝛ canoni/ coꝛum

τ ipse designatus est in Symeõ. Tertius
in alexandria de quo vt refert ecclesiasti/
ca hystoria: multa laude digna retulit phi
lo iudeus laudãs sobrietatem τ cõuersio/
nẽ illius: τ ipse designat⁹ est in leui. Quar
tus ordo institutus est in africa a btõ Au
gustino: τ ipse designatus est in iuda: quo
vz: tempore etiam sacris virginibus qua
liter viuerent in ecclesia Christi: tam ipse
Augustinus q̃ȝ Ambrosius τ Hierony/
mus: qui eo seniores erant tempore: li/
bros doctrina morum lucidos tradidisse
noscuntur. Quintus ordo fuit canonico
rum regularium in occiduis partibus in
stitutus: qui pro parte ipsius regule quaȝ
tenent dicitur: τ ipse sancti Augustini:
quem tradunt institutum a sancto Ru/
f.: τ ipse designatus in ysachar. Sextus
ordo videtur esse canonicorum premon/
strensium: τ ipse designatus in zabulon: fe
runt autem aliquas mulieres emulatas
esse vitam illam: τ ad formam canonico/
rum regularium conuenisse in vnum.
Que vtinam non sicut Dina corruptio/
nis macula deperirent. Hec de filijs Lye
que videtur in quinqȝ: aut sex tempori/
bus omnes filios pepisse. Sane soror Ra
chel quarto tempore emulata sororem: qꝛ
non poterat ex se habere liberos: tradi/
dit viro ancillam suam: vt saltem ex illa
filios videretur habere. Significat au/
tem ancilla Rachel: carnem virgineam:
que vnita est anime contemplantis deuȝ:
τ significat ecclesiam illarum virginum
que castitatem quidem corporum vigilan
ter custodiunt: nec tamen ascendere que
unt vsqȝ ad perfectionem illam que de/
signata est in Rachel: que tamen propter
bonum virginitatis iungitur τ ipsa domi
no ad procreationem filiorum. Institu/
ta sũt.n. vt iã diximus a sctis doctoribus
monasteria virginũ docẽtibus eas quali/
ter viuerent: τ qualiter castitatem suã ser
uare strenue debuissent. Huic religioni si
gnificate in bala ãcilla rachelis: natus est
in filiũ ordo monachoꝝ in grecorum qui
deȝ ecclesia a sanctis patribus institutus:
nec tamen in ea puritate τ sinceritate ser
uatus. Hic itaqȝ ordo designatus est in Luc.1.
dan filio bale ancille Rachelis. Dicta est
autem ancilla propter timorẽ obedientie:
sicut τ mater domini angelo de seipsa. Ec
ce ancilla domini fiat mihi scdm verbuȝ
tuum. Genuit autem bala secundum fi/
lium nomine neptalim qui videtur desi/
gnare occidentalium ordinem monacho
rũ: τ desijt parere. Sed τ lya in hoc ipso Ge.30.
emulata sororẽ: tradidit τ ipsa zelfam an/
cillã suã viro: que genuit gad: τ asser in ty
po duorum ordinum laycoꝝ fratruȝ: qui
claruerunt his temporibus in partibus
oriẽtis (hoc est) hospitalis τ militum tem
pli. Igitur significatuȝ quatuor filiorũ an
cillarum cum tribus vltimis lye: q̃ȝtum
mihi videt᷑: sub quinto simul tempore ac
cipiendum est. Porro sexto anno vel cir
ca sextuȝ a natiuitate ruben: peperit Ra/
qꝫ discurrat. Accepit a nobis mortale corpus infirmitati ꝛ passioni pro peccati similitudine obligatū ꝛ dedit nobis timoris spūm de quo scriptum est. Confige timore tuo carnes meas. Ualde enim timet homo sauciari in corpore: adeo vt pro eo mēbra que preualent: se opponāt. Deniqꝫ si ex duobus vnum fieri necesse sit: magis patitur aliqs amittere vnum mēbrum: qꝫ vt totū corpus eius in discrimine sit: non qꝫ malit misere viuere: sed qꝫ mors naturaliter ab omni carne timetur. Sed forte vacat a dono gratie: quod de nostre carnis substantia cruorem accepit sine quo vita in corpore stare neqt? Magnuꝫ est donum qd̄ nobis vice sanguinis dedit. Fraternam. s. charitatem: sine cuius participatione saluus aliquis esse non pōt. Deniqꝫ quātacunqꝫ sint dona illa que in septē spiritibus designant̄: nihil tamen ea sine charitate valere apostolus manifestat cum dicit. Si linguis hoīum loquar ꝛ angelorū. Charitatem aūt nō habuero factus sum velut es sonans: aut cymbalum tinniēs. Ueniendū est ad illud qd̄ summum ꝛ precipuum est: ꝛ totius diuini muneris consumatio. Accepit quod ad hominem pertinet: animā viuentē pro qua nobis dedit spūm viuificantem: hoc est ipsam charitatem: qua diligimus deum: non qꝫ due sint charitates aut duo spūs: sed qꝫ diuersi sūt effectus qbus diligimus deū ꝛ hoīem: qꝫ deum semp exultando: hoīes plerūqꝫ diligimus miserendo: inquantuꝫ. s. miseri ꝛ miserabiles sunt: quod ꝓprie pertinet ad dilectionē fraternam. Apparet ergo manifeste: qꝫ preferēdum sit quod nobis dedit: illi rei quam accepit a nobis ꝛ qua de causa prescribant̄ septem spūs: subsequebatur aūt homo xp̄s iesus: qui est testis fidelis ꝛ primogenitus mortuorum. Significata sunt hec sacra opera in manasse ꝛ effraym filijs ioseph: quorum alter quidem obliuio alter fructificatio interpretat̄. Cum enim illos sanctus ioseph adduceret ad patrem suuꝫ vt eos bn̄diceret inter patruos suos: primogenitum qdem ad dexteram: iuniorem cōstituit ad sinistram: vt iuxta natiuitatis ordineꝫ primogenita: primogenitus obtineret. At ille qui in spū preuidebat futura: cancellatis manibus bn̄dixit vtriqꝫ: ita vt dexterā iuniori: sinistraꝫ imponeret primogenito. Quod cum vidisset ioseph: grauiter tulit: ꝛ ammouere manus patris conatus est: vt dextera tangeret primogenitum: sed ille vt futurorꝫ prescius: noluit acquiescere dicens. Scio fili mi: scio: ꝛ iste quidem erit in populos ꝛ multiplicabit̄: sꝫ frater eius iunior: maior illo erit. ꝛ semē eius crescet in gētes Jacob in loco isto: ꝑsonam dei patris designat. Joseph vero spūs sancti. Sane manasses xp̄m iesuꝫ secunduꝫ qꝫ homo est: non secūdū qꝫ deus. Effraim aūt dona spūs sancti. Primus natus est manasses deinde effraim: qꝫ primo natus est xp̄s secundum carnem: qui docuit electos obliuiōi tradere legē moysi: deinde data sunt ecclesie dona gratiarū: vt fructificarent̄ iustitie factumqꝫ est vt xp̄s iesus sicut primogenitus ꝛ primatuꝫ tenens: poneretur ad dexterā: ecclesia vero ad sinistram. Jn illa namqꝫ: hoc est: in ecclesia completa sunt illa dona que designabantur in linguis. Ipsi enim vt iā dixi data sunt munera gratiarꝫ ad fructificādum deo: mortuo grano frumēti: quod viuens adhuc in carne: solum manere videbat̄. Positus est ergo xp̄s quasi primogenitus ad dexteram patris: ecclesia vero vt minor ꝛ iunior ad sinistram: qꝫ filius predicauit iudaico populo: qui erat quasi a dextris dei: ecclesia vō primitiua seu exercitus ille apostolicus missus est ad gentilem populū qui tunc vsqꝫ steterat ad sinistram. Et ecce ille populus qui erat caro xp̄i inuentus est sub manu sinistra. Gentilis autem qui erat sinister sub manu dextera reptus est: datis sibi primogenitis qꝫ iudaicus amisit. Ille inqꝫ populus repertus est sub dextera manu: qui nō sicut hij qui erant de semine habrae: propinquitate carnis iūctus est xp̄o: sꝫ sola spūitus sancti infusione que super fideles animas effusa est: ꝛ vsqꝫ in presentē diē fructificare

Ps. 118. 1. cor. 13 Ge. 2. 1. cor. 15 Ge. 41. Ge. 48 Ge. 48.

non desinit. Hec igitur causa est cur septē
spūs prescribuntur: & cur eisdem septem
spiritibus subscribitur homo xp̄s iesus.
Et de his quidez ita. Sed quid est q̄ xp̄s
iesus testis fidelis dictus est: nisi vt hoc
ipsuz expressius intelligatur: quod de xp̄i
humilitate hucusq; prosecuti sumus: qui
Ma.20 venit nō ministrari: sed ministrare: & dare
animam suam in redemptionem pro mul
Jo.8. tis. De patre nāq; mendacij per semetip/
sum dicit. Ille homicida erat ab initio &
in veritate non stetit. Et rursum. Qui a
Jo.7. semetipso loquitur: gloriam propriam que
rit: qui aūt querit gloriam eius qui misit
illum: hic verax est. Ecce quare testis fide
lis: ideo testis fidelis: q2 humilis: mansue
tus: & pius: ideo testis fidelis: q2 non que/
siuit gloriā suā: s3 eius gloriā q misit illū.
S3 qd dicit ap̄ls. Propterea (inqt) deus
Phi.2 illū exaltauit: & dedit illi nomē qd est sup
oē nomē vt in noīe iesu oē genu flectat̄ ce
lestium terrestriū & infernorum: & omnis
lingua confiteatur q2 dominus iesus xp̄s
in gloria est dei patris. Qn̄ istud? qn̄ resur
rexit a mortuis: vnde & hic subditur.

Tex.7 ¶ Primogenitus mortuorū &
princeps regum terre.

¶ Tale est. n. ac si diceret̄. Ne te moueat
humilitatis dispēsatio: quā vsq; ad mortē
crucis patienter sustinuit vnigenitus dei
iplēs im semetipso oēm iustitie veritatez
Apo.1. & q̄ se ita humiliauerit: vt diceret. Ecce
Colo.1. dn̄s misit me & spūs eius: respice in quan
Math. ta gloria resurrexit a mortuis: factus pri/
28. mogenitus mortuoruz: hoc est: a mortuis
resurgētiū: & princeps regū terre accipiēs
vl̄e impiuz scd̄m q̄ hō est: iuxta qd resur/
gēs a mortuis: ipsemet testatus est dicēs.
Data est mihi oīs potestas in celo & in ter
ra. Nō aūt tyrānoꝝ princeps intelligen/
dus est xp̄s: in qbus regnat rex supboꝝ:
Job.41 de quo & scriptuz est in libro iob. Ipse est
rex sup vniuersos filios supbie: sed reguz
humiliū qui sunt rectores gregū suoꝝ: &
p̄lati sanctarū ecclesiaꝝ q eidē suo p̄ncipi
Apo.7 ɔfitent̄ & dicūt. Fecisti nos deo p̄ri regnū
& sacerdotes. Ita. n. mox sequitur.

¶ Qui dilexit nos & lauit nos Tex.8
a peccatis nostris ī sanguine suo
& fecit nos regnū & sacerdotes
deo & p̄ri suo: ipsi gloria & īpe
riū in secula seculorum amen.

¶ Hoc est ergo regnū in quo rex nr̄ obti
net p̄ncipatū: d quo & p petrū dr̄. Uos āt 1.pet.2
genus electū: regale sacerdotiū gēs sancta
pp̄ls acqsitiōis: vt v̄tutes annūtietis ei9 q
de tenebris vos vocauit in admirabile lu
mē suū. S3 hoc vn̄? nunqd ex nr̄is meri/
tis? Nō. S3 ex illi9 bonitate q dilexit nos
& lauit nos a pctis nr̄is in sanguine suo:
q factus ē nobis sacrificiū p pctō: portās
pctā nr̄a in ligno crucis: & emundās nos
gratis ab oib9 pctis nr̄is. Ipe. n. vt ait p
pheta: pcussus ē pp scelera nr̄a & attritus
pp iniquitates nr̄as. Quid ergo retribue Esa.53
m9 ei: q nobis tm̄ p̄stitit bn̄ficiuz: nō nr̄is
meritis p̄cedētibus: s3 sola gratuita boni/
tate sua? laudemus nomē ei9 qm̄ bonus:
qm̄ in seculū misericordia eius: laudemus
inq3 eū cū ioāne dicētes. Ipsi gloria & im
periū in secula seculoꝝ amen. Sequitur.

¶ Ecce uenit cum nubibus & Tex.9
uidebit eum omnis oculus & q
eum pupugerunt.

¶ Hoc vt dr̄: ita & accipiat̄. Scriptū ē de
eo i actib9 ap̄loꝝ. Et vidētib9 illis eleuat9 Act.1.
est: & nubes suscepit eū ab oculis eorū: de
quo rursuz ibidē: a viris q ap̄ls apparue/
rūt subiūctū est: viri galilei: qd admirami
ni aspiciētes i celū? Hic iesus q assūptus
ē a vobis i celū: sic veniet quēadmodū vi
distis eū eūtē in celū. Ueniet ergo cū nu/
bib9 cū maiestate sua: sic ipe iudeis ipu9
istāte articulo passiōis sue testat9 ē dicēs. Math.
Ammodo videbitis filiū hoīs veniētē in 26.
nubib9 cū p̄tāte magna & maiestate: hoc ē
n. qd & h dr̄. Et videbit eū oīs oculus & q
eū pupugerūt. Et qui sunt illi? Qui dice/
bāt aliqn̄ agitantes capita sua. Propheti
za nobis xp̄e: qs ē q te pcussit? Uidebūt q̄

eum:τ operientur formidine:serui autem eius τ qui eum nunc plene diligunt leta/tabuntur. Sequitur.

Tex.x. ¶ Et plangent se super eū omnes tribus terre.

¶ Interrogatus ipse dominus a discipulis de signo aduentus sui τ cōsumationis
Math. 24. seculi:enumeratis signis que futura sunt: hoc ad extremū adiecit dicens. Statim autem post tribulationem dierum illoꝝ:sol obscurabitur τ luna nō dabit lumē suum τ stelle cadent de celo τ virtutes celorum mouebunt:τ tūc apparebit signū filij hominis in celo:τ tunc plangēt oēs tribus terre τ videbunt filiū hominis venientem in nubibus celi cū virtute multa τ maiestate. Ecce τ hic dicitur. Plāgent omnes tribu terre. Propheta quoq3 zacharias loquēs de dieb⁹ nouissimis:iter multa q̄ de
zach.12 eis locutus est:hoc inter cetera scripsit dicens. In die illa querā cōterere oēs gētes que veniunt contra hierusalē:τ effundā super domum dauid τ super habitatores hierusalē:spūm gratie τ precū:τ aspiciēt ad me quē cōfixerūt:τ plangēt eum:plancta quasi super vnigenitum:τ dolebūt super eū:vt doleri solet in morte pmogeniti. In die illa magnus erit planctus hierusalē sicut plāctus ad remon in cāpo magedon:τ plangent terre familie:τ familie seorsum. Ex hoꝝ ergo τ illorū collatione verboꝝ:manifeste colligit:q mox vbi videbunt hoies vnigenitū dei:qui pro nobis indignis τ ingratis tot penas τ iniurias passus est:tum timore:tum amore cōpungentur ad fletum plangētes semetipsos super ingratitudine sua eo q ausi fuerint aliquid resistere tāte maiestati: τ nō cognouerunt tēpus visitationis sue. Unde τ cōgrue dictum est. Super eū:q: pcipue causa doloris illa erit electis:q tā misericordem τ pium dominum contristare in aliquo ausi sunt:q nō semper fuerunt memores tāte mie dei sui. Dixit hoc btūs ioānes τ protinus adiecit τ ait.

¶ Etiam amen.

¶ Uerum est inquit:veꝝ est. Hoc verbo dñs vti in euāgelio consueuit. Sed τ nos cum aliquid affirmare volumus. Etiam vel amen. Respondere solemus. Hoc tñ distat:q ipse dñs in principio:nos autem in fine orationis vti consueuimus verbo isto:vt ipsum esse auctorē veri:nos autem veritatis discipulos dum ei τ in eum credimus esse mōstremus. Quod ergo in fine eoꝝ que pscripserat ioānis posuit. Etiā amē:propter eos dixit hoc qui nō credūt venturū xp̄m ad extremum iudiciū: detestās τ confundēs incredulitatem eoꝝ. Et bene aliud harum gentium est:aliud hebreoꝝ:q: in vtroq3 populo infidelitas reperta est:τ si maior in hebreis:τ perseuerat in tā multis vsq3 nunc:nō modo in illo populo qui oīno est infidelis:verum ēt τ in illo qui ppter sacramentū baptismatis xp̄ianus vocatur:ita vt iā nunc completa esse videatur sñia illa saluatoris qua ipse dicit. Uerūtamen cum filius hois veniet putas inueniet fidē super terrā? At ne Lu.18.
hois testimoniū cōtēpnendū putetur:testimonium ipsius dei:qui erat τ qui est τ qui vēturus est:nō discrepās ab eodē sensu adiūctū esse mōstratur cū subditur.

Tex.ii. ¶ Ego sum alpha & o principiū & finis dicit dominus deus qui est & qui erat & qui uenturus est omnipotens.

¶ Dicit: inquit dominus deus:pater τ filius τ spūs sanctus: qui est:τ qui erat τ qui venturus est omnipotēs. Ego sum A τ o. Quid est A τ o? Illud quod sequitur principium.f.τ finis. Quorum principiū? Eoꝝ que creata sunt. Quorū finis? Eoꝝ que in bono termino cōsumāda sūt: vt pfectionis sue cōsumationem accipiāt. Finis inqt precepti charitas de corde puro τ consciētia bona τ fide non ficta. Si 1.cor.1.
ergo querit:cur xp̄s qui iā venit:in fine seculi vēturus est? Illa profecto causa est: qua dictus est in hoc loco principium τ finis. Uenit enim primo vt aliqd inciperet τ se principiū esse monstraret:vēturus est

vt his que incepit:finē nō cōsumptionis sed cōsumationis imponat. Quia vero nō solum ipse facit hoc: verumetiam et pater et spūs sanctus. Licet ipse manifeste et visibiliter: illi inuisibiliter et occulte. Recte postq̄ ait. Dicit dñs deus: addidit. Qui est et qui erat et qui venturus est: vt de tota simul trinitate dictum esse intelligatur. Est enim principiū: pater: principiū filius: principium spūs sanctus: nō tamen tria principia: sed vnuz principium. Ut tamen esse deum tres psonas: populi fideles agnoscerent: tria quedā ppriorū tēporum: principia esse voluit: quoꝝ primum spālius pertineret ad patrē: secūdum ad filiuz tertiū ad spiritum sanctum. Hec tria si sane sapimus designant in A qđ est elementū triāgulatū et primū scribitur inter cetera non solum in greco verumetiam in latino. In exordio quippe nostre doctrine hoc fundamētum fidei iaciendū est: sed q2 nō facile est scire oia que spectāt ad articulos fidei: sequuntur multa in doctrina illius:
Jo.16. quoruz plenitudine egere noscitur religio xpiana: de qbus a dño dictum est. Multa habeo vobis dicere: sed nō potestis portare modo: cum aūt venerit ille spūs veritatis docebit vos oēm veritatē. Tale est.n. ac si diceret. Quia primo pater meus docuit se esse deum: nec tamē sufficit mūdo scire patrem nisi sciat filium et spūm sanctum. Et si multa ego reuelauerim: hominibus vt agnoscat me mundus: et oēs honorificent filiū sicut honorificāt patrem: oportet tamen venire euz: qui procedit a patre et a me: vt et ipse cognoscatur a mūdo: et sciant electi populi omnem veritatem: qđ est scire nō solum patrē aut soluz filiū: sz patrē simul filiū et spūm sanctū: hoc est: totā pariter trinitatem: vt agnita veritate: que deus est: requiescant et ipsi pariter a laboribus suis. Non.n. sufficit mundo scire patrem solum nisi sciat filium et spūz sanctum: nec sufficit ei scire oēs tres personas: nisi etiā credat aliā earum esse ingenitam: aliam genitā: aliā procedentez: nisi credat esse singulā verum deū: nisi credat tres psonas esse sibiipsis coeternas et coequales: nisi credat filiuz esse genitum a solo patre: spūm vero sanctuz a patre filioq3 procedere. Igitur precedentibus multis que ptinent ad notitiā personarum pris. s. filij et spūs sancti: sequitur vnum in quo finis est fidei: in quo cōsumatio veritatis: notitia: vz: vnius essentie: hoc est: vt tres personas vnum deum esse intelligamus. Ubi.n. est finis: ibi et ɔsumatio. Que: vz: cōsumatio idcirco in aduentu spūs sancti posita est: q2 ipe est cōmunio patris et filij: ipse est vinculum vnitatis: et ideo qui nouit illū a patre filioq3 procedere: intelligit personarū triū summam et ineffabilē vnitatē. Nullo.n. modo posset vnus ipse ab vtroq3 procedere: nisi vnū essent pater et filius: nec posset vnus ipse ab eisdem sine fine procedere si non esset vnus cuz eis a qbus indesinēter procedit. Si ergo credimus principium patrē: principiū filium: principiū spūm sanctum: pfectum deum patrē: perfectū filiū: perfectum spūm sanctum: quod litera illa triangulata designare monstratur: quid restat. nisi vt tres ipsos vnum deuz esse intelligamus: quod. s. sacrm fidei designatur in O rotūdo qm̄ quidem vt elemēto triangulato trinitas: ita elemēto rotundo qđ est O vnitas designatur. Hec est.n. finis fidei ad salutē omni credenti. Si enim non prius intelligimus esse tres: quomodo tres ipsos simul possumus intelligere vnū? Alioquin qui sic accipiunt vnū quod triuz essentiā personarum vt aliquod vnū distinctū et proprium esse dicāt: sic nq3 aliquod vnū singulare: qūo cū credimus. Deus pr̄ vnus est: deus filius vnus ē: deus spūs sanctus vnus est quasi quartuz aliquod sit diuina substantia. Idolum adorant non deum: qm̄ quidem quartum aliquod: non recipit fides nostra: sed tm̄ tres personas que significant in. A. quod si ita est: quid pertinuit ad mysterium fidei: vt dicto. Ego sum. A. addderet. Et. O. nisi q2 nō sufficit nobis credere esse veraciter deum trinū: nisi eum quē credimus eē trinum: creda/

mus nihilominus esse vnum: ⁊ summe
vnuꝫ? Non.n.aliud est qui dicit. Ego suꝫ
A. ⁊ aliud qui dicit. Ego sum. O. sed ipse
qui est vnus deus dicit. Ego sum. A. ipse
qui est trinus: dicit ego sum. O. ipse inq̄ꝫ
trinus ⁊ vnus deus dicit simul vtrunqꝫ.
Ipse q dicit. Ego sum deus habraā: deus
isaac ⁊ deus iacob. Ipse dicit. Ego sum: q
Exo.3. sum. Et hec dices filijs israel. Qui est mi
sit me ad vos. Nec.n.aliud ē dicere. Ego
sum. A. q̄ꝫ ego sum deus habraaꝫ: ⁊ deus
isaac: ⁊ deus iacob. Nec aliud est dicere.
Ego sum. O. q̄ꝫ ego sum qui suꝫ: ⁊ hec di/
Exo.3. ces filijs israel. Qui est misit me ad vos.
Verūtamē multi dicūt quod dicimus: cō
fitentur quod cōfitemur: ⁊ tn̄ tenētes ver
ba solū in quibus est veritas verboꝝ: itel
lectū ignorāt: nec mirum tn̄: dicit se nāqꝫ
deus ipse de quo ⁊ loquimur: apparuisse
habraam: isaac ⁊ iacob: in deo oipotente:
sed nomē inquit meū Adonay nō reuela
Exo.6. ui eis. Quare hoc? Quia magnū est ⁊ ar/
chanum mysterium trinitatis ⁊ vnitatis
nec posse vllo modo aialibus hominibus
aperiri. Omnipotēs quippe deus: in deo
omnipotēte: tribus patriarchis apparuit:
q: tribus ordinibus illius populi diuitias
glorie sue: tribus modis ostēdēs esse se oi/
potentē deum apertis inditijs reuelauit:
ostēdit se nāqꝫ esse oipotentem in ordine
patriarcharū: cū vni eoꝝ quē elegit soluꝫ
in tempore senectutis ipsius filiuꝫ contu/
lit quem promisit: cū prolē ipsam benedi/
ctam de sterili parente progenitam conse
crauit ⁊ auxit: ita vt infra paucos annos
ad imensaꝫ multitudinē prouehēdo pdu
ceret. Ostēdit se alio modo oipotentē in
filijs israel cū eos qui erāt subditi pharao
ni in manu valida ⁊ extenta de seruiture
egyptiorum eripuit ⁊ eos in terra nō sua:
potētialiter collocauit dans illis iudices
⁊ defensores qui eos de potestate inimico
rū eriperēt. Rursum alio modo sese in fi/
lijs filioꝝ omnipotentē ostēdit. Cū iuxta
quod promiserat habrae: reges ex lumbis
eius produxit: subijciens eis regna gen/
tium alienigenaruꝫ sicut ⁊ per psalmistaꝫ
dicitur. In ydumeam extendaꝫ calciamē Ps.59.
tū meū: mihi alienigene subditi sunt. Cō
sumatum est aūt tempus patriarcharum
infra annos circiter quadringentos aut
octoginta. Similiter aūt ⁊ tēpus iudicū.
Similiter ⁊ tempus reguꝫ vsqꝫ ad nabu
chodonosor: qui sibi regnum iuda humi
liando prostrauit. Fuit autem in patriar/
chis similitudo patris a quo ois paterni/
tas in celo ⁊ in terra nominatur. Simili/ Eph.3.
litudo filij: in iudicibus: cui omne iudi/
ciū dedit pater: quiqꝫ ad hoc venit in mū
dū vt pugnaret ⁊ vinceret: ⁊ quem opor Jo.5.
tet (iuxta illud apostoli) regnare quousqꝫ
ponat omnes inimicos suos sub pedibus
suis. Huius victorie similitudo completa 1.cor.15
est in fine tēporis iudicum: hoc est: in die
bus Samuelis ⁊ dauid ex quoꝝ tempo/
re in illo populo reges esse ceperunt. Si/
militudo quoqꝫ spiritus sancti in regibus
ostēsa est propter vnctionis mysteriū: qđ
pertinet ad eūdem spūm sicut ⁊ vero illi
regi cuius typum reges ipsi gerebant per
psalmistam dicitur. Vnxit te deus deus Ps.44.
tuus oleo letitie precōsortibus tuis. Ha/
bet enim ⁊ homo xp̄s iesus similitudinē
spūs sancti: sicut ioānes baptista ipsius fi/
lij: zacharias patris: q: sicut alibi scripsis/
se me recolo quēadmodū in habraaꝫ: isaac
⁊ iacob: similitudo agnoscitur trinitatis:
ita in zacharia: ioanne baptista: ⁊ homine
xp̄o iesu: quoruꝫ primus sꝫ carnē genuit:
secundus genitus est: tertius secundum
carnem neqꝫ patrem habuit: neqꝫ filium
assimilatus spūi sancto: qui neqꝫ genitor:
neqꝫ genitus est. Quare ergo deus omni
potēs. Habrae isaac ⁊ iacob in deo omni/
potentē apparuit: cum in prescriptis tri/
bus ordinibus illius populi sese omnipo
tentem ostendit complens in omnibus
que promiserat ostendens in eisdem ima/
ginem ⁊ similitudinem suaꝫ? Sed si in il
lo primo statu seculi: in typo summe trini
tatis: tria tempora ⁊ tres species hominū
notata sunt: quid sibi secundum statum ⁊
⁊ tertium de quibus in hoc opere locu/
ti sumus velle dicemus: nisi q: ⁊ id quod

patris est:ꝛ filij:est ꝛ spiritus sancti:ꝛ id
quod filij:patris ꝛ spiritus sancti:ꝛ id qđ
spiritus sancti:patris ꝛ filij est:quia in pa
tre filius est:ꝛ in filio pater: ꝛ in vtroqꝫ
spiritus sanctus:ꝛ in ipso vterqꝫ? Quod
ergo trinitatis mysterium in primo statu
seculi reperitur: de speciali mysterio est:
non de generali: ꝛ de eo quod specialia
quoqꝫ omnibus communia sunt. Quod
autem ibi dictuꝫ est. Ego suꝫ.A.ꝛ.O. vbi
de vltimo aduentu domini mentio fa-
cta precesserat: id nobis aperte innuit:
quod fide tenemus:tunc nobis:videlicet:
aperiendum esse omnem veritatem:ꝛ di
dum esse finem operibus domini: cum
dominus ipse venerit ad extremum iudi
ciuꝫ. Tunc veraciter apparebit: quod no
bis iam vtcunqꝫ illuxit. Ex eo:videlicet:
tempore quo Christus septem signacula
aperire cepit. Populo autem iudeorum ꝛ
si tribus suprascriptis modis in deo om-
nipotente apparuit:docens se esse trinuꝫ
ꝛ vnum deum nomen tamen suuꝫ.IEVE.
quod hebrei legunt Adonay:non indica
uit eis:quia esse se trinum ꝛ vnum deuꝫ:
non illis per specialem intellectum ape-
1.thi.2. ruit:quousqꝫ verus ille Moyses:media-
tor dei ꝛ hominum christus iesus:qui cuꝫ
instaret hora passionis sue:vt transiret ex
hoc mundo ad patrem:post multa que lo
Jo.15. cutus est discipulis suis:adiecit ꝛ ait. Jam
non dicam vos seruos:quia seruus nescit
quid faciat dominus eius:vos autem di-
xi amicos:qꝛ omnia quecunqꝫ audiui a pa
tre meo nota feci vobis. Quando autem
dixit hoc verbum:nisi cum nomen illud
ineffabile quod est. IEVE.notum fecit il-
lis:loquens eis manifeste de spiritu san-
cto ꝛ de patre:ꝛ de gloria maiestatis sue di
Jo.14. cens. Ego in patre:ꝛ pater in me est. Et si
quid petieritis in nomine meo:hoc faciaꝫ
vt glorificetur pater in filio. Et ego roga-
bo patrem ꝛ alium paraclitum dabit vo-
bis vt maneat vobiscum in eternum spi-
ritum veritatis:quem mundus non po-
test accipere:quia non vidit eum nec scit
eum? Et quia tam aperte docuit esse tres
personas coeternas sibi ꝛ coequales:vnū
scilicet ꝛ trinum deum: quod est dicere.
IEVE.oportebat nihilominus euꝫ docere:
que istarum personarum ingenita esset:
que autem genita ꝛ que procedens: quod
in subseqentibus: Luce clarius manife-
stat:cum dicit. Cum venerit paraclitus
quem ego mittam vobis a patre spirituꝫ Jo.15.
veritatis:qui a patre procedit:ille testimo
nium perhibebit de me. Et post pauca.
Adhuc multa habeo vobis dicere:sed nō Jo.16.
potestis portare modo: cum autem ve-
nerit ille spiritus veritatis: docebit vos
omnem veritatem: non enim loquetur
a semetipso: sed que audiet loquetur: ꝛ
que ventura sunt annuntiabit vobis:ille
me clarificabit qꝛ de meo accipiet ꝛ annū
tiabit vobis. In eo enim spiritus sanctus
clarificat filiuꝫ:in quo se specialibus sacra
mentis docet procedere ab eodem:quem
admodum ꝛ a patre:excepto ꝙ hoc: pa-
ter habet a nullo:filius non a se: sed a pa-
tre:quod aperte ipse filius manifestat cuꝫ
dicit. Cum venerit paraclitus quem ego
mittam vobis a patre. Et iterum. Om
nia que habet pater mea sunt: propterea
dixi: quia de meo accipiet ꝛ annuncia-
bit vobis. Sic vnigenitus Dei filius
Christus Jesus docuit amicos suos quos
elegit de mundo omnia que audiuit a pa
tre suo: sacramentum vtiqꝫ trinitatis:qđ
alijs generationibus non fuit agnitum:
sicut ex eo tempore quo ipse venit in mū
dum. Naꝫ ꝛ si fuerunt viri sancti quibus
hoc venerabile sacramentum reuelatum
fuit:non ideo tamen reuelatum fore dicē-
dum est:qꝛ priuata ꝛ occulta beneficia ma
nifestis ꝛ solennibus non preiudicant.
Erat enim populus quem designat ordo
patriarcharuꝫ:terrenus ꝛ aīalis:sicut vni
uersa facies scripturaꝝ denūtiat:ita vt nō
posset ascēdere in mōtē cū moyse:propter Exo.19
impfectionē suā:sicut ꝛ nōnulli xp̄ianorū
qbus aīalis est intellectus quales erāt illi:
quibus loquebat apostolus. Non potui lo 1.cor.3
qui vobis quasi spūalibus sed quasi carna
libus:tanqꝫ paruulis in xp̄o:lac vobis po

tum dedi:non escam. Sufficit autem eis qui eiusmodi sunt credere simpliciter qđ auditur. De nomine autem dei: quod est Adonay:melius est eis reticere q̄ȝ loqui. Non enim leguntur:habraam:isaac ꝛ iacob minasse oues suas ad interiora deserti sicut fecit Moyses:ꝛ ideo quod negatum est illis:isti celeriter est donatuȝ:q: nisi qs studeat lõge fieri a tumultibus seculi: etiã si alias iustus ꝛ bonus sit:non põt intelligere inuisibilia dei. Uerũtamen q: in fine libri huius vbi iterum repetitio facta est verbi huius dicentis. Ego suȝ A ꝛ O primus ꝛ nouissimus principiũ ꝛ finis:paulo antea premissum est. Ne signaueris verba pphetie libri huius. Tẽpus.n.prope est arbitror datum esse nobis apientibus eis: q vocãdi sunt q̄ȝ cito de tenebris ad admirabile lumen xpi:vt sacri illius nominis: qđ ineffabile esse dicit ꝛ in secretis secretorum hactenus latuisse dignoscit:archana valde mysteria penetrare possimus ꝛ qđ in eo cõtineatur:ꝛ si non pro velle nostro: pro mẽsura tñ donatoris agnoscere. Sciẽdum est igit ꝙ nomẽ illud venerabile:qđ cõgrue satis ineffabile dicit taȝ ab hebreis q̄ȝ a latinis:pronuntiat Adonay:ꝛ tamen in hebreo non eisdeȝ caracteribus quibus scriptuȝ est:pronũtiatur:sed alijs. Scribit n.quatuor literis:ppter quod ꝛ apud grecos thethagrãmaton noiatur cuius inscriptio:ista est.IEVE. Est autem nomẽ istud vt tradunt peritissimi hebreorum tãte virtutis vt si distinguatur in tribus dictionibus ad hoc vt sigillatim proferatur. IE. sigillatim.EV. Sigillatim. VE. singula distinctio integritatem sui nois habeat:ꝛ si pferatur simul. IEVE. vnitatem demonstret. Si.n.distinctiones ipse in triangulata figura scribunt quod est dicere do. Ego sum.A.vnũquodq; triuȝ habet pfectionẽ suam:ꝛ vnũquodq; alicuius persone proprietatem demonstrat:ꝛ quod hijs maius est:ita secundum nomen propagatur a primo:tertium a secundo: vt aliud sine alio pronuntiari nequeat. Si tamen primum ꝛ secundum dicere licet cum non sint tria

Ex. 3.

nomina:sed vnum nomen. Super quo tamen mihi indulgentiam dari peto:vt loqui quomodo libet possim ꝙ sicut est:loqui nequeo:qm̃ nec aliam q̄ȝ sibi dari voluerunt patres:vt liceret eis improprie dicere:tres substãtias vel personas. Ut ergo liceat mihi vice persone ex necessitate proferre:quod lõge est a simplicis veritate:ne in tanta ꝛ tali re tacere cõpellar:ꝛ ita secũdum nomen propagatur a primo: tertiuȝ a secundo vt aliud sine alio pronũtiari nequeat:tanq̄ȝ si.E.litera que scribitur post I.cõmunis sit primo nomini ꝛ secũdo. V. litera cõmunis sit secundo ꝛ tertio quatenus ꝛ p hoc ꝙ secũduȝ nomen pendet ex primo:vnigenitus dei filius cõsubstantialis ostẽdat illi a quo genitus est:ꝛ per hoc ꝙ tertium nomen pendet ex secũdo ostẽdatur spũs sanctus cõsubstãtialis esse filio qui cõsubstãtialis est patri. Illud tamẽ in hoc noie diligenter obserua ꝙ nõ ita sunt litere ipse multiplicande in re: quomodo multiplicantur in voce:cuȝ sigillatim tria illa pronuntiamus:sed manentibus eisdẽ quatuor literis in loco suo:sic tria illa alterum post alterum pronuntiare debemus: vt tamen secundũ nomen pendere videatur e primo:tertium e secundo:quod qdeȝ melius figuris ipsis ostendere: q̄ȝ verbis cõgruentibus reserare valemus. Non eni vt iam dixi: eedem litere multiplicande sunt:vt scribamus:IE.EV.VE. sed cũ sint V.litere ipe vocales ꝛ libere ad oẽs exitus primo pronũtiande sunt due prime:secundo due medie:tertio due vltime:ita enim miro modo sacre ipse litere coherent sibi: vt siquis te interroget:que sint due prime libere respondere queas.I.ꝛ.E.si quis te interroget:que sint due medie libere:respõdeas.E.ꝛ.V.Si quis te iterroget que sint due vltime libere respondeas. V. ꝛ.E. Si ergo tres istas pronũtiationes que nõ nisi sex literis posse formari videtur non multiplicatis literis dare volumus: ita miro modo inuenimus possibile:vt tamen qđ distinguere possumus: scindere nequeamus. Scribendum est enim simpliciter.

quatuor literis istis. IEVE. ⁊ tamen legen
dum primo .IE.EV.VE. deinde .IEVE. qđ
vt diligenter ostendi queat: literis quidē
formatis nomen ipsum scribendum est.
Pronuntiationes vero ipsius: clausulis
minutissimis designande: verbi gratia:

—— ——
ie ue
IE —— VE ieue
eu ——
——

Et quid magis hoc mysterio veritati vi
cinū? certe vides scri
ptū quatuor literis
ieffabile nomē: certe
vides: imo nōdum in toto vides: quāta ꝓ
funditas sacramēti cōtegatur in eo. Unde
⁊ nō imerito ab hebreis scribitur qdē: sed
non profertur: q: si temptas in eo qđ men
te distinguit: lingua proferre: desinit eē te
tragrāmatō: ideoq; melius mēte percipitur
q̄ȝ lingue ministerio ꝓsonatur. Et qđ ma/
gis hoc mysterio veritati vicinū? Hoc cō/
templabat in trinitate q̄ deus est: magnus
Augu. 7. de tri. 4. ille doctor Augustinus q̄n dicebat. Cum
coartaret humana inopia: loquendo ꝓfer
re ad hoīuȝ sensus quod in secretario mē
tis tenet de dn̄o deo omnipotēte creatore
suo: siue per piam fidē: siue per qualēcunq;
intelligentiā timuit dicere tres essentias:
ne intelligeretur in illa summa equalitate
vlla diuersitas: rursum non poterat dicere
Sabelli⁹ non esse tria quedā: quod q: dixit Sabel/
lius: in heresim lapsus est: quesiuit qđ tria
diceret: dixit tres. s. personas siue tres sub/
stantias secundum grecos: non vt diceret
sed ne taceretur. Certe audisti quid dixe/
rit Augustinus. Quod si illud idē contē/
plari delectat: q̄ȝ in re in nomine isto ines/
fabili posse detur: in quo si tēptas tria illa
que mēte percipis: ore proferre deficere cō
probaris. Et enim si dicis. IE. vnuȝ nomē
est: verum dicis. Si dicis. EV. vnuȝ nomē
est: verum dicis. Si dicis. VE. vnū nomen
est: veꝝ dicis. Si autem dicis. IEVE. tria
nomina sunt: id dicis quod deus non di/
cit: q: non ait nomina mea: sed nomen
meum. Tale est enim ac si alijs verbis di/
ceremus. Si dico. Pater de celis deus:
aut fili redemptor mundi deus: aut spiri/
tus sancte deus vera est ⁊ pia cōfessio: ita
tamen: vt non liceat in sūma colligere: vt
dicat tres dij. Sed sancta trinitas vnus
deus. Sicut enim licet dicere: vnum no/
men esse. IE. vnum nomen esse. EV. vnū
nomen esse. VE. non tamen. IEVE. esse
tria nomina: sed vnum nomen: ita nec
tres deos recipit fides nostra: sed vnum
deum: q: deus verus trinitas: deus verus
singula personarum. Licet ergo litere ipse
quatuor sint numero: ⁊ nō sex: immo tres
tantum: sed vna gemina: tres tamen pro/
nuntiationes expresse in ipso vno nomi/
ne continentur. Que: vȝ: pronunciatio/
nes tanta sibi vnitate coniuncte sunt: vt
veraciter quidem tres esse queant: ⁊ tamē
ab inuicem separari nequeant. Si autem
pronuntiationes ipsas: nō vt ineffabiliter
cōtinentur in scripto nomine: sed sicut ad
aures hominum venire queunt: additis
dumtaxat duabus literis in triāgulata for
ma diligenter notamus: scribētes isto mo
do. Inuenim⁹ miro mō i. A. hoc qđ i hoc

——
ie
A
eu ue
——

noie designari. Si aūt tria si
mul in vna rotūda forma cō
iungimus scribētes hoc mo
do totuȝ nomen ipm̄ (IEVE)
inuenimus miro mo/
do in. O hoc quod in hoc
nomine contineri: non quia aliud ⁊ aliud
ostendere intendimus hic ⁊ ibi: sed q: ibi
posuimus oculum mentis ad intelligen/
duȝ quod pertinet ad tres personas: hoc
est: vt persona singula verus deus esse cre
datur. Hic ad agnoscēdū q: simul nō sunt
tres dij: sȝ vnus deus. Itaq; ⁊ cū dicim⁹.

—— ——
ie ue
IE eu V E
—— u

non facimus scissuraȝ in no
mine: ⁊ cum dicimus. IE/
VE. non excludimus trini
tatē sȝ ibi tm̄ distinguimus
qđ ptinet ad ꝓsonas: hic tenem⁹ simul qđ
ad essentie pertinet vnitatem. Que: vide
licet: vnitas eē in personis non posset: si
secessibiles a seipsis atq; idiuisibiles essent
ipse persone: ita vt possent ab alterutris
separari. Sed quia ita vnum nomen pen
det ex alio: vt quod medium est inter duo
rum vtroq; duorum nominum commu

nionem habeat:liquet ꝙ ⁊ pater est in
filio:⁊ filius in patre:⁊ spiritus sanctus
in patre ⁊ filio:ita vt cū singulus verus ⁊
ꝑfectus deus esse credaᵗ:tres tñ simul:nō
tres dij ſʒ vnus veraciter deus esse credaᵗ.
Unū est ergo nomē ipm̄ nō semel scriptū
ꝓ trinitate ⁊ semel ꝓ vnitate sicut nos fa/
cimus ad itellectū:ſʒ tu q legis:itellige in
eo ꝯtineri A.⁊.O.hoc est:trinitatēʒ ⁊ vni
tatēʒ:ac si iste ignis de quo flāma oriᵗ ⁊ ca
lor ꝓcedit:alius eē dicaᵗ q̄ʒ flāma:alia flā/
ma q̄ nasciᵗ:alius calor q ꝓcedit ab ipsis:
licet ista tria simul vnus sint ignis:⁊ si gli
bet sigillatiʒ ⁊ vere:⁊ absq̄ʒ scrupulo:ignis
sit. Nō aūt cū dicimus tria ista vnus sunt
ignis:⁊ aliq̄d ꝓpriū:⁊ q̄si quartū aliquid
p̄dicamus ignē:sicut nec cū dicimꝰ:radix
stipes ⁊ cortex vna sunt arbor:⁊ siq̄d simi
le. Tria sunt.n.tm̄ ⁊ nihil aliud. Sʒ q̄ʒ ipa
tria vnū:vel vna arbor ⁊ vnuʒ lignū:dici/
mus esse tria vnū:⁊ vnū tria. Qd̄ si in re/
bus corporalibus q̄ ab iuicē separi queūt:
hoc q̄uo libet ostēdi pōt:ita vt nō absurde
dicanᵗ tria vnū:⁊ vnū tria:q̄d tu alienum
putas a fide:aut oino ꝑegrinū a rōne qd̄
tibi de vnitate trinitatis p̄dicaᵗ:qn̄ q̄dem
⁊ hoc ipm̄ qd̄ in rerū imaginibus demon
stratur tanto dissimilius est:quanto rusti
ciori elemēto vicinius:⁊ ecōtrario:tāto si/
milius quāto subtiliori ⁊ eminētiori ꝓpin
quius? At q̄ʒ res palpabiles ⁊ grossiores:i
firmis itellectibus capaciores sunt loqui/
mur de eis ad isinuādā virtutē vocis:nō
ad ostēdēdā v̄itatēʒ similitudinis. Hoc.n.
oportere demonstrat apostolus:vbi dicit:
Tanq̄ʒ paruulis in xp̄o lac vobis potū de
1. cor. 3. di nō escā. Ut ergo vna arbor:vna ē:ita ⁊
nomē illud:nō tria nōia:sed vnū nomē ē.
Et sicut in vna arbore tria illa:vnitate li/
ganᵗ:ita tres ille ꝓnūciatiōes i vno noie:
adeo vt nomē ipm̄ ineffabile:⁊ vnū ⁊ tri/
num dici queat. Nec ideo tñ tria noia:sed
vnum nomen:sicut nō illa tria:tres arbo/
res aut tria ligna:sed vnum lignum. Et si
cut vna arbor nō tota est radix:seu stipes:
seu cortex:sed tria vnum:ita ⁊ venerabile
nomen illud:vnum est. Nec tamen aut
totum continetur in. IE. aut totū in. EV.
aut totuʒ in. VE. sed tria simul vnū nomē
qd̄ est. IEVE. ita vt nomen ipsum:⁊ vnuʒ
trinuʒ dici queat:⁊ si ipm̄ vnum sit semel
i loco suo ⁊ vniformiter scriptū. Hec sacra
trinitatis mysteria q̄ in secretis secretoꝝ
ꝯtinenᵗ apud iudeos:patefecit hebreus q
daʒ petrus noie illuminatus gratia xp̄i ⁊ Nota secretorum iudeorum.
cōuersus ad ipm̄ tanq̄ʒ p̄ambulus ⁊ p̄cur
sor populi sui q cito est a dn̄o a cecitate cu/
rādus:qd̄ nos quoq̄ʒ ꝑ iudeos ifideles ve
stigare volētes:a quodā ꝑitissimo hebreo
de virtute huius nois sciscitati sumus:⁊
qm̄ aliquotiens de fide nostra ⁊ sua ad di/
sputationē venimus:ex assidua collocutio
ne nobis familiaris effectus:⁊ maxime q̄ʒ
detectum deprehendit in nobis:quod cō/
fessores indiuidue trinitatis ignorare pu/
tabat:ita se rem habere:vt conuersus il/
le hebreus dixerat:non negauit: Licet
ipse virtutem nominis:quasi alienus a
luce:⁊ adhuc ꝑfidie vinculis obligatus:
nesciret. Quod ergo ait dominus. Ego
sum. A.⁊.O. ita est intelligendum quēad/
modū si diceref. Ego sum trinus ⁊ vnus.
Et qd̄ protinus adiūgit. Pricipiū ⁊ finis:
ac si alijs verbis subseq̄ref dicēs. Ego suʒ
qui me a principio trinū eē doceo: Ego q
me in fine vnū esse demōstro. Trinꝰ q̄ppe
demōstraᵗ in. A. vnꝰ in. O. q̄ʒ sicut tria cor
nua illius figure trinitatē p̄dicāt:ita rotū
ditas vnitatem:nequis cum audit trinū:
putet esse compositum:⁊ non potius sum
me vnum:⁊ si dici licet vnissimum. Uerū
tamen quia nomen illud ineffabile:plura
li nomine sonat: Adonay:quod interpre/
tatur domini:quid esse dicimus:ꝙ nō ait
nomen nostrum:sed nomen meum:nisi q̄ʒ
tale est ipsum nomen dei:vt ⁊ pluralita/
tem ⁊ vnitatē demonstreᵗ hēre. Per hoc
enim ꝙ non ait:nomina sed nomen:non
nostra siue nostrum:sed meum:vnū se esse
deum ostendit. Et per hoc ꝙ non ait
nomen meum:quod est dominus:sed
quod est domini:trinum se esse in perso/
nis manifeste demonstrat. Igitur ex do/
ctrina sacri nominis huius:aperte liquet


esse vnigenitum dei filium consubstantia
lem patri:spiritum sanctum consubstan/
tialem eidem filio : qui consubstantialis
est patri:quamuis in nomine ipso ineffa/
bili:alia quoqꝫ preter istam lateat profun
1.Cor.3 ditas sacramenti : ex qua patenter datur
intelligi:esse spiritum sanctum consubstā
tialez patri ⁊ filio:vtpote qꝛ nō a solo pa
tre:aut a solo filio:sed ab vtroqꝫ ꝓcedit.
¶ Liquet enim ꝙ tres sunt littere qui/
bus sacrum nomen ipsum inscribitur:sed
vna earum gemina est. Semel enim scri
bitur ibi.I.Semel.V.Bis autem ,inscri
bitur.E.hoc est : ⁊ post.I .⁊ post.V.scribi/
tur inquam.E.⁊ post.I .⁊ post.V.ſm ꝙ
⁊ vnus Helyas missus est post Moysen
cum quo ⁊ in monte visus est : mittēdus
⁊ post Joannem:qui in spiritu quondam
eius aduenisse describitur.Uidetur enim
vnus Helyas iunctus esse in misterijs:
Moysi ⁊ Joanni : propter quod ⁊ dua/
bus vicibus mitti debuit:primo quidem
sub testamento veteri : deinde sub nouo
tanqꝫ operaturus aliquid sub ambobus:
⁊ cooperaturus Moysi ⁊ Joanni. Ma/
gnum est hoc misterium:⁊ venerando il/
Mala. vlti. li nomini satis simile.Unus est eniz deus
pater quem designat hoc misterio:Moy
ses:vnus est dei filius quez designat Joā/
nes:vnus est spiritus sanctus:quem desi/
gnat Helyas.Ergo quia vnus est dei spi/
ritus qui a patre filioqꝫ procedit : vnus q
⁊ patri cooperatur ⁊ filio : oportebit bis
mitti Helyam ad cooperandum sigilla/
tim duobus.Est enim idem spiritus vir/
tus patris ⁊ filij:donum amborum:chari
tas vtriusqꝫ:Unde ⁊ littera ipsa que vo/
catur.O.duobus modis scribitur apud
Grecos:vt duplicē significationē demō/
stref hic.In eo.n.ꝙ simplr scribif sicuti ⁊
apud nos:hꝫ eam quam supra scripsimus
significationez : in eo vero ꝙ hoc modo.
| ω | scripta esse dignoscitur:hꝫ ſm
ea que tenemus in fide nostra:
aliquid aliud designare:vꝫ ꝙ
duo sint:quorum vnus pater est:alius fi/
lius:⁊ vna vtriusqꝫ virtus:que nō est ge/
nitor neqꝫ genitus:sed tm̄ vnus spiritus
ex vtroqꝫ procedens. Sic enim sunt duo
testamenta que designantur in hoc cara/
ctere.ω.per oīa coherentia sibi : vt alterꝫ
nasci videatur ex altero:⁊ simile sit geni/
tuz gignenti se:⁊ vnus spiritualis intelle
ctus ex vtroqꝫ procedat.Inde est ꝙ cara
cter ipse aptus est a parte supiori : vt vna
vtriusqꝫ spiratio : cōicnem ad vtrāqꝫ de/
monstretur habere.Et qꝛ hoc significari
demonstratur in.A.qđ in IE.VE.hoc est
vt credantur tres ipse ꝑsone coeterne sibi
esse ⁊ coequales:non tn̄ per eandem litte
ram ad liqdum ostendi poterat : ꝙ credi
de eis necesse est:esse vꝫ duos quorꝫ vnus
genitor sit:genitus alius:⁊ vnus qui nec
genitor sit nec genitus : sed tm̄ ab vtroqꝫ
ꝓcedens:dicens:Ego sum.A.addidit ꝓ/
tinus:Ego sum O.Et queniaz multa in
primo tpe scripta fuerunt:que trinitatem
demonstrant:vt Ego sum deus Abraaz:
⁊ deus ysaac:⁊ deus Jacob:vt est.Bene/
dicat nos deus deus noster : benedicat
nos deus:vt est.Sāctus:sanctus:sanctus
dn̄s deus oipotens:nec tn̄ per eadem ora
cula intelligi aut sciri poterat : vtrꝫ vnus
eorꝫ esset genitor:vnus genitus : vnus ab
vtroqꝫ ꝓcedens:ſm ꝙ nobis enucleatuz
est a filio in finibus seculoruz:Recte vbi
ait Ego sum.A.⁊.O.ꝓtinus addidit prin
cipiuz ⁊ finis:qꝛ ipse qui pro nobis in pri
mo tēpore obscure loquutus est:vt habe/
remus in eo salutis nostre principiū:ipse
nobis in hoc finali tpe:apte loq dignatus
est vt finem accipiat labor nr̄ ⁊ agnosca/
mus eū in ꝟitate:sicut ⁊ veritas ipsa dicit.
In illo die vos cognoscetis:qꝛ ego in pr̄e
meo:⁊ vos in me ⁊ ego in vobis.Et iterꝫ Jo.14.
hoc i ꝓuerbijs loquutus suz vobis:venit
hora vt iā nō i ꝓuerbijs loqr vobis:sꝫ pa
lā de pr̄e me annūciabo vobis. Hac in re
est ⁊ aliud vigilanter pensanduz:ꝙ qn̄ in
littera. A.assignamus simpliciter trinita/
tē:in.O.rotundo vnitatez:tunc duo ipsa
elemēta in vnuz pariter colligēda sunt:vt
⁊ figura triangulata doceat esse tres per/
sonas:quarꝫ singula deus est:qđ est dicere.

IE.EV.VE. Et figura rotūda indicet tres psonas esse vnū deū: qđ est dicere. IE.VE. Sūt enim tres anguli ipsi: ꝛ rotūditas: q̈si vt ita dixerim voces mãles: qbus deus oīpotens qui est id qđ est: trinus ꝛ vnus esse demōstraẜ. Quo circa vt in figura illa triāgulata: notaẜ in deo ṽitas trinitatis: ita in figura rotunda: notaẜ in eodem deo mera simplicitas vnitatis. Ceteꝝ si ð isto ω. agiẜ qđ in loco ipso apocalipsis scriptū repiẜ: illud qđ supius diximus: incūctanter tenēdum est: vz ꝙ in. A. significaẜ esse duos q̄ pcedūt ab vno: in. ω. esse vnū q̄ pcedit a duobus. Vñ ꝛ testamēta nō tria sꝫ duo esse dicunẜ. Lr̃a vz legis Moysi: ꝛ lr̃a euāgelij xp̄i. Ex quibus vnus spūalis egrediẜ intelle̅s: in typo: aut dubiū vnius spūs qui ex pr̄e filioq3 pcedit: Et sm̄ hoc duo tpa ꝛ duo populi esse noscunẜ: tp̄s. s. patꝝ: ꝛ tp̄s filioꝝ populus iudaicus ꝛ populus gētilis: ex qbus vna pcedit spiritaliuz viroꝝ ecclia. Qꝛ ꝛ ipse spūs deus est: eq̄lis ꝛ coeternus pr̄i ꝛ filio a qbus ꝛ ab eterno pcedit: ne' qs eum putaret nō esse deū: sꝫ q̄si vnā aliq3 septez virtutū: vt est spūs sapiētie ꝛ spūs sciētie: ꝛ hūjs filia: nō potuit negare seipsum: cū ꝛ ipse sicut ꝛ filius veritas sit: sꝫ reſuauit sibi ppriū tp̄s: in quo opeẜ ꝛ ipse: nō q̄si aliq̄ virtutū dei: que dona spūs sancti dicta sūt: sꝫ q̄si deus verus ꝛ dñs verus sicut pr̄ ꝛ filius. Ea ppter qꝛ in qnq3 primis etatibus: opari manifeste deus pr̄ visus est: in sexta filius: necesse est vt ꝛ ipse opeẜ i septima: q̄tenus sicut deus trinitas est: ita triū opa tpm singulis psonis deitatis: proprietate misterij ꝯgruētia: videanẜ esse distincta certis metis ꝛ pprietatibus suis. Hec sunt tria illa tpa que ob veritatē pprioꝝ donoꝝ: tres status mūdi noianda credimus: nimiꝝ qꝛ īter ipsa tria: haud parua dr̄ia est. In pmo siq̄dem istoꝝ triū viguit ecclesia laycoꝝ: in scd̄o ecclesia clericoꝝ: in tertio vigebit ecclesia monachoꝝ. Opꝫ eniz electos dei: instāte pcella psequutionis: fugere de ciuitate in ciuitatē: vz de prima in scd̄az: de scd̄a in tertiā. Ita eni dñs precepit dicēs. Si vos psequuti fuerint in vnā ciuitatē: fugite in aliā: ꝛ si in illa psequuti vos fuerint fugite in tertiā. Qđ est dicere: Si supabundāte malitia: nō erit vobis tutū ducere vxores ꝛ manere inter laycos: qñ ve erit pregnātibus ꝛ nutriētibus: fugite ad ecclesiā clericoꝝ: ꝛ si ibi nō erit tutū: preualēte iniq̄tate: fugite ad ecclesiaz monachoꝝ: Et rursuz. Si vos psequuti fuerint in lr̃a testamēti veteris: recurrite ad lr̃az testamēti noui: ꝛ si in ea psequuti fuerint vos: recurrēdū erit vobis ad intelligētiā spiritalē. Sicut cū vniuersitas generationū seculi: duobus prefatis modis: in duo vel tria tpa distinguēda est: ita in sacro illo noie: due sunt precipue diffinitiōes notāde: vna que videaẜ respicere opa trium statuū pp pprietates psonaꝝ: qđ est dicere. IE.EV.VE. altera q̄ signet misteria duorū testiōꝝ ad hoc qđ ostēdantur esse duo: quoꝝ vnus genitor sit: alter genit⁹: ꝛ vnū q̄ nō sit pr̄ aut filius: sꝫ vna vtriusq3 cōio: ita vt ostēdaẜ coopari vtriq3: qđ est dicere. IE.VE. videẜ q̄ppe. I. ptinere ad pr̄em E. ad spūm scm̄. V. ad filiū. E. iteꝝ ad spūz scm̄: nō ꝙ duo sint spūs: sꝫ qꝛ bis daẜ: q̄tenus ꝛ a pr̄e ꝛ a filio pcedere ostēdaẜ: tanq3 q̄ a pr̄e filioq3 pcedit. Inde est ꝙ in tribus statibus: tria silia opa in tribus ordinibus saluādoꝝ exgrēda sunt: vt p hoc tres psone ipse eq̄les esse itelliganẜ: vñ q̄dē e duobus testamētis: quoꝝ alteꝝ ex altero ortū est: vnus spūalis intellectus pcedit: hoc est: e duob⁹ significātibus vnū significatū: vt p hoc vna psona intelligaẜ esse ingenita: alia ex ingenita: genitaq3 pcedēs. Illud ṽo (qꝛ data est oportunitas) pretereūdū nō video: qđ de trib⁹ statibus vsq3 ad pn̄tē locū differre volui: vt id qđ p seipsum plene: vt est: cōprehēdi neq̄t: ex alioꝝ collatione ꝯsiderādū facilius discuti ꝛ intelligi queat. Et q̄dē cū de hūjs ageremus in q̄busdā locis opusculoꝝ nr̄oꝝ: diximus ad q̄lecūq3 intellectū: ꝙ altius ꝛ subtilius ꝯtemplādū erat: tpe suo: ne offensa forte alicuius inexercitata capacitas abhorreret ptinus qđ portare nequiret.

Ma. 10

¶ Diximus eniz principiũ primi status esse ab Abraaz: principiũ scđi ab aduentu dñi: principiũ tertij: a ɔuersione israel. Et hoc qđe dicẽtes imitasse nos intelligat lectorꝫ: eũ q paruulis i xp̃o loquebaꝛ dicẽs.
I. cor. 3 Tanq̃ꝫ paruulis in xp̃o lac potũ dedi vobis nõ escã. Nũc v̓o oportũitate repta cũ hijs q ꝓ ɔsuetudine exercitatos, hñt itellectus: ad pfectionẽ feramur. Ponamus si plꝫ duos circulos añ oculos mẽtis ɔiunctos in sũmitatib⁹ suis: ⁊ aliũ mediũ iter duos: ita vt circuli tres sint tñ: ſꝫ q̄ ⁊ nomẽ istud dñi đ quo agiꝛ: tres lr̃as tñ hꝫe diximus: q̃tuoꝛ v̓o distinctiões: ſꝫ q̄ vna lr̃a gemina est: pp qđ ⁊ Tetagrãmatõ nomẽ ipꝫ dñi appellaꝛ. Hoc. n. si fecerimus: ita mõ iuenimus tria vnũ: ⁊ vnũ tria: vt ɔsiderata vndiqꝫ v̓itate: obstruaꝛ oẽ os loquẽtiũ iniq̃. Nõ eni deesse pũt q cogitẽt mala in cordib⁹ suis: arbitrãtes nos vnitatẽ scidere: qꝛ trinitatẽ in misterijs predicamus. Potẽs est aũt v̓itas sanare corda eorũ: dũmõ possint credere fecisse deũ gen⁹ hoĩum ad imaginẽ ⁊ siĩitudinẽ suã. Ut ãt oĩs auferat ɔtẽdẽdi mã: q̃ solet sepe oriri ex sentẽtijs diuersoꝝ: id ipꝫ qđ mẽtis oculis ɔtẽplãdũ dicim⁹: ẽt i subiecta pagia visibilib⁹ oñdemus figuris: prebẽtiꝫ cũ nomẽ dei Tetagrãmatõ id exposcat: q̄ potius figuris ostendi q̃ꝫ lingua exprimi potest.

¶ Exemplum dicte rei.



¶ Ecce i pñti figura hñ̃t tres ꝓprietates: nemo q neget: ⁊ tñ si põt diuidat ab alterutris istiusmodi circuloꝝ: qb⁹ tã mire cõgruit ineffabile nomẽ: aut si id oĩno facere negt: sic discat diligẽter deuitare sabel-
Sabel. Arrius liũ: vt nõ incurrat Arrij prauitatẽ: quoꝝ ꝑmus vnius circuli tenere imaginẽ visus est. alter qđe triũ: ſꝫ tñ q sint ineq̃les: ⁊ nature varietate diuisi. Ꝫꝫ ergo terminus primi status: veraciter fuerit in aduentu dñi: terminus scđi: in tꝑibus istis: terminus tertij: in fine mũdi: nõ ideo tñ ab iuicẽ diuidi queũt: qꝛ nõ ibi sunt pricipia vbi fines: sicut ex pñti figura manifeste colligiꝛ: ⁊ si pp inusitati põdus eloquij: initiũ primi status dicamus in Abraã: initium scđi in Joãne baptista: initiũ tertij in tꝑe prefinito: nõ q̄ in eisdẽ articulis tꝑaliter

sunt initiata misteria: sed quoniam que prius erant occulta: manifesta esse ceperunt. Aliter enim accipienda sunt principia precurrentium rerum: aliter eorum que precurrunt. Ibi namq; preparatio preit: hic maiestas subsequitur: sicq; fit vt & ibi & hic principium dici queat: & sub vno vtrumq; accipi communiter possit. Quando autem ab Abraam qui pater excelsus: deinde pater multarum gentium dictus est: initium accipimus primi status: tunc prima littera que est. I. illud tempus respicit: quod decursum est sub magnis illis Patriarchis: Abraam: scilicet ysaac & Jacob: vsq; ad Malachiam Prophetam: Secunda que est. E. vsq; ad Christum. Porro tertia littera que est. V. ab eiusdem domini aduentu: vsq; ad conuersionem Israel: Quarta que est. E. a tempore eodem vsq; ad finem seculi: Non ergo non licere quis extimet: ita loqui de tribus statibus pertinentibus sigillatim ad tres personas: sed non ita proprie: quomodo in suprascripta demo̅stratur figura. Sed & illud non est pretermittendum: quod de Moyse & Helya: superius dictum est: cum vtiq; aduentus ipse eorundem virorum satis perspicue veritatem demonstret. Liquet enim q̄ in primo horum temporum sub quo data est lex: missus est Moyses: cui iure in mysterijs ascribitur. I. in tempore prophetarum quod cepit s̄m aliquid a Samuel missus est Helyas cui ascribitur. E. In tertio tempore missus est Joannes: cui ascribitur. V. In quarto rursum mittetur Helyas: cui (sicut iam diximus) ascribitur. E. Et hec quidem s̄m duo testamenta: in quibus operantur pater & filius: & vnus spiritus sanctus cooperatur vtriq;. Non enim prius filius nascitur a patre: & postea ab eodem procedit spiritus sanctus: sed simul vterq; semper: Sed & neq; s̄m hoc q̄ procedit a patre spiritus sanctus: principium eius dicendus est filius: sed tantum s̄m hoc q̄ p̄cedit a filio. Ut igitur ostendatur spiritus sanctus p̄cedere a patre & a filio: duo tm̄ voluit esse testame̅ta: in duabus vxoribus Abrae: & in duobus Cherubin designata: Et vt ostendat' verus e plenus deus sicut pr̄ & filius: oportuit nihilominus esse tria opera designata in Abraã: ysaac & Jacob: in tribus statibus seculi potentialiter declarata: vt qd̄ minus capitur ex vno mysterio: capiatur ex altero. Et de hijs pro loco satis dictu̅.

Exo.3. 3.re.17

Oportet enim nos aliquid in aliquo minus dicere: maxime vbi locus non est: ne ab hijs que omnino dicenda sunt: omnino reticere contingat. Non enim adhuc ingressi sumus ad ea que aggredi cepisse videmur. Hucusq; enim salutatio & exordium. Ammodo quod sequitur: totum est de corpore libri. Sequitur.

¶Ego Ioannes frater uester & particeps in tribulatione & regno & patientia iesu: fui in insula quae appellatur pathmos propter uerbum dei & testimonium iesu. C.1 a

¶Manifestum est in beato Joanne perfectoꝝ discipulorum: ecclesiam designari: eorum: scilicet qui contemplando adiscunt ab illo qui magister est omnium: siue ab hijs quos mittit ipse: vt & ipsi doceant alios confratres: & comparticipes suos: qui forte occupati ecclesiasticis negocijs: non quantum necesse est: meditari aut legere permittuntur. Ut autem intelligatur quod dicimus: aliquid de Joanne & Petro communiter eloquamur: non immemores illius euangelici: vbi dicitur a domino: Petro apostolorum primo. Sequere me: de Joanne vero: non sic: sed sic eum volo manere donec veniam: quid ad te. Designantur enim in hijs duobus: duo Jo.21. uere̅dissimi ordines: quibus continue salutis verbo secu̅datur ecclesia: clericoꝝ. s.

τ monachorum:hoc est eorum qui super
greges dominicos curam gerunt: τ eo/
rum q vt soli deo vacare queant:a seculo
exeunt.Et in locis solitarijs:aut soli ali/
quando:τ aliquandiu:aut in conuētibus
requiescunt.Et illis quidem incūbit acce
pta cruce sua ambulare post xp̄m:istis in
castitate τ mūditia:q̄z dulcis sit dominus
degustare: q̄uis pro causa τ tempore ab
vtrisq; requiratur vtrūq;.Et sancti quidez
martyres cum beato petro strenue p̄lian
tes:in marcessibilis coronam glorie adipi
sci meruerūt.Sed magno dilectionis sue
munere contemplatiue vite filios donat
xp̄s pādens illis archana τ profunda my
steria.Ne ergo qui:vt arctius adhereant
regi suo:seipsos ab humanis obtutibus:
ac si in alicuius insule vastitate abscōdūt:
inferiores sanctis martyribus: τ minus
deo vtiles putarent fratrem se testatur eē
ioannes:eoꝝ qui pro domino patiuntur:
participē nihilominus ipressura τ regno.
Est.n.tribulationū τ regni τ patientie cō
sors:in dn̄o nostro iesu xp̄o:qui pro oibus
nobis ptulit passionē.Quicunq; ꝑ amo
re ipsius refugit illecebras mūdi appetēs
asperitatē mōtiū τ squalorē deserti:sicut
hi qui relicta egypto ingressi sunt in ter/
ram desertā in locū horroris τ vaste solitu
deu 32. dinis.Qui.n.cōsors est pugne erit(neces/
se est)τ corone.Et qui socius belli est: fiat
necesse est:τ iperij. Fui(inqt)in insula q̄
appellat pathmos:ꝑpter verbū dei τ te/
stimonium iesu.Non solum sancti marty
res qui transitoriā τ fallacē vitam mundi
deserūt pro eterna xp̄o testimonium per/
hibent:verumetiam:τ illi qui sic viuunt:
vt iam non sibi viuant:sed xp̄o: portan/
tes τ ipsi crucem xp̄i in corporibus suis.
Dicūt inq̄; τ ipsi testimonium xp̄o:q: ꝑ
pter verbū christi:taliter in corpore mo
riuntur.Quis enim tam stultus τ mente
captus qui vltro vellet carere oblectatio
nibus vite huius:τ sponte se tam multis
condemnare miserijs: nisi certus esset de
fide sua:τ q sit magna nimis merces con
Jo. fitentium domino? Unde non incongru.

pathmos fretum interpretari dicitur: q̄
velut in quodam freto temptationum na
uigant pugnaturi:qui cōtra vitia carnis
τ spiritus vite se religiose τ arcte nimis:
ac si ex eadem die morituri committunt.
Sequitur.

¶ Fui in spiritu dominica die. E.13

¶ Locus iste magni ponderis:τ altis re
positus sacramentis: simplex sermo: sed
non mysterium:cortex euidens:sed occul
ta medulla.Fui(inquit)in sp̄ū in domini
ca die.Quid sibi vult qd̄ ait ioannes:fui
in spiritu?Quid sibi vult quod sequitur
in dominica die?forte iam aliquibus leue
erat:τ perspicabile intellectu:quando ego
primo in locum istum velut in quādam
hytalapsum impegi: q: solet deus facere
huic lucidum:quod alteri videtur obscu
rum:vt discat vnusquisq; non alta sapere
sed humilibus consentire. Et enim cum
decursis precedentibus libri huius capitu
lis:peruenirē ad locum istum:tantam fa/
teor difficultatem: τ quasi preter solitum
perpessus sum angustias intellectus: vt
sentiēs oppositum mihi lapidem ab ostio
monumenti:hebetatus subsisterez:τ dās
honorem deo:qui pro velle suo claudit τ
aperit:relicto loco ipso intacto:ad sequen
tia pertransirem:seruans difficultatem eā
dem vniuersali magistro:vt ipse qui ape/
ruit librum τ solui septem signacula eius
cum sibi esset placitum: mihi vel alijs
aperiret.Cūq; me occupatum in multis
hoc ipsum obliuio procul duceret: factuz
est verso anni circulo:diem ad esse pascha
lem:mihiq; circa horam matutinam exci
tato a somno:aliquid in libro isto meditā
ti occurrere: pro quo confisus de dono
dei audacior factus sum ad scribendum:
quinimmo in silendo τ non scribendo
timidior:nequando tacenti mihi dicere/
tur a iudice. Serue male τ piger scie// Math.
bas: quia meto vbi non seminaui: τ 25.
congrego vbi non sparsi. Oportuit ergo
te committere pecuniam meam num//
mularijs τ veniens ego recepissem vtiq;

quod meũ est:cum vsura.Et enim cũ nõ
nulla iaz capere:ꝛ maiora adhuc sacramẽ
ta nescirem:quasi quedam pugna gereba
tur in mẽte mea:his quidẽ q̃ patebãt sua
dentibus ausum:ceteris aũt difficultatez
minantibus.Cũ ergo in supra scripta no
cte:simile aliquid cõtigisset:circa mediuz
(vt opinor)noctis silẽtiuz ꝛ horã qua leo
noster de tribu iuda resurrexisse⸮extimaᵗ
a mortuis:subito mihi meditanti aliqd:
quadam mẽtis oculis intelligentie clari/
tate ꝑcepta de plenitudine libri huius:ꝛ
tota veteris ac noui testamẽti concordia:
reuelatio facta est:ꝛ nec sic recordatus suz
supra scripti capituli. Cur:vz:ioãnes di/
xerit:fui in spũ in dominica die:ꝛ vtrum
ꝑtineret ad rez:ꝙ hec ipsa reuelatio libri
huius in die dominica facta eẽ narratur.
Non inq̃z istud occurrit aio:nec ꝙ xp̃us
de monumẽto egrediens : spũm de litera
significauerit processurum.nec ꝙ septem
dies paschalis hebdomade cum octauo se
quẽti:cum partibus libri huius in myste
rijs cõcordarẽt:nec ꝙ die eodem aperue
rit discipulis sensum vt intelligerẽt scri/
Lu.24 pturas.Cum ergo post aliquantulum tẽ
poris oportunitate ꝑcepta: parum id qḋ
notaueram relegissem pueni ad locuz istũ
in quo ꝛ dicitur. Fui in spũ in dominica
die:ꝛ tunc primo itellexi quid sibi vellet
in mysterijs:id quod ait ioãnis.Fui i spũ
in dominica die cõferẽs mecũ : vel ea ipsa
que acciderant:vel ea que de ipso die scri/
pta fore noscuntur:ꝛ ꝙ inde inceperit spi
ritus excitatus a litera:ꝛ multa huic simi
Ps.117. lia:que in hoc loco ꝑstringere longuz est.
Hec est ergo dies quam fecit dñs:exulte/
Jo.20. mus ꝛ letemur in ea.Hec dies i qua xp̃s
resurrexit a mortuis : sublato magno i lo
Lu.24 lapide ab ostio monumẽti.Hec dies in q̈
aperuit discipulis suis sensuz vt intellige
rẽt scripturas.Sane octo dies in quibus
paschalis festiuitas ab vniuersa christia/
norum ecclesia tã solẽniter celebratur:cuz
octo ꝑtibus libri huius in significatu con
ueniunt:nihilominus ꝛ octo hebdoma/
de que vsq̃z ad sabbatum quod sequitur
penthecosten:pro reuerẽtia tantarum so/
lẽnitatum gaudio ꝛ letitie deputate sunt.
Uerũtamẽ q꞉ sicut alibi scripsimus:duos
habet liber iste typicos intellectus: vnuz
qui pertinet ad scḋm statum:alterum qui
ꝑtinet ad tertiũ.Libet hac in re diligen/
tius intueri : ꝙ nobis qui in initio tertij
status positi sumus:illa potius reuelatiõe
indigemus:que sequẽtia detegit:q̃z illa q̃
a tẽpore apostolorũ:viris spiritalibus fa/
cta est:ꝛ si nũc magis illa ad lucẽ veniat:
cum hoc pro cursu tẽporis incipit aperi/
ri.Inde est ꝙ in sexta feria q̃ p̃cedit ipsuz
paschalez diẽ:petre scisse sunt ꝛ monumẽ
ta apta⸮sũt:ide ꝙ velũ tẽpli scissũz est a sũ Math. 17.
mo vsq̃z deorsum.Nam pro eo ꝙ dies ip̃e
qui mediãte sabbato precedit dominicũ:
videtur eo ipso quo sextus est referri ad
vetera:sicut ꝛ sequẽs dies dominicus :eo
ipso ꝙ dominicus est pertinere ad noua.
Quid est ꝙ die sexto : petre scisse sunt ꝛ Math. vlti.
monumẽta aperta⸮aut ꝙ scissum est velũ
templi a summo vsq̃z deorsũ⸮ꝛ ꝙ die pri/
mo qui vocatur dominicus:monumẽtũ
illud maximum apertum est⸮nisi q꞉ tem/
pus illud in quo hec oia facta sunt:ꝛ quã
tũ ad vetera finis erat:ꝛ q̃ztum ad noua:
principium subsequentiũ seculorum⸮Ita
q̃ppe tres isti dies sub vno accipi ũtur:vt
dicatur de eis in p̃fatione paschali.Te q/
dem dñe omni tẽpore:sed in hoc potissi/
mum die gloriosius predicare cuz pascha
nostrum imolatus est xp̃s:Uerũtamen p̃
cedit illud in significatione : quod factuz
est in die sexto.Sequitur quod gestuz est
die pasche:ꝛ licet aliqui putent in ip̃o die
pasche aperta esse monumenta:postq̃z re
surrexit xp̃us a mortuis:qui ꝛ ꝑpter hoc Colo.1.
volunt eum vocatum ab apostolo:primo
genitum mortuorum. Sed si hoc est:qua
re nõ hoc dixit euangelista:vbi agitur de
resurrectione ipsius:sed potius vbi dictũ
est.Jesus autẽ iterum clamans voce ma/
gna emisit spũm⸮An forte fatendum est:
tunc quidem fuisse aperta ꝛ quasi prepara
ta in diem tertium : vt ipsa apertione sna
aliquid designarent⸮Quid si prius edu/


cta sunt corpora iuxta illud ezechielis: et adducta in vnum locũ: et post resurrectionem domini a mortuis excitata? Potuit enim deus si voluit et hoc facere qui facit oia quecunqz vult in celo et in terra. Et videtur apertio ista pertinere ad scripturas veteris testamenti: aptio vero monumẽti dominici. quod fuit nouum et excisum de petra: ad scripturam noui testamẽti: quod eo tẽpore cõditum est: et mox aptum: maxime cũ in hoc loco scriptũ sit: qꝫ veluz templi scissum sit a summo vsqz deorsum. Ubi eniz ista duo simul ponuntur templũ. s. et monumentum dñi. Templuz qdem designat testamẽtum vetus: monumentum nouuz. Alias aũt põt accipi pro vtroqz: vtrunqz. Nõ ergo eo die quo velum templi scissuz est a summo vsqz deorsum: et quo monumenta apta sunt: xp̃m quẽ occiderũt impij: iusti clauserũt in monumento: licet et impij hoc ipsum voluerint: sed altera intentione: qꝫ praua: significat profecto ea que geruntur in spũ. Nam et sancti euãgeliste: sepelierũt sub litera veritatẽ que est in spũ: occultando illam ob tutibus impiorũ: et iudei vsqz adhuc occultauerũt et occultant eãdẽ veritatẽ sub eadẽ litera: nequando apiantur oculi eorũ et videant lucem veram que illuminat
Jo. 1. oẽm hominẽ venientem in hunc munduz et spiritalis intellectus quẽ ipsi odiunt ab hystorie tumulo excitatus. Eo itaqz tempore conditum est nouum testamentum quo scripture veteres aperiri ceperunt. Sz tñ et hoc ipsum nõ longe post apiri cepit: et eius interiora patefieri credentibus: qꝫ esse in eo mysticum intellectũ: ab ipso eodẽ tempore quo gesta sunt: et primo sancti apostoli quibus primitie spũs date sunt: et post ipsos multi alij eodez docti spũ perceperũt. Sed quid si mox apertum est testamẽtuz nouũ? Num idcirco xp̃s q latebat in eo mox vt ascẽdit de monumento manifestus apparuit? Nõne manifesta ei⁹ apparitio vsqz ad vesperũ ẽ delata? Quid est aũt vsqz ad vesperũ nisi vsqz ad tẽpus
Jo. 20. sextum? Ergo si de duabus aptionibus simul agitur: liquet qꝫ sexta feria illa scd̃m id quod seruat annuatim ecclesia: dierum quadragesime: finis est: dies vero pasche initiũ festoruz paschalium. Significat autem in intellectu primo apertionẽ veteris testamẽti delatam esse vsqz ad xp̃m. Apertionẽ vero noui nõ sic: sed ab ipso eodem tempore viris spiritalibus propalatã. Uerũtamen et si aptio facta est reuelatio tamẽ resurgẽtis: diu mãsit occulta: et quasi vsqz ad vesperuz: quo finis alicuius temporis designatur dilata. Et hoc qdem secundũ eum intellectũ qui ptinet ad secũdum statum. Ceterum si de illo agitur intellectu qui ptinet ad tertium statũ: scrutari et pensare diligẽter debemus: qꝫ sicut in prefato intellectu dies resurrectionis dominice significat initiũ secũdi status: ita in eo intellectu qui ptinet ad tertium statum initiũ tertij quod erit post finẽ vel potius in finẽ secũdi. Quod aũt nõ mane ipsius diei: sed ad vesperũ reuelatus est xp̃s: significat in fine secundi status: reuelandum esse eũ intellectũ qui pertinet ad eundem secundũ statũ: in fine aũt tertij eum qui ptinet ad tertiũ. Ergo secundum hanc rõnem: intellectus qui pertinuit ad primuz statũ tunc reuelatus est: cũ xp̃s venit in mũdũ intellectus q ptinet ad secũdum circa finẽ secũdi status: intellectus qui pertinet ad tertiũ circa finem ipsius. Porro aptio monumẽti facta est doctoribus secũdi status: ab ipso secũdi status principio: et opz fieri doctorib⁹ tertij a pncipio tertij. Nec putãdum aptionem monumẽti et reuelationẽ domini pro eodem esse accipiẽdum qꝫ aptio monumẽti mane facta est: et ostẽsa discipulis: manifesta vero reuelatio xp̃i vsqz ad vesperũ dilata. Deniqz monumentum apitur: aut velum scindit: nec tñ adhuc dñs qui resurgit: ostẽditur: cũ intelligit quidẽ discipulus veritatis: vacare secũduz se superficiẽ litere et procedere ex ea spiritalem ac viuificũ intellectum: nec tamẽ ad hoc vsqz peruenit: vt ipsaz: sicut est spiritalis intellectus: veritatẽ percipiat. Reuelatur autem alicui: ipse per semetipsum

xp̄s iesus: cum nō solū q̄s intelligit vaca/re literaꝫ: verūetiā ip̄m spiritalē intellectū aut aliter q̄ꝫ est: cordis luminibus intuet. Et q̄ ēt circa mane ipsius diei apparuit idē dn̄s marie magdalene: ⁊ ceteris q̄bus ip̄e voluit: siue referat ad exordiū secundi status: siue ad exordiū tertij: q̄d ait ioānes fui in spū̄ in dn̄ica die: sane ⁊ vniformiter intelligi pōt: q̄ ⁊ tūc fuerūt quidā in spū̄: qui scripturā testamēti veteris spiritaliter intelligerent: ⁊ nunc simili modo erunt q̄dam in spū̄ qui intelligant iuxta hūc in/tellectū: literā testamēti noui. Sequit.

T.14 ¶ Et audiui post me uocē ma/guam tanq̄ tube dicētis. Quod uides scribe in libro: & mitte se ptem ecclesiis que sunt in asia.

¶ Querendū esset cur se vocē quā audi uit sanct⁹ ioānes: post se audisse p̄hibuit? nisi patēs esset ⁊ euidēs cā rōnis. Dum.n. ea legimus in sacra pagina que retro actis tēporibus gesta sunt: ⁊ per ea spiritale ali/quid nr̄o intellectui intus lucere incipit: quasi post dorsa nr̄a vocem spiritalē audi/mus. Est aūt vox: alia parua: alia magna. Parua est que agit de terrenis: magna q̄ loquitur de celestibus. Quocirca: vox ista quam audiuit Joannes: magna est quasi tube: q̄ nequaq̄ꝫ agit de terrenis ⁊ trāsitorijs: ſꝫ magis de celestib⁹ ⁊ mās̄uris:

Misterium tube.



q̄ forma vasis huius quod tam in diuina pagina celebre ac frequens est: vniuerse ec clesie sancte dei: representat mysteriū. Est enim instrumētum ductile lōgum atq̄ꝫ so noꝝ inchoatum quidē ab arcto: ſꝫ in am/amplo productū. Et lōgitudo q̄dez eius tenuis est: exitus amplus: vniuersum ve/ro cōcauum: ⁊ ad cōcrepandū formatuꝫ. Gerit aūt typum predicatoruꝫ ecclesie nō eoꝝ tm̄ qui in xp̄o renati sunt: sed ⁊ eorū qui a seculo sunt p̄phetarum eius: que q̄dez a principio arcta fuit in numero ⁊ oc/culta in voce vsq̄ꝫ ad tēpora p̄phetaruꝫ. Exinde vero largior ⁊ manifestior esse ce pit: hoc ē a diebus osee ⁊ Jsaie vsq̄ꝫ ad io annē baptistam. Jbi deniq̄ꝫ dilatata: ⁊ cō/sumata ē in apostolico choro: vbi ⁊ sonus eorum in modū tube grādis effectus est: vt q̄ temporis plenitudo aduenerat vox occulta supra tectuꝫ veniret: ⁊ que paruo angustabatur populo: in gentium latitu/dinē funderet: completo in eis versiculo illo: quem de doctoribus veritatis: longe ante: psalmista predixerat. Jn oēm terraꝫ exiuit sonus eorum ⁊ in fines orbis terre verba eorum. Ps.18. Sane distinctionem illam quā a diebus p̄phetarum prenotauimus nodus ille tube designat: a quo tuba dila/tari ⁊ grādescere incipit. Sicut.n. a nodo tuba maior efficit: ita a dieb⁹ ozie vbi no/dus quidam insertionis factus est: ad no uum initiādum testamētum: ⁊ precones xp̄i multiplicari ceperunt ⁊ vox illorum plenius ad aures populoruꝫ deuenit. Ta/lem ergo vocem audiuit ioānes: nō par/uam que celanda esset in paucis: sed ma/gnam: publicā ⁊ manifestā: ⁊ que egressa a iudeoꝝ finibus: ad gentiū plenitudinē p̄/ueniret. Quod tn̄ ⁊ de vltima p̄dicatiōe q̄ erit in p̄ximo: itelligi pōt: de qua i p̄so/na ioānis ordini q̄ē ioānes ipse d̄signat: in sexto angelo tubis canētium: dictū est. Oportet te iterum p̄phetare: populis ⁊ gentibus: ⁊ linguis ⁊ regibus multis. Ap.10. Et hec q̄dē vt dicta sunt: ita nō incongrue ac cipi possunt: q̄ꝫuis sit aliud magis p̄priū quod valeat tube noīe designari. Scim⁹ q̄ sonum tube duo pariter operantur: tu ba.s. atq̄ꝫ flatus. Et q̄d per tubam que vi sibilis est: nisi superficies litere: que quodā/modo cuꝫ legitur in libro videtur: aut q̄d per flatum qui inuisibilis est: ⁊ tamē emis/sus per tubam terribiliter sonat: nisi spiri/

talis

talis intellectus:qui tã magna mala mi/
natur reprobis:tam ingẽtia bona pollicet
electis? Unde ꝛ mox subditur. Quod vi/
des.scribe in libro:ꝛ mitte septẽ ecclesijs
que sunt in asia. Quod septem ecclesie q/
bus scribit ioãnes in asia esse phibentur:
licet eo modo quo superius dictũ est intel
ligi queat:põt tamen ꝛ in bonam partem
elatio accipi:quemadmodum ꝛ superbia
Esa.6. iuxta illud Ysaie pphete. Dicetur vobis
fortitudinem gentiũ comedetis:ꝛ in glo
riam eorum supbietis. Quod aũt vident
sancti scribunt in libro:qꝛ quicquid medi
tãdo intelligunt:in libro cordis humani:
lingue sue calamo imprimendo reponũt.
Mittũt autem illud septem ecclesijs que
sunt in asia:qꝛ per eos qui verba dei viua
cius retinere sufficiunt ad vniuersas ele/
ctoꝝ progenies:que in septẽ illis ecclesijs
designate sunt:ac si per epistolam delega/
2.cor.3. tur. In tali se ostendebat libro scriptitare
apostolus:qñ his quibus commiserat ver
bũ dei:loquebatur dicẽs. Epistola nostra
vos estis scripta in cordibus vestris q̃ sci/
tur ꝛ legit ab oibus hoibus:manifestata:
qꝛ epistola estis xpi ministrata a nobis : ꝛ
scripta nõ attramẽto:sed spũ dei viui : nõ
in tabulis lapideis : sed in tabulis cordis
carnalibus. In tali libro scribebat Moy/
ses verba legis vt mitteret ea filijs israel:
qñ secretius loquebat aaron fratri suo:vt
ea ipse qui erat eloquẽs.vniuerse multitu
dini enarraret. Quod ergo vident sancti
scribunt in libro:ꝛ mittunt septẽ ecclesijs
que sunt in asia:qꝛ illis septem ordinibus
archanuꝫ quod intus penetrant sacramẽ
tum exponunt:qui in septeꝫ infrascriptis
ecclesijs que erant in asia designãtur. Pro
eo nãqꝫ qꝫ nomina ipsa operibus singulo/
rum ordinum specialiter inquisita respon
dent:ab eoꝝ expressione auctor tacere no
luit:sed dicens. Quod vides:scribe in li/
bro ꝛ mitte septem ecclesijs q̃ sunt in asia:
protinus adiecit ꝛ ait.

T.15 ¶ Epheso:smyrne : pergamo:
tyathire:sardis: phyladelphie:
& laoditie.

¶ Interpretat autem ephesum lapsus:
Smyrna:myrra:pergamũ diuidens cor/
nua:Tyathira illuminata. Sardis princi
piũ pulchritudinis: philadelphia saluãs
hereditatẽ:laodicia vomitus :siue tribus
amabilis. De ꝛ huiusmodi iterptatiões
noium:singulis ordinibus sigillatim ꝯue
niũt. Qualiter aũt eis ꝯueniãt:nunc qui/
dẽ prosequi:supsedeo:vt cũ ad sua loca ve
nerimus:fructuosius explicemus:seqtur.

¶ Et conuersus sum ut uiderem T.16
uocem que loquebatur mecũ:
& conuersus uidi septem cande
labra aurea.

¶ Uox plata non patet oculis:sed auri/
bus audit:vox aũt q̃ sine vocis strepitu i
cordiuꝫ humanoꝝ penetralibus resonat:
a spiritalibus mẽtis oculis:ꝛ cernit ꝛ au/
ditur. Quãuis qꝛ vocis noie pdicator ali
quis intelligi solet:nõ incõgrue p vocem
istam angelũ ipm qui hec loquitur:beatũ
s. Joannem intelligere possumus : quẽ q/
dem qui psentes erãt audire nõ poterãt:
nos aũt qui pro cursu tẽporis in anteriori
bus sumus eo modo illũ audire ꝛ sentire
cõcedimur:quo ea que iudeorũ populus
spũaliter audire non poterat:xpianus in
aduẽtu xpi audiuit ꝛ intellexit. Cõuerti/
mur aũt vt videamus vocẽ que loquitur
nobiscum:qꝛ dum parũ quid de sacra scri/
ptura gratia illustrati percipimus:mox i/
uitati a ianitore:ad studiũ cõuertimur le/
ctionis:vt ea que supra nos sunt contem
plari possimus. Et que sunt illa? Septem
cãdelabra aurea ꝛ septem stellas ꝛ euꝫ qui
habet septẽ stellas in dextera sua:ꝛ ambu
lat in medio septẽ candelabroꝝ aureoꝛuꝫ:
xpm:vꝫ:ꝛ mẽbra sua pro qbus facta sunt
oia que in mundo sunt:celum.s.ꝛ mare ꝛ
arida:ꝛ qcquid celi ambitu continetur.
Si ergo vocẽ istã audimus:multũ est qd
videre cõcedimur:qñ qdem p eã illud vi
demus:pp qd visibilia oia ꝛ iuisibilia fa/
cta sunt:itelligẽtes opa ꝛ opificẽ:domũ:ꝛ

cōditorem ipsius differentias māsionum τ euz qui sctificat τ letificat illas. Oia gp pe magna opa dei: q̄ a primo aduētu dñi vsq3 ad vltimuz futura erant: scripta sunt sub occulto enigmate in volumine isto: ita vt ad scie plenitudinem sufficere posse credendum sit. Siquis vocis huius archana penetrare sufficiat. Et cōuersus (inqt) vidi septē cādelabra aurea. Quod in moyse p vnū candelabruz: hic in p̄senti loco p septem candelabra figurat. Nec mirū: habet. n. vnaqueq3 ecclesiarū septez ordines istos de quibus in suis locis agetur: q̄zuis ad questionis huius nodū sufficienter soluēdum: sufficiat simplex causa rōnis: quādo quidem candelabrū illud hastile: vnū septem autem calamos habuisse legatur: ita vt ad septē lucernas cōtinēdas vnum ipsum sufficeret: ista vera dum tale aliqd de ipsis nō dicitur nequaq3 vt illud multiplicia: sed simplicia magis fore creduntur. Aurea vero esse dicunt: q2 pura sunt corda iustoꝝ que sibi ad inhabitādū xp̄s: gratie sanctificat largitate. Abhorret eniz omne falsum qui dei veritas est: abhorret omne fictuz qui simplicis genitoris est filius. Habitat autem inter illa: sicut consequenter ostenditur.

T.17 ¶ Et in medio septem candelabrorum aureorum similē filio hominis uestitum podere.

¶ Sed quid sibi voluisse dicimus: q vnigenitus dei filius: quem ioānes in maiestate conspicit: nequaq3 filius hois: sed similis filio hois esse dicit: nisi q2 tāta (positus in regno diuinitatis sue) p̄eminet claritate: tanta maiestatis gloria sup angelos fulget: q quōdam ꝓpter hoies ab angelis extiterat minoratus: vt sicut in eo aliquādo diuinitatis sue gloriam occultabat humanitas: ita nūc humanitatis eiꝰ abiectio exinanita a maiestatis sue gloria: τ a splendore summe lucis: velut absorta esse videatur? Ut enim aliqn̄ semetipsuz exinaniuit Phi. 2 formā serui accipiēs: ita nūc forma ipa seruilis a maiestate glorie exinanita est: vt nihil in eo suspitionis remaneat: quo verus dei filius minus esse credat. Unde τ per apostolum dicit. Et si cognouimus xp̄m scōm carnē: sed nūc iā nō nouimus. Potest tñ imo τ d3 alio mō itelligi: cur nō ait filium hois: s3 similē filio hois. Loquens apostolus de corpore xp̄i: q̄d est ecclesia: q̄ sumus nos: post multa q̄ de mēbris singulis spāliter dixerat: adiecit τ ait. Donec occurramus oēs in virū p̄fectū: in mēsura etatis plenitudinis xp̄i. Si ergo membra xp̄i q̄ describunt a paulo. nō simpliciter illa mēbra itelligēda sunt: cū qbus natus est ꝓ nobis de virgine: sed agmina iustoꝝ hoiuz: q̄ in tenebris eius carnalibus designant. Liquet q is quē ioānes vidit in spū: nō ip̄e simpliciter filius hois itelligēdus est: sed ille quē ipse filius hois in humilitate designat: ipse: v3: xp̄s iesus: q caput est oium cuz mēbris suis: ac p hoc nō ipse solus: sed ipse cū mēbris suis hoc est: simul caput τ membra. Qui bn̄ quoq3 vestitus podere esse phibet: q2 τ ipse pro nobis carnē iduit: factus caro: τ nos eandē carnē ineffabili sacro accipiētes eodez nouo hoie induti sumus: nimirū: q2 ip̄e ē iustitia nostra de qua τ legit. Sacerdotes tui induant iustitiā. In poderis ergo iduměto caro eius virginea designat: in q̄ ꝓ mūdi salute sacerdos factus est in eternū: vt q se semel ꝓ nobis obtulit: sacrificiū ꝓ pctō in viuēte ac resurgēte corpe eternuz ꝓ nobis offerat sacrificiū laudū: q dignū eē deo sacrificiuz: docet deus ipse q dicit. Sacrificiū laudis honorificabit me: sitq3 iuxta ioānis huiꝰ in epistola sua vocē: aduocatus noster apud p̄rez: τ ꝓpitiatio ꝓ pctis nr̄is. Genus hoc vestimēti: tunica linea esse dr̄: qua solis sacerdotibus filijs aarō (de quoꝝ stirpe ex parte vna: natus ē xp̄s) vti licitū erat: in typo haud dubium sacerdotis eiusdē de quo in libro psalmoꝝ dr̄. Jurauit dominus τ non penitebit eū: tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Sequitur.

¶ Et precinctum ad mamillas zona aurea. T.18

Marginal notes: 2. cor. 5 | ephe. 4 | ps. 131 | ps. 109

¶ Precicīo zōe auree ad mamillas: iter
ne custodiā castitatis designat q̄ mēs spūa
lis viri strīgēda ē: ne hāc luxurie fluxus p
imūdas ꝛ illicitas cogitationes dissoluat.
Ad hoc.n.ꝑcessit caput vt sequanꝰ mem/
Jo.15. bra. Est aūt possibile si ab ipso cū fiducia
postulaꝰ: q dicit. Sine me nō potestis face
re qcq̄z. Talē (inqt apostolus) hr̄e nos de
cebat sacerdotē q esset inocens: ipollutus
Heb.7 ꝛ segregatus a pctōribus. Talē inqt ꝛ taz
decorū: qui ꝛ corpus possideret virgineū
ꝛ interne corruptionis macule feditatem
nesciret: sicut inter multa q̄ cenātibꝰ apo/
stolis locutus est: sibi ipsi: sicut veritas q̄
ipse est testimoniū phibuit dicēs. Uenit
n. pnceps mūdi huius ꝛ in me nō hꝫ qc/
Jo.14. q̄z. Sꝫ hoc sicut iā diximus: nō tā pp ipꝫ
q̄z pp nos scripta sūt: vt q̄lis debeat eē vi
ta sacerdotis: nō eiꝰ dico: q iuxta vocē p/
phe: i a rūi exterius datus ē: vt māducet
ibi pctā populi: sꝫ eiꝰ q iuxta ipꝫ ad iterio
Osee.4. ra pducīꝰ: vt degustet q̄z suauis ē dn̄s: exē
plo magis tacite ondereꝰ q̄z verbis. Sciē
dū vō duplicē eē custodiā castitatis: quaꝝ
altera: in zona xp̄i designata ē: nimiꝝ qꝛ ꝛ
ioānes baptista zonā habuisse describitur.
Uterq̄z ergo hūit zonā: ꝛ minister ꝛ dn̄s
sed ille pelliceā: iste aureā: ille circa lūbos:
iste ad mamillas. Simili mō vterq̄z mel
comedisse legiꝰ: sꝫ ioānes siluestre xp̄s do/
mesticū. Qd̄ bn̄ tacite itelligiꝰ: dum nō si
cut ꝛ illud siluestre fuisse memoraꝰ. Sed
nec alterius dissimilitudo vacare a myste
rijs credēda ē: cū vtiq̄z locustas: ille: iste pi
scē assuꝫ comedisse legaꝰ. Si ad tpa iudeo
rū ꝛ gētiū: zonaꝝ escarūq̄z distātiā referē/
dā ducimus: patēs ē cā rōnis. Moꝰ qppe
terrena iustitia exinanitur ꝛ deficit: vbi ce
lestis iustitia reuelatur. Sꝫ ꝛ magnus ille
moyses abscōdit faciē suā: vbi facie reuela
ta loquiꝰ q de celo descēdit. Uñ ꝛ ioānes
ipse cuius iter natos mulierū: maior non
fuit: sciēs creditā sibi dispēsationē myste/
rij ꝛ qꝫ ipse iustitiā legis que de terra est:
christus autem spiritalē iustitiā: que de ce
Jo.5. lo est: designaret. Qui de terra est (in/
quit) ꝛ de terra loquitur: qui autem de
celo venit sup oēs est. In ioānis ergo zo/
na vel esca: iustitia testi veteris designata
est. In zona siue esca xp̄i iesu: iustitia testi
noui q̄ de celo descēdit: q̄zuis in eisdeꝫ re
bus duas vitas ecclesie assignare possimꝰ
actiuā. s. ꝛ cōtemplatiuā quarū vna q̄ ꝑce
dit tpe meritis impar est: altera q̄ sequiꝰ:
dignitate ꝑferꝰ. Quātecūq̄z. n. ioānes ꝑfe
ctiōis fuerit: cōpatus tn̄ xp̄o: impfectꝰ ap
paret. Et iō cūcta eiꝰ mysteria impfectio/
nē demonstrāt. Infirmoꝝ est ergo hr̄e zo
nā circa lūbos pelliceā: q̄ vtinā nō deesset
illis: qbus dr̄: Sint lūbi vestri ꝑcincti: p
fectoꝝ aūt oium ꝛ maxie monachoꝝ: ha/
bere zonas aureas ad mamillas: qꝛ illis ali
quid. est: si corpus ipollutū custodiūt: istis
pene nihil: nisi habeāt ꝛ mūditiā cordis.
Sufficit illis cibus locuste: q rarā ꝛ inter
pellatā lectionē designat: istis necessaria ē
iugis lectio quā significat piscis: vtiq̄z si/
cut aīal nutritū in aqs. Recte aūt in locu
sta iterpollata lectio: aut meditatio: in pi/
sce ꝯtinua designaꝰ: qꝛ ille eleuatus a terra Lu.11.
mox cadēs deficit in volatu: iste aq̄s ma/
ris isatigabiliter puolat. Mel quoq̄z silue
stre qualēcūq̄z in diuinis cultibus delecta
tionē designat: mel aūt domesticuꝫ: nō q̄/
lemcunq̄z: sed perfectam ꝛ integram: ni/
mirum quia ille solus intelligit: quam
magna sit multitudo dulcedinis dei sui:
qui se per excessum mentis deserit: ꝛ spre Ps.50.
tis omnibus que mundi sunt: sola cele/
stia concupiscit. Bene autem duo ista vel
illa pariter iuncta sunt: locusta. s. ꝛ mel sil
uestre: seu etiam piscis ꝛ fauus mellis: qꝛ
due sunt speciales intelligentie circa quas
fidelis anima occupari debet. Sciētia sci/
licet exteriorum que infra est: ꝛ sapientia
interiorum: que desursum est: ꝛ que velu/
ti ros mellifluus de supernis descendit.
Horum primum specialiter spectat ad fi/
lium qui carnem accipere dignatus est.
Secundum ad spiritum sanctuꝫ qui hoc
non fecit. Sed in die penthecostes facto
repente de celo sono descendit super eos
qui habitabant in vnum. Re vera si/
cut vnguentum de capite quod de//

scendit in barbã: barbã aaron: & sicut ros hermon qui descendit in montem syon. Quare aut primum ad filium qui ꝓprie dictus est sapientia patris? Dictũ est: propter assumptã formã mortalitatis nostre vbicũqȝ simul ponunt duo talia: quorum alterum altero maior sit: quod minus est & despectius: refertur ad xp̄m qui habet in seipso cui possit referri. Quod dignius & clarius: ad spũm sanctũ. Unde est illud.
Ma.12 Quicunqȝ dixerit verbũ cõtra filium hominis remittet ei. Qui autem dixerit contra spũm sanctum: nõ remittetur ei: neqȝ in hoc seculo neqȝ in futuro: Nõ eniȝ põt
Jo.16. ob hoc filius putari minor: i hoc ꝙ deus est: cum dicat ipse de spũ sancto. Ipse me clarificabit: qȝ de meo accipiet. Sȝ plane hoc de ipso spũ putari posset: si ipẽ magis q̃ȝ filius humanam substantiã accepisset. Eo enim ipso spũs sanctus minor esse filio putaretur: quo dicere ipse non posset de filio qd põt ipse filius dicere de spiritu sancto. Ille me clarificabit qȝ de meo accipiet. Quare autem non posset hoc dicere
Jo.7. spũs sanctus? Quia veritas est & omnis vt ait dominus qui querit gloriam eius qui misit illum: hic verax est. Neqȝ enim filius de substantia spũs sancti: sed potius de substãtia patris spiritus sanctus de substãtia patris & filij. Quia vero sic est de patris filijqȝ substãtia: vt tamẽ minor eis nõ sit placuit filio accipere sibi in mysterijs: partem inferiorẽ: non tñ vbiqȝ: sed alicubi: nec vt ipse putetur minor: qd esset ipsi spũi derogari: si a se minore, ipse procederet: sed vt ipse eidem filio equalis esse credat. Prefert quoqȝ piscis: locuste & ꝑtio & mysterio: qȝ locusta i sola terra residet: qd est inferius elementum: & vix nisi coactus paululum a terra semotus: mox iterum sessurus consurgit: & hoc ip̄m in arido: & non in aqua. Qui enim aut sanctarũ scripturarũ notitiam: aut legẽdi consuetudinem nõ habent: terrenis desiderijs vehemẽter incũbunt: & si quãdo compellũtur surgere: diu in alto stare non p̄nt: qȝ q̃ eos in alto sustineat assiduitatem scripturarũ

nõ habẽt. Eodem modo & in zonis: maxima distantia est. Quod.n. inter zonas pelliceas: & zonas aureas interest: hoc differt inter corporis castitatem & mentis. Ibi.n. exterior hic interior homo: a carnalibus illecebris custoditur imunis. Ibi cum adiutorio dei liberum opatur arbitrium: hic operator est ipse deus: qui creator est omnium: zona ergo aurea: virtus est interne mũditie: firmũ & incõcussum castitatis ꝓpositum sp̄alis. Dissimilis est autem huic zona pollicea: in perseuerantia: in colore: in pretio. Illa enim cito deficit & in breui consumitur vetustate: hec in nouitate sui cõseruatur diutius: qȝ aurũ nature imputribilis est. Illa deformis & vilis est: hec inter pretiosa mundi: carioris est pretij. Sic quãtacũqȝ sit corporalis iustitia: cõparata sp̄uali: vilescit qȝ põt carere sp̄uali: q gloriat imunditia carnis: nõ põt nõ habere corporeã: qui gaudet animi castitate. Si autem qui custodiẽs initialia bona: ad ea que ante sunt ꝓ viribus in ardescit: si prius egredit de hac luce: q̃ȝ ꝑueniat ad id quo tendit: desperandũ nõ est: qȝ quod in hac vita non accepit: consequetur in altera. Pro eo nãqȝ assumpto itinere non respexit retro: & quantũ in se fuit: nõ substitit: sed festine perrexit: querens imperfectus accipere qd perfectorũ est & adhuc grauatus mole carnis: perfectionis sue tẽpora preuenire iustus est & bonus deus qui suscipiat illum: cuius est ꝓpriũ nõ tam opa acceptare q̃ȝ fidẽ. Qui vero sic in corpore militat vt gressum figat: sufficere sibi posse existimans ꝙ carne sola continens est: paruipendens spiritualem iustitiam: & munditiam cordis: stultus est: quia & illud quod perpetuum est: percipere non est dignus: & illud necesse est vt amittat in quo inaniter gloriatur. Corporalis ergo exercitatio admodicũ vtilis est: spiritalis ad oia ꝓmissionẽ h̃ns vite eius q̃ nũc est & future. Nõ.n. ait dñs. Beati q corpore Mat.5
mũdi sunt: sȝ beati mundo corde: qm̃ ipsi deum videbũt. In pelle ergo splẽdor non est: in auro est: qȝ illis deum suum videre

conceditur:qui zonis aureis circa pectora muniuntur:qui fulgore sapiẽtie qua pascũtur:ad celestia cõtẽplanda ꝛ seruanda trahuntur:ꝛ quasi potestate regia:inmundas a seipsis cogitationes abijciunt. Si ergo de pretio zonarũ agit:patet causa quãdo quidez zona pellicea sola necessitate quis vtitur: zona vero aurea voluntate:quia aliud est timore pene corporali resistere passioni:aliud amore glorie propositũz spiritalis munditie totis mentis nisibus diligenter amplecti. Ut autem hoc a fortiviro virilis quippe fortitudo necessaria est: viriliter ac strenue seruari queant necesse est, vt mens eius:sanctis ꝛ deo dignis meditationibus implicet. Alioquin vt ruat: necesse est:qui abraso interiori capite:fortiter se posse agere:ꝛ in voto stare presumit.
iudi.16
Quid est abraso capite:ꝛ ad qd dixi? Abraso capite:cõtra luxuriã belluz agere: est sine scãrũz meditatione scripturarum ꝓ posituũ castitatis interne:quod non parui est laboris:assumere. Hoc nec idiota ipse facere preualet:cui donum istud concedit vel ex parte:qꝫ ꝛ si legere elementa muta nõ nouit:illud tñ quod a doctoribus audit:secum indefinẽter ꝛ tacite ruminare non cessat.

Sanson

De ruina Sansonis.

Ut autem abrasi capitis mẽtionẽ facerez: triste me Sansonis mysterium: sed satis necessarium exempli causa prouocauit ad hoc. In cuius qdem capite consecrato domino:septem crines fuisse leguntur:in qbus cũ esset nazareus dñi:in typo cuiuscũqꝫ fidelis qui ex proposito cõtinẽter viuit:spũs dñi quiescebat:a cuius cõspectu rumpebantur vincula fugabantur hostes ꝛ pro nihilo ducebantur emulorum insidie.
iudi.16
Ubi autem crines abrasi sunt:recedente a se spũ:superatus est miles: qꝛ sicut ceteri hoĩuz ĩfirmus effectus ẽ. Nõ aũt hec scripta sunt vt in eisdẽ capillis spũs fortitudinis fuisse credatur:aut qꝫ spũs inuisibilis: in rebꝰ ĩsensibilibꝰ delectet:sed qꝛ ille in eisdem crinibus designabant virtutes:in qbus spũs sancti gratia a mẽtibus percipitur ꝛ sentitur humanis. In septem ꝛ eniz crinibus:septẽ virtutes animi que nobis in natura donate sunt designantur:in quibus ac si in cereis vasis mella:septem dona spũs requiescunt:sine quibus forte aliquid agere:fragilitas humana nõ potest. Que recte quoqꝫ:nõ capillis:sꝫ crinibus assimilata sunt:qꝛ tam multiplex est:ꝛ qsi permixta singulorum assertio:tam multa de singulis meditantibus sup ipsis occurrit:vt ea vix lingua exprimere: vix calamus scribere cõprehẽdere queat. Caput ergo Sansonis cõsecratum dño:animum cõtinentis designat:qui dum bona naturalia gratis ꝛ ipsa data custodit:dona spiritus sancti:quasi bonus hospes hereditat. Impugnatus est sanson a femina meretrice:impugnatur ꝛ hic quottidie a carne peccati in massa vtiqꝫ peccatrice: ꝛ in primo quõdam peccatore:ꝛ iustitie desertore corrupta. Quippe qꝛ ꝛ si debituz eterne mortis in baptismate soluit:non illico tamen a penis omnibus ꝛ luxurie stimulis homo morti obnoxius liberatur: quia adhuc caro concupiscit aduersus spiritum: ꝛ spiritus aduersus carnem. Datur primo gratia vt bonum velimus: deinde vt possimus quod volumus: ꝛ tamẽ importuna eua a serpente seducta stimulare viri animum ꝛ blanditijs impugnare nõ cessat. Et primo quidem suggestione preuenit occupãs animuz cogitationibus vanis:simplicibus tamẽ ꝛ quasi sine dolo ꝛ nec dum inhonestum aut impuruz:aut indecens aliquid ostendẽtibus:veluti si occurrat aio cogitare de muliere qꝫ pulchra sit in simplici corde:ꝛ nec tamen duz tale aliquid quod delectet:aut quod turpes motus excitet suspicãti. Hec sunt prima Sansonis vincula:hec prima mulieris impie deuitanda ligamina Deuitãda sunt inqꝫ:hec ligamina:ꝛ si cito ꝛ facillime rumpi queant:ne forte insolescat mulier ꝛ maiora presumat. Secundo si negliguntur prima:apponuntur secunda:tãto deteriora prioribus: quan o per ea rigor animi eneruatus mollescit. Sane suggestionẽ simplicem immunda cogitatio co

Gal.5.

Sãsonis prima vincula.

mitatur. Que si sola cũ illa est: inficit qui
dem: sed non proficit: q2 fortis adhuc ani-
mus minatur femine ⁊ eius execrãdis pre
cibus viriliter contradicit. Rũpunt ergo
⁊ hec vincula: q2 adhuc p̃lianti militi for
Tertia vincula titudo spiritalis assistit. Si autem demul
centi se femine: vir miser assentit: si carna-
li delectationi mollis ⁊ fessus animus co-
pulatur: si imunde titillationi non solum:
non resistit sed annuit: iam tunc cum quo
dam litio capilli plectuntur ⁊ eisdem cir
cũligatus: clauus solo infigitur mẽtis ter
rene: q2 pmixtis bonis cogitationibus cũ
malis: clauus quidam concupiscentie in
terrena illa anima radicem figit: quã nisi
prius eduxerit annisu quo preualet: agere
iam fortiter: vt pro primo ⁊ secundo non
põt: q2 veluti lesis crinibus cogitationum
sanctaꝝ: ex parte: illi spũs: non ex toto assi
stit. Unde ⁊ in premissis duabus pugnis
a principio excitato a somno describit spi
ritus affuisse: hic nõ a pricipio: sed postq̃
Quarta vicula a terre viscere clauus eductus ẽ. Sane in
quarto bello: non iam crines capitis per-
plexi litio: sed abrasi legunt: propter quod
⁊ stare nõ potuit. Cum. n. vsq3 adeo preua
let delectatio praua vt ex corde dormien-
tis militis: sanctas ⁊ deo dignas cogitatio
nes excludat: cecatur miser a philisteis ⁊
portatur in gazam: priuatur libertate ar-
bitrij: vt iam non ei liceat quod libet: q2
presto sunt qui rapiãt: ⁊ presto non est qui
eripiat. Quia vero triste Sansonis myste
rium in typo miserorum editum occasio-
ne capilloꝝ ipsius exponendum assumpsi
mus: vt q̃ timenda sit ruina viris perfe-
ctis: corporalis ille casus Sansonis terri-
biliter moueat: libet amodo cu3 letitia ad
nouum nostrũ Sansonem: cuius caput ⁊
capilli candidi sunt: mentis gressibus re
dire: ⁊ eius triumphalem gloriam in exẽ-
plum accipere. Nam sequitur.

C. 19 ¶ Caput uero eius & capilli
erant candidi tãquam lana alba
& sicut nix.

¶ Quare caput eius ⁊ capilli albi esse di
cunt? nisi q2 sanctus est ⁊ innocẽs vnigeni
tus dei: q ẽ caput eccl̃ie: vtpote ex quo oĩa
membra corporalis eius totius vnda san-
ctitatis perfusa sunt: cuius cogitationes
munde sunt: ⁊ iudicia vera iustificata in se
metipsa. Unde ⁊ ex psona dei patris p p ps. 18.
phetaz dicitur. Non. n. vie mee vie vestre
neq3 cogitationes mee: cogitatiões vestre
q2 sicut exaltati sunt celi a terra: ita exalta Esa. 55
te sunt vie mee a vijs vestris ⁊ cogitatio-
nes mee a cogitationibus vestris. Tanq̃
lana alba: inquit ⁊ tanq̃ nix. Sunt que-
dam naturaliter: quedam accidẽtaliter al
ba. Naturaliter: vt lana alba ⁊ nix: accidẽ
taliter: vt paries dealbatus. Q2 ergo deus
omnipotens: naturaliter iustus est: homo
accidẽtaliter: dicens capillos dñi esse can
didos: naturalem albedinem in exemplũ
accepit: vt naturaliter deus omnipotens
iustus esse credat: non accidentaliter sicut
homo. Quippe q2 ⁊ si homo xp̃s ẽ: nemo
tamen summe bonus nisi solus deus: pa-
ter vtiq3 ⁊ filius ⁊ spũs sanctus: sola ipsa
trinitas vnus deus. Qd̃ si septem crines
Sãsonis: virtutes naturales vniuscuiusq3
nostrũ designant, quid per capillos xp̃i: q
albi sunt nisi dona spũs sancti itelligim⁹?
Aut si ad eius humanitatem referendum
est: quicqd exempli causa in hoc loco de-
scribitur ⁊ nequaq̃ maiestati diuine: que
admiranda est: potius q̃ imitãda: sed hu
mane potius est ascribẽdu3 nature in qua
nobis dux itineris factus ẽ: nihilominus
tñ iustitia eius lane albe aut niui similis
esse phibetur: q2 non ex bonitate cõmuta
bilis nature: sed ex virtute incommutabi
lis deitatis actum est: vt tanta illa perfe-
ctio spiritalis iustitie inseparabiliter esset
in eo: apostolo attestante qui dicit. Factus
est primus Adam in animam viuentem: I. cor. 15
secundus Adam in spũm viuificantẽ. Et
iterum primus homo de terra: terrenus:
secundus homo de celo celestis. Quod si
potius naturales virtutes: q̃ spiritales
gratie in capillis ipsius candidis accipien
de sunt: liquet q eisdem mediantibus in
eo dona spiritus requiescunt: sicut iam lõ

Esa.11. ge antea: sanctus predixerat Isaias. Egre
dietur virga de radice iesse: ⁊ flos de radi
ce eius ascēdet: ⁊ requiescet sup eum spūs
domini: spūs sapientie ⁊ intellectus: spūs
consilij ⁊ fortitudinis: spūs sciētie ⁊ pieta
tis ⁊ requiescet sup eum spūs timoris do/
mini. Quocirca vigilanter pensandū est:
ꝙ sicut ad imaginem dei creata aia: trini/
tatis que deus est: similitudinem gerit:
ita septem virtutes naturales que in ipsa
sunt: septem donorum spiritus sancti ima
Jo.14. ginem tenēnt. Ut eniz trinitas deus: ani
mam iusti viri presidendo inhabitat: ita
septem dona spiritus in naturalibus vir/
tutibus anime vt similes in similibus re
quiescunt: sequitur.

L.20 ❡Et oculi eius uelut flamma
ignis & pedes ei⁹ similes aurical
co sicut ī fornace ignis ardētis.

❡Si Sanson amissis crinibus: etiaz lu/
mina perdidit: ꝯsequens est: vt noster Sā
son: cuius caput ⁊ capilli cādidi sunt ocu
los habeat sicut flāmam ignis. In oculis:
contēplatiua vita: in pedibus gressus ope
ris designatur. In vtraqꝫ ergo vita xp̄i:
igne spūs sancti accensa est: q̄ non solum
in illis membris gratia spiritus sancti dif/
fusa est: que ad otiuz ⁊ quietē vocata sunt
vt in conspectu dei sui contemplādo assi
stant: verumetiam ⁊ in illis qui exteriori
bus ministerijs deputant: q̄zuis tanta in
ter vtranqꝫ vitam differentia sit: q̄zta in/
ter pedes auricalco similes in camino ar/
denti: ⁊ oculos similes flāme ignis. Sicut
eniz aliud est: esse simile flāme ignis: aliud
esse simile rei manenti in igne: ita aliter
actiue vite: aliter contemplatiue spūs san
cti gratia presto est. Sicut aliter in cor/
pore iusti aliter in anima que spūs est: in
circūscriptus idem spiritus (qui deus est
1.cor.6. ⁊ charitas) requiescit. Licet enim iustoruz
corpora: templa sint spūs sancti: nō tamē
corpora deum sciunt: sed anime quia sicut
animabus corpora: ita iuxta illud sancti
pape Georgij: nō rez similem: sed dissimi/
lem dico animas electorum hominum:

spiritus omnipotentis dei infundendo vi
uificat. Sunt ergo oculi Christi velut flā
ma ignis: pedes vero eius similes aurical
co: sicut in fornace ignis ardentis: quia ⁊
hi qui donāte ipso: gratiā cōtemplandi ꝑ
cipiūt: lumine sapiētie perfusi ⁊ igne cha/
ritatis accensi sunt: ⁊ hi qui per eundem
spūm: donuz patiētie perceperunt: per in
numeras afflictiones quas patiendo susti
nent: ac si aurū in fornace puriores fiunt.
Quia vero sunt nōnulli qui ad vitam cō/
templatiuam hanelant: atqꝫ hoc non ex
charitate sꝫ ex vanitate procedit: quod est Leu.21
iuxta moysen albuginem habere in ocu/
lo: qualis debeat esse intētionis oculus: ⁊
q̄z flāmeus visus eoꝝ qui ad hanc gratiaz
domino inuitante festināt: exemplo ocu/
loꝝ xp̄i demonstratur cum dicit. Et ocu
li eius sicut flāma ignis. Sꝫ ⁊ vite actiue
probatio in tēptatione est: sicut per quen/
dā sapientem dicitur. Uasa figuli probat Ecc.27
fornax: ⁊ homines iustos temptatio tri/
bulationis: Unde ⁊ ꝑ apostolum dicitur. 1.cor.3.
Uniuscuiusqꝫ opus quale sit ignis proba
bit. Et hoc quare? Quia nonnulli dum
de opere suo quod faciunt: inaniter glo/
riantur: nequaq̄z aurum: aut argentum
aut lapides pretiosos superedificant: sed
ligna: ferrum: stipulam: que diu sta/
re nō possunt: ideoqꝫ i camino futuro exa
minandi sunt: qui ex hac vita sine flagel/
lo: nec tamen sine causa flagelli transie/ Heb.12
runt. Ad iustum ⁊ enim spectat iudiciuz
(vt qui non pepercit innocenti vnico) fla
gellet omnem quem recipit: flagellis ob
noxium adoptiuum. Hoc ergo modo
pedes Christi in camino tribulationis
examinati refulgent: ꝙ tamen vt pati
valeant: non aliunde habent: quam de
celi virtute. Ut enim ex se anima nihil
habet: ita ⁊ siqua illi bona naturalia da
ta sunt: ac si extincte lampades egent
lumine: vt per ignem sancti spiritus qui
de celo descendit: ignem qui examinat
tollerare sufficiat. Unde eniz credit ignē
illū sustinere potuisse Laurentius nisi ex
igne spūs sancti: qui eius interiora reple/

uerat? De quo nimiruȝ igne in cāticis cā
ticorum dicitur. Fortis est vt mors dile/
Cāti.8. ctio. Dura sicut inferus emulatio: lampa/
des eius: lampades ignis atqȝ flāmarum:
aque multe non potuerūt extinguere cha
ritatem: neqȝ flumina obruerent illā. Hic
itaqȝ ignis est: qui supat igneȝ: sicut in tri
bulatione posita per vocē Hieremie loq/
tur ecclesia dicens. De excelso misit ignē
in ossibus meis ⁊ erudiuit me. De excel/
so quippe mittit dn̄s ignem in ossibus ec
clesie ⁊ erudit illam: q̄r que posita in pace
plerunqȝ leuitatibus inseruit nolens se
ipsam erudire ⁊ digna castigatione afflige
re: vt apprehendere: vel coacta: queat di/
sciplinam iustitie: iusto dei iudicio flagel/
latur. Quasi enim de celo ignis mittitur
a d erudiendā ecclesiam: cum is qui ꝓ mo
do culpe delinquentem flagellat: pro mo/
do flagelloꝝ patientiam celitus admini/
strat. Siue ergo cum petro sequimur do/
minum: siue cuȝ ioanne contēplationi va
camus: siue inq̄ȝ illaȝ vitam tenemus que
corpori xp̄i ascribit̄ designata in pedibus:
siue illam que oculis mentis eius magis
cōgruit cuius proprie oculus qui lumen
est corporis: similitudineȝ gerit: q̄m deus
quem cōtemplatur animus: vtiqȝ lumen
est: vtrūqȝ donum dei est: vtrunqȝ gratia:
q̄r sicut ab illo in nobis est: vt similes esse
possimus flamme ignis contemplādo ce
lestia: ita ⁊ ab ipso vt possimus sustinere
pressuras: ⁊ ob amoreȝ veritatis passionē
subire. Ceteruȝ q̄r natura nostra in primo
vitiata parente: veluti de auro puro in au
ricalcum versa est: ⁊ ipse xp̄s pro similitu/
dine: ⁊ nos pro veritate carnis peccati in
camino tribulationis excoquendiꝰ sumus
vt possimus ad antiquam illam puritatē
redire. Sequitur.

T.21 ¶ Et uox illius tanq̄ uox aqua
rum multarum.

¶ Tanq̄ȝ vox aquarum multarum vox
xp̄i est: q̄r sicut pluuie multe: sono multi/
plici concorditer sonant: ita cum tā mul/
ta sint: diuine auctoritatis eloquia: tam
multi ⁊ tam semoti ab inuicem sacrorum
voluminum tractatores in quibus loqui
tur xp̄s: in vna tamē veritatis sententia:
⁊ vno sermone charitatis: quod est consu
matio mādatoꝝ: cōueniunt. Sed ⁊ sicut
sonus inūdātis pluuie: aut ipetus fluuio/
rum per alta precipitia ad loca humiliora
manētium: longius auditur: ita predica/
tio xp̄i audita est in finibus orbis terre: si
cut de sanctis predicatoribus per psalmi/
stam dicitur. In omneȝ terrā exiuit sonus ps.18.
eorum: ⁊ in fines orbis terre verba eoruȝ.
Hec est illa pluuia voluntaria quam segre ps.67.
gauit deus hereditati sue: de qua in episto
la ad hebreos per apostolū dicitur. Terra Heb.6.
sepe venientem super se bibens imbrem ⁊
germinans herbam oportunam illis a q/
bus colitur: accipit benedictionem a deo:
proferens aūt spinas ac tribulos: reproba
est ⁊ maledicto pxia: cuiꝰ ꝯsumatio i cōbu
stiōe veniet. Terra sane q̄ accepta pluuia
pro herbis: profert spinas: maledicto est ꝓ
xima: q̄r qui xp̄i predicatiōe percepta: fru
ctuȝ iustitie proferre negligit: restat vt de
accepta verbi pluuia: grauius in fine iu/
dicetur. Sequitur.

¶ Et habebat in dextera sua se/
ptem stellas: & de ore eius gla/ T.21
diꝰ ex utraqȝ pte acutus exibat.

¶ De septem stellis in suo loco dicetur:
hoc est: cum de septeȝ angelis tractare ce
perimus. Gladius vero acutus qui ex ore
xp̄i exibat: ipse est gladius sp̄ūs: quod est
verbum dei. Qui idcirco ex vtraqȝ par/
te acutus esse dicit̄: q̄r sicut de eo pie quo/
dāmodo cōqueritur sctūs iob. Iustum ⁊
impiū ipse consumit. Consumit enim iu/ Iob.9.
stum ne de bono opere glorietur: ⁊ bonuȝ
quod opatus est: eleuatus inaniter de iu/
stitia: perdat. Unde ⁊ per eundem dicit̄.
Propter supbiaȝ quasi leenam capies me
⁊ conuersus mirabiliter me crucias: etiaȝ
sine causa. Consumit vero ⁊ impium: ne
perseueret in malo: ⁊ de clementia tempo
rali qua superbe ab vtit̄: ad eternum sup/
plicium rapiatur. Consumit autem illos

ex ea parte:qua:aut male viuunt:aut ma
le viuere possent:vt desinãt in eis q̄ male
sunt:aut esse possent : ⁊ maneat in eis qđ
dei est:rectitudo ⁊ veritas.Debẽt quoqz
hoc ipm̄ imitari doctores:⁊ hi quibus re
giminis cura commissa est : dijudicantes
nõ solum illos qui steriliter viuũt:verum
etiam illos quos de operibus bonis que
faciunt letari plusq̄z decet:aut presumere
deprehendũt:ne eis appetitus laudis sub
repat:⁊ virtutem boni operis:gloriari in
2.cor.10 seipsis amittãt . Qui gloriatur (inquit) in
domino glorietur.Et hoc quare?quia nõ
q semetipsuz cõmẽdat ille probatus est:sz
quem deus cõmendat.Sequitur.

T.23 ¶ Et facies eius sicut sol lucet
in uirtute sua.

¶ Unusquisqz nostrum in spẽ cognoscit
faciei.Ut ergo xp̄m iesum cuius nos mẽ/
bra sumus:vnigenitum dei filium esse nõ
dubites : faciem ipsius in solis considera
exo.34. claritate.Non.n.sicut quondaz moysi ha
bere similitudinez lune xp̄i facies visa est:
sed potius similitudinẽ luminaris maio/
ris:vt ille esse demonstretur:de quo dicit
ps.10. psalmista.In sole posuit tabernaculũ suuz
⁊ ipse tanq̄z sponsus procedit de thalamo
suo . Hec est enim spẽs quam ostendit in
Ma.17 monte:cum inter moysen ⁊ helyam a tri
bus apostolis visus est.Et hoc quando?
Post dies iquit sex.Quare post sex dies?
Quia sextus ille dies:in quo iesus assum
ptis tribus discipulis ascendit in montẽ:
nõ aliud designat q̄z sextum tẽpus eccle/
sie:nec aliud splendor faciei:q̄z apertam ⁊
manifestam notitiam scripturarum.Un/
de ⁊ in eodem mysterio sub sexto angelo
tuba canente:angelus vnus de celo descẽ
dere visus est qui faciem in modum solis
splendidam:⁊ librum apertum in manu
sua perhibetur habere:nimirum q̄r euan
gelica veritas:tunc in modum solis con/
tẽplantes illuminat cum is qui ex parte
clausus fuerat liber ex integro aperitur:⁊
1.cor.13 cum illum compleri incipit quod p apo/
stolum dicitur.Cum autez venerit quod
pfectũ est:euacuabitur quod ex parte est.
Et illud.Euntes de claritate in claritatẽ
tanq̄z a dñi spũ.Et bene in sexto die quo
tẽpus sextum ecclesie sicut iaz diximus de
signatur:q̄r nimirum omnis pfectio in fi
ne certaminis exhibetur:sicut ⁊ per apo/
stolum dicitur Finis legis xp̄s ad salutez Ro.10
omni credenti.Et de charitate per psal/
mistam dicitur . Omnis consumationis ps.118.
vidi finẽ latum mandatum tuum nimis.
Unde ⁊ in hoc loco p̄missis alijs q̄ supra
scripta sunt vltima sunt de splendore vul
tus dñi mẽtio facta est:q̄r vz:post lucẽ mo
dicam que p mẽbra sua terris effudit:siue
per eos qui operantur circa mundana ad
sustentationem:indigẽtium : ⁊ multas p
xp̄i nomine pressuras ⁊ incommoda pa/
tiuntur:qui ⁊ propter hoc in pedibus xp̄i
designati sunt : siue p eos qui quasi oculi
xp̄i:lumina celestia cõtemplant:id quod
ad se proprie ⁊ quasi spãliter spectat:ipse p
semetipsum indicat:cum complet in no/
bis illud qđ p prophetã pollicetur dicẽs.
Ecce ego ipse requiram oues meas.Qua
si enim p alios pascuntur oues:cuz ad do
cendas subditoꝝ ecclesias:pastores in po/
pulis eligunt.Cum autẽ veritatẽ euange
licam clarificat p spũm suum ad complẽ/
dã prophetiã qua di.Post dies illos da/
bo legẽ meã in visceribus eoꝝ ⁊ in corde
eoꝝ scribam eam:⁊ ero eis in deuz:⁊ ipsi
erunt mihi in populum : ⁊ non docebit:
vltra vir proximum suum:⁊ vir fratrem
suum dicens:cognosce dominum . Om/
nes eniz cognoscent me a minimo eorum
vsqz ad maximum.Quasi iaz non p alios
dñs:sed ipse per semetipsuz requiret oues Eze.34
suas:⁊ visitat revera illas sicut visitat pa/
stor gregez suũ in die quando fuerit in me Hier.3
dio ouium suarum dissipatarum.Et quia
mirabilis est deus in sanctis suis:⁊ longe
mirabilior in maiestate sua:necesse est vt
semetipsum deijciat:qui videre tantam
gloriam extimatur dignus:quia nimiruz
terrena altitudo confunditur: cum celsi/
tudo celestium aperitur : vnde ⁊ mox
subditur.

¶Et cecidi ad pedes eius tan/
quammortuus.

¶ Quare cecidit tanq̃ȝ mortuus? Quia
qui priusq̃ȝ ista ↄspiceret: stare se in iustitie
culmine: quasi Christi discipulus ⁊ dile/
ctus pre ceteris presumebat: vbi diuie cla/
ritatis luce: ⁊ iustitie splendore pfusus est:
quicqd sibi de se ipso complacuerat: despe
xit: vnde ⁊ quasi mortuus ad pedes domi
ni cecidisse dicitur: q2 nunquaȝ melius te/
nebras suas mens humana dijudicat q̃ȝ
cum diuine sapientie luceȝ. ⁊ iustitie (que
de celo est) veritatem agnoscit. Unde ⁊
beatus Job qui ↄtra iudicem deum: tam
multa ex psona temptatoꝝ obiecerat: au/
dita voce domini obmutescit ⁊ dicit: Au/
ditu auris audiui te: nunc oculus meus
videt te. Idcirco ipse me reprehēdo ⁊ ago
penitentiam in fauilla: ⁊ cinere: Sicut er/
Job. 42. go beatus Job priusq̃ȝ audiret vocem do
mini: tanq̃ȝ habens aliqd iusti: in rigore
pertinacie sue stare fortiter videbatur: vbi
autem audiuit vocem dominit: ↄclusus ⁊
deuictus est a domino in responsione defe
cit: ita hij qui ignorant nunc equitateȝ iu
dicij: ⁊ ob hoc aduersus illud seu voce:
seu aio ↄqueruntur. In illa die que nota
est domino: ↄfundentur ⁊ decident: in il/
la inquam die que erit inter flagella ⁊ oti
um: velut inter mortuos ⁊ viuētes: inter
tristitiam passionis: ⁊ ↄsolationis letitiaȝ:
Tempus deniqȝ flagelloꝝ Job cursum si/
gnificat scdi status: tempus ↄsolationis:
tempus tertij: qd̄ completis diebus labo/
riosis erit in otio: ⁊ quiete: Qd̄ autem in/
ter vtrūqȝ tempus vocem domini audire
meruit: ⁊ iustitiam occultoꝝ iudiciorum
agnouit: ad illam veri solis claritatem re/
ferendum est: que in die sexto: vt iam dixi
Matt. 17. tribus apostolis gloriose illuxit: Cadit er/
go quasi mortuus ad pedes Christi ↄtem
plator celestium cum agnito veritatis iu/
re deuictus a lumine ptimescit: aiaduer/
tens q̃ȝ prauum fuerit ⁊ impium voluisse
ante tēpus occulta iudicia penetrare. Cur
s. oipotens deus qui iustus ⁊ pius est: tot
pleruq̃ȝ calamitatibus innocētes affligat:
⁊ non potius fide integra tenuisse: nō pos
se oino deum facere nisi qd̄ iustum est: nec
voluisse electos suos absqȝ cā iudicij subi/
re discipline: reprobos auteȝ de qbus deo
cure non est: sua culpa perire: Scriptū est
enim in libro psalmoꝝ: Uniuerse vie dñi ps. 24.
misericordia ⁊ veritas: Et iteȝ. Miseicor ps. 84.
dia ⁊ veritas obuiauerunt sibi: iustitia ⁊
pax osculate sunt: Et rursum. Misericor ps. 88.
dia ⁊ veritas precedent faciem tuam: Fa/
ciem qppe domini misericordia veritasqȝ
precedūt: q2 hijs duabus virtutibus exer/
cet deus oipotens genus humanum prius
q̃ȝ eius facies reueletur: sicut ⁊ alibi scri/
ptum est: Nolite extollere in altum cor/ ps. 74.
nu vestrum: nolite loqui aduersus deum
iniquitatem: q2 neqȝ ab oriente neqȝ ab oc
cidente: neqȝ a desertis montibus: quo/
niam deus iudex est: Hunc humiliat: ⁊
hunc exaltat: q2 calix in manu dñi: vini
meri plenus est mixto. Et inclinauit ex
hoc in hoc: verūtamen fex eius nō est ex/
inanita bibent oēs peccatores terre. Aut
enim erigunt homines cornu: opponen/
tes illi ab oriente: ↄquerentes se de iudi/
cio ⁊ dicentes. Quare deus oipotens tam
districta exercuit iudicia in exordio tem/
porum: vt mox peccantes angelos suppli
cio māciparet eterno: ⁊ originale seculuȝ
cecitati addictum terribili castigaret iudi
cio: Aut ab occidēte. Cur circa finem secu
li gentium voraginem contra fideles po
pulos inundare pmittat: Aut etiam a de/
sertis mōtibus: Cur tot millia hoium in
cecitate relinquat? Loquunt ergo hoies
iniqtatem aduersus deum nesciētes eqta
tem iudicij: Uidelȝ q neqȝ ab oriēte: neqȝ
ab occidēte: neqȝ a desertis montibus ar/
guēdus sit deus: pro eo. Uidelȝ: q iudex
est: ⁊ siue illum humiliet: hūc exaltet: siue
calicem vini propinet iustis: aut fecis sen
tētia mulctet iniustos: nullo id facit imani
tatis: aut furoris incēdio: sed aut iusti zeli
vltione: aut eruditione iustitie: Aut enim
flagellat filios vt saluti restituat: aut iuste
puniturus est impios qui iniuste nunc si/

lios ꝑsequuntur: Facit enim iudiciũ in/
ps.145 iuriã patientibus: Hec ergo ⁊ siĩa iudicia
q̃ꝫ iusta fuerint ⁊ sint ⁊ futura sint: aiad/
uertẽs ꝯtẽplator celestiũ: a rigore querimo
nie sue tremefactus succũbit: ⁊ ibi exp̃sse
cadere dr̃ vbi magis in iudicio mouebat.
Inde enim pedes dñi q inferiores sunt in
corpore: ab hijs quoqꝫ q altius euolãt: ho/
nore maxio ꝯdigni sunt. Vñ maiora ꝑ xp̄i
3.act. 6. noie supplicia ptulerunt. Qualis.n. pars
Beat⁹ corporis btõ Stephano attributa est nisi
Stepha pedũ: q̃ñ ipse cũ sodalibus suis ministrare
nus. mẽsis deputatus est? ⁊ tñ qꝛ cito cucurrit
⁊ precucurrit ad penã: primus inter cete/
ros inuenit in gĩia. Cõsiderãt qui in pace
sunt illoꝝ venerãda sibi supplicia: ⁊ indi/
gnos se iudicãtes: nõ dico corona: ſꝫ ⁊ vita
eisdẽ sanctis martyribus semetipsos ꝑster
nũt: si quo mõ p illoꝝ merita ꝯseq mereã/
tur salutẽ. Vez is q ait Petro. Sequere
Joã.21. me: de Joãne aũt nõ sic: sed sic eũ volo ma
nere donec veniã: abundãtiam bonitatis
sue in eos quos Joãnes ipse designat: pa/
tefacit cũ eũdem dilectũ discipulũ dextera
sua tangit ⁊ ne timere debeat adhortatur
illum: Nam sequitur.

T.25 ¶ Et posuit sup me dexteram
suam dicens. Noli timere. Ego
sum primus & nouissimus. & fui
mortuus & ecce sum uiuens in
sæcula sæculorum.

Joã.14 ¶ Tale est enim ac si diceret. Nõ turbet
cor tuũ neqꝫ formidet: in regno p̃ris mei
mãsiones multe sunt. Ego qui preparaui
martyribus locũ pacis: nihilominus ⁊ vir
ginibus mãsionẽ paraui: ⁊ q dedi illis co/
ronas de passiõe purpureas: vobis quoqꝫ
cõpẽsaui cãdidas de iugi ⁊ ꝯtinuo castita/
tis triũpho: Illos q̃si milites sinistra mea
tãgere volui: vt mortẽ quam ꝑ illis susti/
nui: ipsi quoqꝫ ꝑ ꝯseruis suis ponẽdo aias
suas (vt eos lucrifacerẽt) paterent. Vos q̃
si dilectos filios ⁊ camerarios aule celestis
ꝯtristare nolẽs: nõ sinistra: ſꝫ dextera tãgo:
⁊ quo arctiores iter amicos reputo: eo vo/
bis archana sacramẽta cõmitto. Jã enim Joã.15.
nõ dicã vos suos: ſꝫ amicos meos nec qc
q̃ꝫ vobis vt subditis moleste passiõis ipo/
no: qꝛ pia q̃cũqꝫ audiui a p̃re meo nota fe/
ci vobis: ⁊ qꝛ scio electoꝝ aios p̃ iustitie
eqtate moueri: cũ illis blãdiora: quãqꝫ il/
loꝝ ꝯseruis iusserat: pollicet: cãm eqtatis
eo ipso manifestat: quo dicit. Ego sum pri
mus ⁊ nouissimus: ⁊ fui mortuus: ⁊ ecce
sum viuẽs: Quid est: ego sum p̃mus ⁊ no
uissimus: nisi id qd̃ ꝯsequẽter adiũgit. Et
fui mortuus ⁊ ecce sum viuẽs: Tale est.n.
ac si diceret: Primus ordo martyꝝ est: no
uissimus virginũ: Ego aũt vbiqꝫ totus.
Ego ibi opatus sum. Ego hic requiesco: ⁊
idcirco vos de re ista sollicitari non expe/
dit: qꝛ q vobis in hoc vltio tp̃e gratis pa/
cẽ ipartiri disposui: ipse preliãti militie pa
tiẽtiã dedi: vt triumphare de hostibus po
tuissent. Nõ ergo põt vobis aliqd impro/
perari a martyribus meis: qui optime di/
dicerunt ⁊ retinent: nihil se quod non
acceperunt habere: vel ipsi potuisse: Qd
ergo. Ego feci: vel facio: magnum in se
continet sacramentum: Mortuus fui ad
horam: sed modo viuo: vt qui mori di/
gnatus sum pro impijs: habeam socios
passionis: ⁊ qui viuo in eternum: habeaꝫ
qui pro tempore teneant sacramentum vi
te: vt ⁊ ipsi pariter viuant cuꝫ eis: qui pro
meo nomine passi sunt. Et illos quidem
propter me: qui maiorem prestiti de passio
ne occasionem letitie: istos propter viuifi
cantem spiritum sanctum qui non assum/
psit humani corporis limum: nec aliquid
huiusmodi: in quo tristitiam perferat pas/
sionis. Propter illos itaqꝫ qui passi sunt
quadraginta dieꝝ numerus sacrum diem
diuine passionis p̃cucurrit. Propter istos
q i otio sequuturi sũt: sequunt i solẽni gau
dio alij.40. dies: haud dubiũ qꝛ i memo
riã illoꝝ.40. dieꝝ p̃buit seipꝫ dñs discipu
lis suis viuũ appẽs eis freq̃nter: ⁊ loq̃ns d̃
reg̃. dei: Et qꝛ dies ipos.40. ebdõada vna Act.1.
q̃ ititulat q̃nq̃gesime: i q̃licũqꝫ afflictiõe p̃
cedit: ita vt ab exordio ipsi⁹: vsqꝫ ad sabbꝫ
vigilie pasche.49. dies i afflictiõe d̃currãt.

Sequuntur etiam ascensionem domini/
cam decem dies: vt a die sctõ pasche vsq3
ad vigiliam penthecostes: eiusdẽ numeri
dies in alacritate pertranseát. Si ergo in
passione xp̃i persecutio martyrum: in re/
surrectione vero ipsius felicitas viuentiũ
xp̃o designata est: liquet ad qd dixerit do
minus iesus discipulo quẽ diligebat: noli
timere: ego sum primus ⁊ nouissimus: ⁊
fui mortuus ⁊ ecce sum viuens. operans:
vz: pro tempore hec ⁊ illa: nõ minus cuz
nouissimis q̃z cuz primis: vt sit dominus
mortuorum ⁊ viuoꝝ reddens vnicuiq3 se
cũdũ opera sua. Nec illud moueat q̄ in
oculis xp̃i cõtemplatores veri luminis di
ximus designari quasi non sit equa simili/
tudo q̄ hoc ipsũz designari dicimus in io
annez: q2 aliud est quod aliquibus datur
secundum partẽm: aliud quod multis cõ
ceditur secundum totum; maxime cum
nõnulli virgines volentes notam facere
huic mundo veritatem quaz mentis ocu
lis contẽplari meruerunt: etiam per labo
rem martyrij sequentes xp̃m: ei vt dican
tur eius oculi incorporari arctius studue
runt: quod tamẽ bonum non parum dissi
Jo. 21. mile est ab eo quod concessum est beato
ioanni de quo dictuz est vicario xp̃i. Sic
eum volo manere donec veniaz. Sequit.

T. 26 ¶ Et habeo claues mortis & inferni.

¶ Claues mortis ⁊ inferni quas se domi
nus xp̃s habere dicit: iura sunt hostis an
tiqui q̃ habuit in humano genere ab ini/
Ge. 3. tio mundi: hoc est ex eo tempore quo per
feminam quam seduxit: vt vsurparet ve/
titum adam primuz parentẽ superauit in
paradiso: ⁊ superatum morti fecit obno/
xium: ⁊ tandem rapuit in infernum. In/
tantum eniz preualuit potestas ipsius: vt
vix esset aliquis in humano genere cui li
ceret non ingredi portas iferi: nullus cui
liceret egredi: ex quo semel contingeret
introire. Quãdiu ergo claues istas diabo
lus qui totius est pater pditionis ⁊ dam/
nationis habebat: indifferẽter rapiebat fi
lios adam dãnans impios ⁊ accusans ele
ctos. Ex quo aũt auiditate malitie sue oc
cidit saluatorẽ mundi: in quo de suo nihil
inuenit: amisit protinus perdendi iura iu
dex iniquus: ⁊ data sunt xp̃o qui ⁊ vicit
eũ: ita vt nõ liceat ei deuorare quos vult:
s3 quos ei iudex eq̃ssimus iusto suo iudi/
cio deuorare pmittit. Unde ⁊ p prophe/ Hie. 31.
tam dicitur. In tempore illo non dicetur. ⁊ eze. 18
Patres comederunt vuas acerbas: ⁊ den
tes filiorum obstupescũt: sed qui comede
rit vuam acerbaz obstupescunt dentes il/
lius. Hoc ergo mõ xp̃s iesus claues mor/
tis ⁊ inferni habere dicitur non vt apian
tur ianue mortis ad degluttiendos inno/
xios: sed vt clause permaneant annis mul
tis: sicut in sexta parte libri huius de au/
ctore mortis scriptum est. Uidi angelum Ap. 20.
descendentem de celo habentem clauem
abyssi ⁊ cathenam magnam in manu sua
⁊ apprehendit draconẽ serpentẽ antiquũ:
qui est diabolus ⁊ sathanas: ⁊ ligauit euz.
Et paulo post. Et misit eum in abyssum
⁊ clausit ⁊ signauit sup illũ. Et q2 duo ma
gni psecutores cũ suis exercitib9 erãt futu
ri: quorũ vnus vocatur mors: alius infer/
nus qui maximam iustorum cedez factu
ri erãt in tẽporibus suis quos oportet pa
ri modo incarcerari ⁊ tradi sexto tẽpore
in stagnum ignis: tẽpore. s. quo pater mẽ/
dacij incarcerandus est: nõ inconuenien/
ter ad tẽpus illius victorie referri põt ser
mo iste domini dicentis. Habeo claues
mortis ⁊ inferni; q2 ⁊ alterius os claudet
ne ptinere possit: ⁊ alterius ne deglutiat
interfectos: data vndiq3 pace fidelibus p
circuitum: ⁊ subiectis aduersarijs iudeoꝝ
⁊ gẽtium sceptro xp̃i: quẽ oportet domi/
nari ⁊ regnare donec ponat omnes inimi Ps. 109.
cos suos sub pedibus suis. Tale est ergo:
ac si diceretur. Quia iam pactum est tem
pus ṗlij: ⁊ completus est numeros eoruz
q me assumpta cruce secuturi erant: ⁊ glo
ria martyrij coronandi: clause sunt amo/
do ⁊ signate porte inferi: mihiq3 tradite
sunt claues potestatis eorum: vt nõ liceat
amplius diabolo ⁊ mẽbris eius egredi ad

faciendum

faciendum preliuz cum electis meis vsqꝫ
ad tempus statutum: ideoqꝫ non opꝫ vos
sollicitos esse de pena mortis: sꝫ potius le-
tari de fruitione regni: qꝛ iam nō in mortē
carnis seruietis mihi: qđ est offerre deo sa
crificium pro peccato: sꝫ in vita iustitie: qđ
est mihi suaue ⁊ per oīa gratissimum holo
caustum. Et hec qdem apta satis. Sed ꝙ
ait. Habeo claues: ⁊ non potius obstruse
sunt.: aut obserate muris porte mortis ⁊
inferni: indicat futuꝝ esse tp̄s: in quo iu-
sto oīpotentis dei iudicio: portas easdem
oporteat aperiri. hoc est: cum post tēpus
sabbati initiatum qdem a passione dñi: sꝫ
ꝯfirmatum populo sanctoꝝ a ruina illius
regis septimi qui scriptus est in volumine
isto: qđ vꝫ sabbatum designatum est in an
nis mille qbus soli sancti dei regnare cum
Apo. 17 xp̄o: ꝑmissi sunt: soluetur iteꝝ sathanas đ
carcere suo: ⁊ exibit ⁊ seducet gentes que
sunt suꝑ quattuor angulos terre: gog ⁊ ma
gog. Non ergo pertinet ad eos quos desi-
gnat dilectus xp̄i Joānes sollicitari de la-
bore certaminis: sed de dono ꝯtemplatio-
nis qđ acceperunt ab ipso: vt scribāt que
viderunt: ⁊ que sunt ⁊ que opꝫ fieri post
hec. Pro eo enim ꝙ beato Joāni: vel po-
tius illi ordini qui significaꝛ per ipsum: cō
cessuz est: vt iam diximus incipere ab exor
dio scđi status: ⁊ manere vsqꝫ ad finem ter
tij: non inconuenienter intuitus eius ad
vtrūqꝫ istoꝝ statuum: dño largiente dirigi
tur: vt scribat vniuersa que vidit: tam. s. ea
que tunc erant q̄ꝫ que futura erant. i. tam
ꝑtinentia ad scđm statum: q̄ꝫ ꝑtinentia ad
tertium ⁊ etiam ad supnam patriam: ⁊ ad
vitam futuram. Talia enim sancto Joāni
scribere sunt commissa: qualia nec Petro
apostoloꝝ principi: cui dictum est a dño.
Sequere me: nec alicui apostoloꝝ duode-
cim qui xp̄m in passione sequuti sunt. Sꝫ
Joā. 21. ⁊ hoc nō a principio: sed postq̄ꝫ omnes fra
tres dormierunt in dño: Magnuz est hoc
misterium: ⁊ diligēti sepe sepius scrutatio-
ne pēsandum. Nam iustus ⁊ pius dñs: qꝛ
sapiētia est: nihil preter ordinem sapientie
Ps. 103. facit: sed sicut scriptum est. Oīa in sapien-
tia fecisti dñe: repleta est terra possessione
tua. Ut enim in prefatione huius operis
iam dixisse me recolo. Assotiauit simul in
vnuz. Aaron ⁊ Moysen: vt essent fratres
carne ⁊ fide: sed hoꝝ primus manifeste oc-
cubuit: scđs nesciente populo: e medio fa-
ctus est: Associauit in misterijs Helysa-
beth ⁊ Mariam: sed haꝝ prima cōi morte
defecisse crediꝛ: de sanctissimo vero corpo
re genitricis dei: qđ actum sit: vsqꝫ hodie
ignoraꝛ: ⁊ apud multos qui misterij cau-
sam nesciunt in admiratione ꝯsistunt: As-
sociauit nihilominus Petruz ⁊ Joānem:
sꝫ Petrus senior manifeste occubuit: Joā
nes in sepulchꝝ suum viuus descēdēs: qđ
de eo postea factum sit: magnam posteris
suis hesitationem reliquit: Cum igiꝛ prio-
res istoruz manifeste in typo xp̄i occubuiꝛ
se ꝯstiterit: iuniores vero in typo viuētis
spiritus: ac si nō decesserint: disparuerint:
siue pro eo ꝙ littera occidit: spiritus autēꝫ
viuificat: siue qꝛ in spiritu sancto: vita no- Ro. 8.
bis ꝑpetua ꝓmissa est: dicēte apostolo. Si 2. cor. 3.
spiritus eius qui suscitauit Jesum a mor-
tuis habitat in vobis: qui suscitauit Jesuz
Christum a mortuis: viuificabit ⁊ morta-
lia corpora vestra: ꝑp inhabitantem spiri-
tum eius in vobis: siue qꝛ xp̄s pro huma-
no genere in humana carne quam assum-
psit: mori dignatus est: spiritus vero san-
ctus nec assumpsit in quo mori possꝫ: nec
mori potuit dum nō assumpsit: q̄ꝫ apte illi
discipulo qui ordinem iuniorem designat:
dictum sit: Noli timere ego sum primus ⁊
nouissimus: ⁊ fui mortuus ⁊ ecce sum vi-
uēs in secula seculoꝝ: ⁊ habeo claues mor
tis ⁊ inferni: Ois qui hoc pensare sufficit
ꝓuidenter agnoscet: Et qꝛ eam ipsam re-
lationem hꝫ in hoc loco Joānes ad xp̄m:
siue etiam in illo loco vbi ei ab eodeꝫ dño
pendente in cruce de matre virgine dictū Joā. 19.
est: Ecce mater tua: Ut ipse vꝫ succederet
sibi in filiali obsequio: qui pre ceteris ama-
baꝛ: ab ipso: quam hꝫ ad Petrum in ple-
risqꝫ misterijs: liquet ꝙ in xp̄o Jesu prece
dēs electoꝝ exercitus: in Joāne ille qui se
quuturus est: designaꝛ: in xp̄o. s. qui ꝑ act

uam ⁊ laboriosaꝫ vitam tpe.ſcdi ſtatus co/
ronanť martyrio:in Joãne qui ꝯtemplan
do celeſtia:ſub tpe tertij in pace quieſcent:
quatenus eſtatem futuri ſeculi quam expe
ctãt filij regni:nõ ſolum roſaꝝ decor:ſed ⁊
pulchritudo lilioꝝ preueniat:Uerũtamen
q2 nunq̃ꝫ Petrus in officio apoſtolatus
fuit ſine Joãne:Joãnes vero fuit ſine Pe
tro:⁊ longo poſt eum tpe in hac vita per/
mãſit:ſiqdem Petrus primo ꝑ paſſionis
prelium ex hac vita migrauit:liquet ꝙ ſta
tus iſte ſcðs nõ ſoluꝫ ſanctoꝝ martyꝝ mul
titudinem nimiam:verumetiam ⁊ ſacroꝝ
Apo. 7 virginum turbam exhibuit infinitam.Ut
enim in ſcða parte libri:cẽtumquadragin/
ta quattuor millia martyꝝ ſignata eſſe me
moranť:ita in q̃rta parte centũquadragin
ta q̃ttuor millia virginum viſa ſunt ſuper
Ap.14 mõtem ſyon:de qbus ⁊ dř.Uidi ſupra mõ
tẽ ſyon agnũ ſtãtẽ:⁊ cũ eo cẽtũ q̃dragínta
q̃ttuor millia:habentes nomen eius ⁊ no/
men p̃ris eius ſcriptum in frontibus ſuis.
Et poſt pauca.Hij ſunt qui cum mulieri/
bus nõ ſunt coinquinati : virgines.n.ſunt.
Hij ſequunť agnum quocũq; ierit:q2 igiť
ꝯſtat modis oibus:ꝙ duo ordines iſti ne/
ceſſarij ſunt ei qui fecit illos:preſertim cuꝫ
in primo eoꝝ:clara ſit ⁊ manifeſta ſimilitu
do filij:ſicut in ſcðo ſpiritus ſancti : nõ eſt
qð timere debeat ordo iſte:quem deſignat
Joãnes:in eo ꝙ imunis eſt a verbere paſ/
ſionis:q2 nõ accidit ex impfectione ſua:vt
expers eſſe videať a corona martyrij:ſꝫ de
voluntate ſupni arbitri:qui opať ⁊ diſpo/
nit oia ſ̃m ꝯſiliũ voluntatis ſue.Qui eniꝫ
dedit martyribus vt poſſent preualere in
fide:ipſe largitus eſt confeſſoribus:vt poſ
ſint archanoꝝ dei intelligere veritateꝫ:Et
q2 nõ modo preſentia que preſto ſunt : ve/
rũetiam preterita ⁊ futura per ea que ſcri/
pta ſunt intellecta conſpiciunt:Et q̃m tm̃
q̃ſq; teneť impẽdere:quantum vt ꝯſeruis
ſuis impẽdat ab eo qui talenta diſtribuit:
abundãter accepit:recte in pſona Joãnis:
eiſdem veritatis ꝯtemplatoribus dicitur.

T.27 Scribe ergo quæ uidiſti & quæ ſunt & quæ oportet fieri poſt hæc.

Tale eſt enim ac ſi diceret:Cum ꝓpter
duas virtutes precipuas ſine qbus regnũ
dei obtineri neq̃t:humilitatis:vꝫ ſeruitu/
tem:⁊ libertatem amoris:duo iuſtoꝝ ordi
nes neceſſarij ſunt:nõ eſt tuum ammodo
qui ptines ad ſcðm ꝯturbari de pena ad
inferẽdum ſpiritum ſeruitutis:itẽꝝ in ti/
more:ſed magis deſcriptione glorie que ti
bi oſtenſa eſt ad pſuadendum amorem:q2
tp̃s erit ammodo amoris ⁊ gaudij:in quo
pfecta charitas foras mittit timorẽ.Scri/ Joã.8.
benda ſunt autẽ verba dei ⁊ in libro ſignã
da nõ taꝫ attramẽto ⁊ calamo in pellibus
corpoꝝ mortuoꝝ:q̃ꝫ ſtilo lingue humane
in cordibus viuẽtium aiaꝝ:vt duꝫ ea que
tranſierunt ⁊ que ſunt ⁊ que futura ſunt:
ſentiũt in preſentis ſeculi amore tepeſcãt:
tãtoq; in ſuo ordine vnuſq̃ſq; pficiat:q̃ꝫto
ſingiloꝝ merita manifeſta cernuntur:Ui
dit ſane in ſpiritu beatus Joãnes que ge/
ſta fuerãt ante ſe in teſtõ veteri : vidit que
facta ſunt:in tẽpore ſuo:⁊ vidit que futura
erãt vſq; ad conſumationem ſeculi.Uidit
vtiq; apud veteres libruꝫ ſignatum:vidit
in diebus ſuis agnum occiſum : ⁊ leonem
reſurgẽteꝫ a mortuis:⁊ ſcripſit illud in cor
dibus humanis : q̃n hocipſum qð videre
ꝯceſſus erat ſubiectis ſibi eccleſijs predica
re curauit:Uidit ẽt ⁊ ſcripſit ſoluenda eſſe
ſignacula in tpibus ſeptem:⁊ ea que in eiſ
dem ſignaculis ſub cortice littere velaban
tur:que etiam ſicut dictum eſt ei:cito erãt
pficiẽda:Q2 mille anni ante oculos tuos
tanq̃ꝫ dies externa que preterijt : Eodem ps.89.
modo ꝯtemplatores ſpirituales vidẽt ſpi/
ritualibus oculis que completa ſunt in ec
cleſia dei ab aduentu dñi vſq; ad preſens:
vidẽt ⁊ que preſentia ⁊ que futura ſunt : ⁊
profecto teneť ſcribere ea lingue calamo
in cordibus auditoꝝ:vt nõ moriantur ho
mines in peccatis ſuis:ſed magis conuer/
tantur ⁊ viuant:Sequitur.

Sacramentum ſeptem ſtella T.28

rum quas uidisti in dextera mea & septem candelabra aurea: Septem stellæ. angeli sunt septem ecclesiarum. & candelabra septem: septé ecclesiæ sunt.

¶ Qđ dicitur in hoc loco de expositione stellaꝝ: non est allegoricus sermo: ꝫ velut introductio quedam eloquij mystici: ꝛ q̄si explanatio visionis: allegorici sermonis veritatis integritatem in occultis habentis. Sic Pharaonis somnia interpretatus Joseph: dixit septem spicas tenues ꝛ septé vaccas macilétas: fore septem annos steriles ꝯsumpturos septem annos fertilitatis: in qua tñ interpretatione fi is allegorici intellectus extimádus non est: qn potius idipsum allegoricuꝫ esse: ꝙ taliter somniū regis explicauit Joseph: Septem nãqꝫ anni primi: septem in hoc opere: notata seculа hebreoꝝ designãt: in qbus vꝫ septem seculis: septem sigilla libri ꝯsumata sunt: ꝛ sacroꝝ grana verboꝝ in aceruis collecta: Septem vo anni steriles: septem ecclesiastica tpa: qbus ꝛ singule partes huius libri deputate sunt: excepto ꝙ sexta pars duo simul comprehẽdit in vno. Pro eo. s. ꝙ septima pars a lege ista seclusa est: ꝛ ipsa sola: sex partibus istis: ac si Rachel Lye veluti ex equo respondeat: In septeꝫ itaqꝫ tpibus istis: apta sunt sacra horrea librorꝝ ꝓpheticoꝝ ꝛ occultato diu verbi tritico: corda esuriétium populoꝝ replétur: quousqꝫ ptranseant dies famis: ꝛ optata cunctis populis: pristina relaxet vbertas: Qđ autem Joseph somnia resecat ꝛ victualia partiẽdo largit: quem alium: qꝫ ꝯtemplãtium ordinem designare credẽdus est: qui ligata dissoluit: ꝛ per eum qui se inhabitat spiritum sanctum: qnimmo spiritus sanctus per ipsos aiabus esurientibus ꝛ afflictis spiritualia diuidit alimẽta? Sic ꝛ in hoc loco sacramẽtum stellaꝝ ꝛ cãdelabrorum aureoꝝ nõ ita sicut dr simpliciter obseruãdum est: vt in septem illis epis ꝛ ecclesijs suis ꝯsumatuꝫ qs extimet sacramẽtuꝫ: sed potius in illis ordinibus qui in eisdem epis quos ꝛ angelos noiat ꝛ in ecclesijs eoꝝ designati sunt. Cur aũt in dextera sua xp̄s septem stellas habere dr: illud cause est: qđ supra: cum de dextera xp̄i posita sup Joanne ageremus: digessimus: nimirꝫ qꝛ sicut ad prelatos qnqꝫ ecclesiaꝝ ptinẽtes ad Petrum respicit pars sinistra: ita septem ecclesiaꝝ presules ptinentes ad Joannem: ad dexteram stare visi sunt: Et hoc quare? qꝛ ꝛ xp̄s Jesus sinistraꝫ sibi partem humillima benignitatis sue dispensatione preripuit ad prebendum. s. humano generi: vere ac sincerissime humilitatis exemplum: ꝛ donuꝫ libertatis ꝛ gratie in quo nos opꝫ fieri liberos spiritui sancto attribuẽdum fore: multis ꝛ lucidissimis demõstrauit inditijs: nõ ꝙ minus liberet filius: (qđ absit a cordibus electoꝝ:) cũ ipse dicat. Si filius vos liberauerit: vere liberi eritis: sed qꝛ idem spiritus quo liberi facti sumus: amor est patris ꝛ filij quo ꝛ diligũt nos: ꝛ ideo qꝛ diligunt: libertatem donant sicut p apl̄m dr. Misit deus spirituꝫ filij sui in corda nostra clamãtem: Abba pater. Et iterum. Non accepistis spiritum serui tutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater.

¶ Hac in re notari aliqd expedit dignuꝫ memoria ꝛ relatu: Uꝫ ꝙ filius dei qui ꝓprie dr sapientia: formam serui assumpsit in qua sustineret lassitudinem ꝛ laborem: spiritus vero sanctus qui vocatur Dei charitas: non assumpsit: quia ꝛ nos in addiscenda sapientia angustamur: affligimur ꝛ laboramus: in amando vero quem amare libet: nullas afflictionis sustinemus angustias: Decebat ergo bonitatem Dei ibi collaborare nobis: vbi nos laboramus: vt per eius liberati laborem possemus ꝛ ipsi tandem ad libertatem venire: Et quia quinque sunt vt iam diximus corporis sensus in quibus: se mortalis homo ad studium actionis exercet: septeꝫ vo dona spiritus qbus hõ interior efficit spiritalis: merito qnqꝫ principales

Ge. 41.

Jo. 8.

Ga. 41. Ro. 8.

Phil. 2.

eccleſie:de q̄bus circa egreſſuʒ libri huius
mētionem fecimus:vnigenito dei filio at/
tribuende ſunt. Septem vō de q̄bus hic
agit̄:ſpiritui ſancto:q2 ⁊ verbum patris in
carnari dignatus eſt:vt per q̄nq3 opa ſua:
nos a corruptione p̄mi parētis emundā
do ſanaret.⁊ ſpiritus ſancti:non in carne:
ſed in igne adueniēs:ſepteʒ donoꝝ mune
re corda electoꝝ ſuoꝝ infundēdo repleret.
Querit aliq̄s vt dicamus:que ſūt quinq3
opera xp̄i:querat hoc a ſcriptoribus euan
gelij ⁊ precipue a ſancto Luca qui oīa ſeria
tim:vt ipſe aſſerit ꝓſequutus eſt:⁊ q̄ poſt
q̄3 deſcripſit euangelium xp̄i Jeſu:eidem
euangelio actus apoſtoloꝝ in ↄſumatione
Quinq3 opera xp̄i. compegit. Primum opus xp̄i:natiuitas
fuit ſcd̄m:paſſio tertium:reſurrectio:quar
tum aſcenſio: Sane q̄ntum opus:ipſa eſt
oſtenſio linguaꝝ:⁊ miſſio ſpiritus ſancti:
nimiꝝ q2 ad hoc ita miſſus eſt a filio:vt ei
teſtimonium perhiberet ⁊ oēs honorifica
rēt filium ſicut honorificant patrem. Hijs
enim:vt iaʒ dixi:q̄nq3 operibus:quattuor
libri euangelioꝝ xp̄i ⁊ liber actuuʒ apoſto
loꝝ:aſcribēdi ſunt:pro eo ꝙ in populo il/
lo qui dicebat̄ circuncifio:q̄nq3 iſta opera
viſibiliter ſunt completa: ſiue natiuitas:
qua natus eſt:ſiue paſſio qua paſſus eſt:ſi/
ue reſurrectio qua reſurrexit ex mortuis:
ſiue aſcēſio eius in celum:ſiue aduētus ſpi
ritus ſancti miſſi a filio in linguis igneis ſi
cut ante ꝓmiſerat:nimiꝝ q2 vt ait beatus
Grego. Papa Gregorius. Magnaʒ hʒ lingua af
finitateʒ cum verbo:Ideo eniʒ in linguis
igneis demōſtratus eſt:vt ſpiritum ſe eſſe
veritatis oſtēderet:eius.ſ.a quo mittebat̄.
Et q2 nihil aliud annūciabat q̄3 q̄d a xp̄o
acceperat verbo patris:qui cum euʒ ꝓmit
Joā.15. teret apoſtolis dicens:Cum venerit para
clitus quem ego mittam vobis a patre ſpi
ritum veritatis:qui a patre ꝓcedit:proti/
nus adiecit ⁊ ait:Ille me clarificabit:q2 d̄
Joā.16. meo accipiet ⁊ annunciabit vobis:Nō er
go ſolum quattuor opa que ſpecialia ſunt:
⁊ quattuor aīalibus ↄuenire noſcunt̄ ſcd̄o
ſtatui qui ſpecialius ↄuenit xp̄o:aſcribēda
ſunt:Uerumetiam ⁊ aduētus iſte ſpiritus
ſancti:qui ⁊ letificat ciuitatē dei:Per hoc
ꝙ in ſpecie linguaꝝ oſtenſus ⁊ in noīe filij
miſſus eſt:preſertim cum eos diſertos ad
predicādum fecerit ⁊ ad loquēduʒ acutos:
q̄d totum ꝓprietati:verbi aſcribēdum eſt:
ſicut proprietati ſpiritus ſpirare vbi vult:
etiam ſine auditu aurium:⁊ viſione oculo
rum:imo eo ꝑfectius:quo magis viſus
abeſt oculis ⁊ auribus auditus:Uerum q2
vnus deus ſunt filius ⁊ ſpiritus ſanctus:
nec filius ſine ſpiritu ſancto: nec ſpiritus
ſanctus ſine filio:ſicut nec pater ſine eis ali
q̄d operat̄. Et tñ q2 vere tres ſunt.aliqua
eoꝝ que operant̄ ſimul:habēt potius ima
ginem patris:aliqua filij:aliq̄ ſpiritus ſan
cti:⁊ nō nulla ſpecialius attribuuntur pa
tri:ſicut potētia:timor ⁊ fides:nō nulla fi/
lio:vt humilitas:veritas:⁊ ſapientia:non
nulla ſpiritui ſancto:vt charitas:gaudiū:
⁊ libertas:Lʒ ſingula hoꝝ triuʒ ſint ⁊ oīa
pariter ſinguloꝝ:Miro itaq3 modo actuʒ
eſt vt ſpiritus ſanctus appareret in līguis
docturus que nō nouerant apoſtolos xp̄i:
vt ſe oſtenderet eſſe ſpiritus xp̄i:qui ⁊ ꝓꝑ
hoc dictus eſt ſpiritus v̄itatis: q2 veritas
xp̄s qui vt ad ſe ꝑtinere opus magiſterij
demōſtraret:infor mās electos ſuos ad cu/
ſtodiam humilitatis:poſt ea que de patre
predixerat:de ſeipſo ↄſequēter adiunxit di
cēs: Nec vocemini magiſtri:q2 magiſter
veſter vnus eſt xp̄s. Proprietas itaq3 pre/
dicādi:verbi eſt incarnati:cui tñ ſpiritus
ſanctus aſſiſtit:tanq̄3 is qui cuʒ eo miſſus
eſt celitus ab vno patre:vt perhibeat teſti
monium veritati:lʒ ꝓprietas ſpiritus ſan
cti ſilentium magis expetat q̄3 ſermoneʒ:
⁊ nequaq̄3 vociferando ingerat:ſed ſilēdo
inſpiret:Quis enim neſciat clericis colla
tum eſſe de iure predicationis officiuʒ:q̄d
ꝑtinet ad ſecūdā lyaʒ:monachis aūt ↄue
nire ſilentium q̄d ſpectat ad decorem Ra
chelis? Satis eſt longe a domeſticis fidei:
qui neſciat ſpiritualia munera abſq3 tran
quillitate ſilētij ꝑfecte ab aliq̄bus poſſide
ri nō poſſe:Quis enim inter verboꝝ ſtre
pitus ſalteʒ vel per modicas litteras diſta
re poteſt:ſparſo circa plurima intellectu?

Inde est ꝙ beatus ioãnes tũc secreta li/
bri huius contemplari meruit cum elon/
gatus a turbarum strepitu in loco solita/
rio relegatus erat vt doceret eos qui spiri
tales sunt ⁊ spiritaliũ donoꝝ vbera degu/
stare peroptãt: oportere elongari a frequẽ
tia populoꝝ: vt tanto deo per silẽtiũ vici/
niores fiant: quãto longius a mũdanis cu
ris fugientes discedũt. Et quidem circa il
los quinqꝫ sensus qui exteriores sunt: hu
manum magisterium necessariuꝫ est: siue
vt exerceat quis illos in operibus bonis:
siue vt abstinere studeant vigilãter a ma
lis: ꝙ sicut non parui laboris est: ita nec
spernẽdi muneris occasionẽ largitur. Cir
ca illa vero septẽ dona: quibus septẽ spũs
libri huius cõuenire noscunẽ: non taꝫ hu
mane lingue industria: ꝗꝫ gratia spũs san
cti: necessaria est: qui cum sit inuisibilis ⁊
simplex substãtia: ammoto vndiqꝫ vocis
strepitu: absqꝫ alicuius difficultatis obie/
ctu: vbi ipse vult inuisibiliter spirat: ⁊ si/
ne humane lingue suffragio operaẽ quod
libet. Nec ita paruipendẽda erat huius
causa mysterij: vt absqꝫ mysteriali exẽplo
pertransiret intacta: quin potius quo ma
ioris est glorie: eo sublimioribus figuris
in euangelicis oraculis cõgesta ẽ: vt p ea
que mirabiliter facta sunt: qd quottidie
accidat in ecclesia Christi: eodem eruditi
Lu. i. spiritu cõtemplari possumus. Helysabeth
sancta femina sterilis erat ⁊ si viruꝫ agno
sceret ⁊ haberet. Maria virgo fecũda: ⁊
tamen incognita viro. In vtraqꝫ ergo se/
cundũ hoiem desperatus conceptus: ni/
mirum ꝙ illa sterilis: ita ex quo cõcipet:
nõ cognouerat virum. Sed quid veritas
Ma. 19 dicit? Que impossibilia (īquit) sunt apud
homines: possibilia sunt apud deum. Cõ
cepit ergo mulier cognita ⁊ diu cognita
viro: de homine quidem: sed per deum.
Concepit ⁊ virgo incognita: non ex ho/
mine aut per hoiem: sed angelo median/
te: ⁊ idipsum nũtiãte de spiritu. Agnosce
nunc in zacharia predicatoꝝ ordinem: in
Helysabeth auditorum ecclesiaꝫ. Intelli/
ge in Joseph spiritales viros: qui iustorũ
collegijs prelati sunt: in maria spiritalem
ipsam ⁊ a mundo segregatam ecclesiam.
Laudaẽ pars Helysabeth si verbũ de libẽ
ter audit ⁊ frequenter attendit. Laudaẽ
pars marie si assidue in claustri thalamo
cõticessit vacans orationibus ⁊ psalmis
loquẽs sibi ipsi ⁊ deo suo in lectiõibus di
uinis querens apprehendere illud vnum
de quo dñs ait. Porro vnum est necessa/ Lu. 10.
riũ. Expectat tamẽ ⁊ ipsa angelum collo
quentem sibi spiritalẽ. s. predicatorem qui
loquaẽ sapiẽtiam inter perfectos: sermões
vtiqꝫ mysticos ⁊ spiritales: nõ hystoricos
⁊ carnales: non vtiqꝫ qui non pfectis: sed
paruulis in xpo conueniunt. Alialis hõ/ 1. Co. 2.
dem hõ non itelligit que sunt spũs dei: ac
per hec que contemplantur sancti eleua/
ti sepius in tertium celum carnalibus qui
hoies sunt: loqui nõ audent: ne forte in/
firmẽtur: coarctentur ⁊ corruant. Rara
ergo gabrielis locutio: sed tota de spũ esse
debet. Spũs inquit sanctus superueniet Lu. 1.
in te ⁊ virtus altissimi obumbrabit tibi.
Ne dicas doctorem non habeo qui mi/
hi per singula id quod legere possum:
explanet vbi spiritus doctor est: parua
verbi scintillula in immensum excrescit.
Et quia verbum charo factum est: ⁊ ha Jo. 1.
bitauit in nobis: ⁊ qui erat inuisibilis
pro sue simplicitate nature: per humane
assumptionem substantie: visibilis fieri
dignatus est: voluit per visibiles homi/
nes vocis mysterio personari: vt hi qui ar
chana diuinitatis penetrare contemplã
do non poterant: visibilibus ad sublimia
raperentur exemplis. Non sic autem spi/
ritales: non sic: sed quo illorum corda mũ
diora sunt. Eo per inuisibila Dei opera
que sibi viciniora sunt: in ipsum qui crea
tor est omnium: spiritalium oculorum
aciem intellectualiter figunt. Ut autem
istud facere queant: septem dona spiri/
tus eisdeꝫ necessaria sunt: que ab illo vno
spiritu: qui deus est: per singulos diui/
duntur vt libet: qui in die Pentheco/
stes effusus est in corda fidelium: eo
quod sit: ⁊ ipse manatio patris ⁊ filij:

sicut est ꝛ filius manatio patris: nisi forte mysterium manationis deo nato magis conueniat: spirationis autē ꝛ insufflationis spūi sancto: qui nobis ipe quoqꝫ dona sua inspirando distribuit: sicut per semetipsam veritas: sitientibus aquam viuam
Jo.8. de eo loquitur dicens. Si quis sitit veniat ꝛ bibat: ꝛ flumia de vētre eius fluēt aque viue. ¶ Qua in re notari aliquid vigilāter oportet: vz: ꝙ beatus ioannes qui typum plerūqꝫ gerit spūs sancti egressus ab ecclesia primitiua in qua spūs sancti gratia superfusa est septem ecclesijs que sunt in asia pfuisse: ꝛ in eisdē perfecto cursu certaminis sui apud vrbem Ephesum quieuisse cognoscitur: sicut ꝛ petrus Rome: q: ꝛ si ita oportebat petruz participare dono spūs sancti: quomodo ioānes qui pre ceteris diligebatur a xpo: vt ostendatur vinculum vnitatis: quod est inter filiū ꝛ spiritum sanctum: spāliter tñ xps iesus in illis requiescere visus est: qui partem humiliorē sectati sunt: spūs vero sanctus in his qui libertate letantur: qꝫ vt diuinis famulatibus vacare queāt: relicto mūdo ꝛ mū
Lu.10. di negotijs meliorez sibi partē elegisse noscuntur. Cum autez quinqꝫ ille ecclesie spālis christi hereditas facte sint quomodo septem de quibus hic agitur: spūs sancti videatur: q: de ratiōe illas potius xps: has aūt multo arctius spūs sanctus diligere. Quia tamē charitas non querit que sua sunt: sed que alterius: ꝛ illum se discipulū arctius diligere xps qui quasi pprius erat
Jo.21. spūs sancti: declaratur cuz dicitur. Discipulus ille quē diligebat iesus: ꝛ in illaz ecclesiam spūs sanctus prius descēdere voluit: que petro xpi vicario cōmissa est: ecclesiaz scilꝫ hierosolimitanaz cui xps a principio pfuit: ꝛ quam petro Christus ipse commisit dicens. Pasce oues meas: quemadmodum ꝛ de eo per eius coapostolum dici
Jo.2. tur. Quod operatus est petro in apostolatu circuncisionis: operatus est ꝛ mihi in
Gal.2. ter gentes. Fuit enim ecclesia ipsa prima ecclesiarum quinqꝫ que petro: vt supra diximus specialius commisse sūt: sicut ephesinam ecclesiam: primam ecclesiarum septem in partez sancti ioānis deuenisse scripsimus. Sic igitur Christus iesus amplexatus est: eum qui quasi proprius erat spiritus sancti: spūs vero sanctus honorauit eum qui quasi proprius erat xpi Jesu infundens illi abundātius dulcedinem charitatis sue: vt ipse pre ceteris coapostolis diligere dominum ꝛ magistrum. Sic duo filij ioseph: quorum primus designat latinos: secūdus grecos: pro eo. s. ꝙ ioānes iunior ad grecos missus est: petrus senior q ꝛ primus apostolus: ad latinos: secunduz quod ꝛ primogenitus manasses proprietate quadam attribuēdus est filio: effraim spūi sancto: amica contētione inter israel ꝛ ioseph ponderati sunt: vt quem ioseph preferre conaretur: iacob futurorum pscius benedictione postponeret: ꝛ econuerso: licet de loco suo nequaqꝫ amotus fuerit manasses: aut effraim de loco suo trans Ge.48.
latus ꝛ mutatus ad dexteram: sed tñ qui consistebat ad dexteram: manu sinistra tactus est: dextera vero qui manebat ad leuam: vt neutro patrum alteri ex toto cedente velut ex equo vterqꝫ prior: ꝛ vicissim inferior videretur. Intātum autem ꝑ prietas effraim collata est ioseph: qui manassem honorari amplius ꝛ preferri volebat: vt in libro isto manasses iter filios iacob principatum accepisse monstretur: dicē te de eo spiritu sancto. Ex tribu manasse Ap.7.
duodecim milia signati. Effraym autem cum ioseph sub vno principatu coniunctus ostendatur cum dicitur. Ex tribu ioseph duodecim milia signati: Qui enim nō ait. Ex tribu effraim: sed ex tribu Joseph: deuenisse effraim in sortē ioseph manifeste demonstrat. Si aūt manasses inter fratres duodecim iacob patriarche specialius attribuitur. Effraim vero Joseph. Quid est ꝙ ioseph manassen primogenitum honorari voluit statuens illum ad dexteram patris: Patriarcha vero iacob iuniorem effraim tangens illum dextera ꝛ preferens priori suo etiam renitente Joseph: nisi quia spiritus sanctus quem

designat Joseph illum magis populum
honorare conatus est: qui propius esse
Christi iesu iure primogeniti videretur.
Pater autẽ quẽ designat iacob inuictus
super hoc esse voluit: ne duobus modis
specialis populus esse inferior videretur:
ac per hoc spiritus sanctus qui procedit
a filio: minor esse patre ⁊ filio ab aliqui/
bus putaretur. Licet ergo vnigenitus dei
filius querẽs gloriam spiritus sancti: spe/
ciales ministros eius prerogatiua dilectio
nis attollat. Spiritus vero sanctus vicis/
situdinem honoris ⁊ glorie: eidẽ vnigeni
to diligẽter impendat: feliciorem tamen
extimandã dixerim partem quam Chri
stus vt predictum est inuincibiliter pretu
lit: ꝙ ex his que scripta sunt: ⁊ adhuc scri
bi possent prudẽs ac sollicitus lector eui/
dẽter intelliget. Sed cũ illi parti quam
paraclitus ꝓtulit attribuatur maior glo/
ria: felicitas ista que cui preferẽda sit: non
inuenio: nisi qꝛ ille populus letat̃ q̃ plus di
ligit̃ ẽt si is q̃ minus diligit̃ amplius hono
ret̃ ꝓ illo: qđ ex his frequẽter accidit eui
dẽter apparet. Fallitur aũt in hac parte
ambiẽtis iudiciũ: eo ꝙ ignoret penitus
vim amoris: sine quo nec regine sufficit
oĩs magnificẽtia sua. Et de hoc quid dicẽ
dum? Feliciorem se esse putat ⁊ est vxor
militis viro dilecta: vxore regis quam nõ
diligit rex: etiam si de gloria in nullo se le
sam fore queratur: nisi forte meretrix sit: ⁊
nec ipsa diligat eum a quo diligi spernit:
hñs occultos amatores suos apud quos
infeliciter putat se esse felicẽ. Qđ si ita est:
etiã nec isto modo impeditur ratio: quã
do, quidẽ ⁊ si prauum amorem felicitatẽ
extimet nihilominus tamẽ amorem felici
tatem putet: nec esse felicitatẽ: sed mise/
riam: vbi amor non est. Quo circa felicio
rem dixerim: partẽ ioannis qui plus ama
tur a Christo: parte Petri q̃ minus ama
tur: ⁊ si plus amet ipse: que tamen ⁊ ipsa
felix est: quia ⁊ si non equaliter: amatur ta
mẽ: ⁊ quod minus supplet amoris distan
tia: supplet prerogatiua glorie ⁊ maiestas
honoris. Datur deniq̃ lye sceptrum cui
negatur pulchritudo Rachelis: vt quod
minus habet in amore: suppleat in sobo/
le. Quia vero archanorum intelligẽtia il
li parti concessa est: que pertinet ad dile/
ctũ ioannẽ: non frustra de specialibus or
dinibus ꝑtinẽtibus ad ipsum sermo pre
currit: postponitur aũt de quinq̃ maiori/
bus: qui tempore ⁊ potestate prelati sunt:
vt ostẽdantur primogenita sublata esse a
filys Lye: data vero filys Rachelis: vt Mat.
sint primi nouissimi: ⁊ nouissimi primi: ⁊ 10.
discat omnis mundus subditus esse deo: 1. cor. 1.
⁊ non glorietur omnis caro in conspectu
eius. Non solum autem Manasse ⁊ Ef
fraim filys ioseph data sunt primogenita
iuxta paralypomenon: verumetiam ⁊ be Pa. 5.
niamin fratri ioseph data esse vidẽtur: in
hoc ꝙ prima sors inter septẽ cecidit Be Jos. 18.
niamin: cui similis est in nouo: Epheso
rum ecclesia. Ut enim legitur in actibus
apostolorum: fundata fuit ecclesia ipsa: ab
apostolo Paulo qui fuit de genere Be
niamin in qua ⁊ mãsit annis tribus: san Ac. 19
ctus autẽ ioannes supedificauit illam.
¶ Ubi ⁊ illud diligẽter obserua ꝙ quan
do inter Petrum ⁊ Joannem interponi
tur Paulus: tunc Petrus designat ꝑso
nam patris: Paulus filij: Joannes spiri
tus sancti: ⁊ ꝙ Paulus non superedifica
uit a principio in his que Petrus funda
uerat: fundauit aũt ipse ꝑ se: ⁊ supedifica
uit ioannes vnigenitũ dei patris in hoc
ipso designat: qui consumato veteri testa
mẽto: quod spãlius ꝑtinebat ad patrẽ: in
choauit testamẽtum nouum: quod spãli
us ꝑtinet ad seipsum: superueniet autẽ spi
ritus sanctus consumaturus q̃ inchoata
sunt ⁊ fundata a filio: vt compleatur il
lud quod ipse dicit. Adhuc multa habeo
vobis dicere: sꝫ non potestis portare mo Jo. 16.
do. Cum autẽ venerit ille spiritus veri
tatis: docebit vos omnem veritatem.
¶ Nunc itaq̃ vt in biuio positus: ꝑge
quo vis: Si incipis a prima parte libri ⁊
ꝑgis ad quintam: intellige in prima par
te: primitiuam ecclesiã in secunda: anthio
chenam: in tertia alexandrinã: in quarta

constantinopolitanā:in quinta romanā. i.quod per istas itelligit' quatuor:s.aialia et thronus dei:quorum intelligentia talis est. Ecclesia primitiua:significat id quod leo:ordinē:vz:prelatorū. Ecclesia anthiochena:id quod vitulus:ordinem:vz:martyrum. Ecclesia alexandrina id quod homo:ordinē:vz:confessorū:qui spāli nomine:doctores dicendi sunt. Ecclesia constātinopolitana:id quod aqla:ordinem:vz: sanctarum virginuz. Ecclesia Romana: id quod sedes:generalē:vz:iustorū ecclesiam:que in vinculo vnitatis et pacis diuersas mansiones in seipsa consolidat. In eo enim q̄ fuit ioānes in spū in dominica die:et vnigenitum dei patris qui est pnceps pastorum in gloria maiestatis:contēplatus est:satis ostēdit visionis ordinem ad diem resurrectionis dominice esse referendum:et ad ordinem pastorum qui primus est:q: et re vera pastoribus qui fortitudine fidei leones esse debēt:resurrectio dominica attribuitur: sicut et passio vel baptisma martyrib':natiuitas doctorib': ascensio contemplatoribus:aduentus spiritus sancti:in charitate seruētibus. Sin vero de specialibus ordinibus agendum est:ecce in prima hac parte libri in typo ecclesiarum septem designati sunt:vt fiāt

Ma.20 primi nouissimi et nouissimi primi:et precipue cum in hac visione ipsis prerogatiua ascribatur amoris propter sanctuz Joānem: qui eis velut in proprium datus est:quin imo propter spiritum sanctum: qui in eis specialius requiescit:queādmodum in septē crinibus Sansonis designatum est. Igitur quod ad carnem pertinet ab ecclesia circuncisorum: hoc est ab illo

Judi.6 populo qui carnaliter vixit inchoatum est:quod vero pertinet ad spūm sanctuz: ab ecclesia gentium:vbi nihil de lege carnis actum est: sed totum quodammodo de lege spūs. Ipsa est principalis:illa ephesorum ecclesia:que prima post anthiochenam in asia claruisse cognoscitur:hoc est post ecclesiam illā in qua sepius de iudaismo iurgati sunt ex circūcisiōe fideles: qd in ecclesia ephesina et reliqs sex vix vnq̄ accidisse legit: Nunc ergo de his ecclesijs agendum est:et de his que per illa significant:qliter illis spūs sanctus per ea que scripta sunt:futura pdixerat complens promissionem domini dicentis. Non enim

Jo.16. loquet a semetipso: sed quecunq audiet loquetur:et que futura sunt annuntiabit vobis. Ut q: nō omnes religiosi ordines vnanimiter aut equaliter currunt:que ecclesiarum septem laude vel obprobrio digna sit:ex his que scripta et pscripta sunt: p hoiem qdem:sed a spū sancto vnusqsq perpendat. ¶ Nota q dictū est. Quinq partes libri attribuende sunt qnq ecclesijs generalibus ptinentibus ad petrum: septē portiones prime ptis:septē spālibus ptinētibus ad Joannē:et tn similitudo qdā est iter generales et spāles:q: sicut i prima pte libri agit de oib' platis:ita et i prima portiōe prime ptis d qbusdā platis:et sicut in scda pte libri agit de oib' martyrib':ita in scda portiōe prie ptis de qbusdā martyribus:et sic de ceteris:excepto q in gnalib' qnari' nūerus i spālib' septenari' tenēdus est. At si ea que de sexto tempore prolata sunt:cuz de splendore vultus domini ageretur:prosequi volumus:ad tertium profecto statuz transmeare compellimur. De cuius tamen intellectu parum quid adhuc assignare sufficimus: q: qualiter ordo ipse futurus q erit in reliquijs iudeorum: et gentium ad instar ecclesie: que presens est:distinguendus sit:ita nos modo assignare nequius:quomodo que a tempore apostolorum vsq nunc in hac ecclesia gentium gesta sunt:a doctoribus primitiue ecclesie assignari non poterant. Hoc solum de predictis ecclesijs secūdū itelligentiam pertinētē ad tertium statuz notandū video:q sicut vita petri ptinet tm ad scdm statum:vita vero Joānis ad scdm et tertium:ita itellectua qnq ecclesiarum et qnq partiū generalium libri nō nisi ad scdm statuz retorquēdus est. Intellectus vero septem ecclesiarum et septem pportionū prime partis ad scdz et tertiū.

¶ Nota hic prudens lector: nota ⁊ discu
te vigilāter. Ut autem sciamus differen/
tiam intellectuum inter secundū ⁊ tertiū
2.cor.4 mundi statū: memoranda sunt verba pau
li qui claritatem euāgelici sermonis in se/
cūdo statu assignare studuit: haud dubiū
ꝙ respectu legis: ⁊ ex parte: non secundū
totū propter illud quod alibi ipse scribit.
1.cor.13 Ex parte enim cognoscimus ⁊ ex parte ꝓ
phetamus: cū autem venerit quod perfe/
ctuȝ est euacuabitur quod ex parte est: ita
2.cor.3. enim superius dixerat. Fiduciam talē ha
bemus ꝑ xp̄m ad deum: non ꝙ suff cien/
tes scimus cogitare aliquid a nobis quasi
ex nobis: sed sufficiētia nostra: ex deo est.
Qui ⁊ idoneos nos fecit ministros noui
testamēti: non litera sed spū: litera eniȝ oc
cidit: spūs autem viuificat: Quod si mini
stratio mortis literis deformata in lapidi/
bus fuit in gloria: ita vt non possent intē/
dere filij israel in faciem moysi: ꝓpter glo
riam vultus eius que euacuat: quomodo
non magis ministratio spūs erit in gloria.
Nā si ministratio dānationis in gloria est:
multo magis abundat mysteriuȝ iustitie
in gloria. Nam nec glorificatum est quod
claruit in hac parte: propter excellentem
gloriā. Si.n. quod euacuatur per gloriam
est: multo magis quod manet in gloria ē.
Habentes igitur talem spem: multa fidu/
cia vtimur: ⁊ non sicut moyses ponebat
velamen super faciem suā: vt non intēde/
rent filij israel: in facieȝ eius: quod euacua
tur: sed obtusi sunt sensus eorū: vsqȝ.n. in
hodiernum diem id ip̄m velamen in le/
ctione veteris testamēti manet non reue/
3.cor.3. latum: q̄m in xp̄a euacuatur. Sed vsqȝ in
hodiernū diem cum legitur moyses: vela
men est positum super cor eoꝝ. Cum aūt
conuersi ad deum fuerint: auferetur vela/
men. Dn̄s enim spūs est. Ubi autem spiri
tus dn̄i: ibi libertas. Nos vero omnes re
uelata facie gloriā domini speculantes: in
eandem imaginem transformamur: a cla/
ritate in claritateȝ tanq̄ȝ a dn̄i spiritu. Jō
2.cor.4 habētes hanc ministrationem iuxta quid
misericordiam cōsecuti sumus: non defici
mus: sȝ abdicamus occulta de decoris nō
ambulantes in astutia neqȝ adulterantes
verbum dei: sed in manifestatione verita
tis cōmendantes nos metipsos ad omnē
conscientiam hoium coram deo: ꝙ si etiā
optum est euangelium nostrū: in his qui
pereunt est opertū: in quibus deus huius
seculi excecauit mētes infidelium: vt non
fulgeat illuminatio euangelij glorie xp̄i: q
est imago dei. Nō enim nos metipsos pre
dicamus: sed iesum xp̄m dn̄m nostrū: nos
aūt seruos vestros per iesuȝ xp̄m: quoniā
deus qui dixit de tenebris lucē splendesce
re: illuxit in cordibus nostris ad illumina
tionē sciētie, claritatis dei: in facie xp̄i iesu.
Hec oia scripsit apostolus disputans de li
tera ⁊ spū: que siquis plene intelligit: satis
factū est ei de spūale itellectu: qui designa/
tus est in facie xp̄i iesu: qūo.s. lumē sit nec
tale quale in facie moysi designatum est: sȝ
multo amplius q̄ȝ distat inter lunam ⁊ so
lē. Hunc ergo intellectū ꝑceperūt aposto
li: sed ꝓpter impios ⁊ blasphematores
abscōditum est: iteruȝ vsqȝ ad tēpus: sicut 3.re.17
helyas qui abscōditus est annis tribus ⁊
quasi mēsibus sex: ⁊ iteꝝ manifestus appa
ruit. Et sicut stella quam viderāt magi in Mt.2.
oriente: ⁊ disparuit: ⁊ rursum circa finem
itineris ꝑsistentibus in fide ostensa est. Qr
igitur vt in tempore illo quo xp̄s venit in
mundum splēduit facies xp̄i cōpletis ab
habraam iuxta matheū: ⁊ a iacob iuxta li
terā testamēti veteris generationibus q̄/
draginta: sic ⁊ nūc splendere opȝ cōpletis
rursum in spiritu: generationibus q̄dragi
ta. Unde ⁊ q̄dragesimo die: a dn̄ica qua/
dragesime: velamen quod est inter chorū
⁊ altare ꝯsueuit auferri. Cogimur in bea/
to ioāne: nō solū cōtemplatores huius tē
poris accipere: sed ⁊ magnos illos viros
qui in exordio ecclesie reperti sunt: quoꝝ
ēt nōnulli ꝓphetie spūm habuisse legunt
salua sentētia illa qua dr. Ex parte enim 1.cor.13
cognoscimus: ⁊ ex parte prophetamus:
cum autem venerit quod perfectum est:
euacuabitur quod ex parte est. Quale.n.
erat illud ꝙ stellam magi in oriente vide/

runt:τ per eam natum xp̄m intellexerũt:
comparatione illius luminis:quod in fi/
ne consecuti sunt quãdo edocti per sapiẽ
tes τ scribas populi:non solum stellã quã
viderant in oriente viderunt: verumetiã
ipsam veritatem quam quesiuerant ocu/
lo ad oculuz cõtemplari τ cognoscere me
ruerunt. Nunc ergo intelligere est fuisse
etiam tũc viros intelligẽtes etiam preter
sanctos apostolos τ euangelistas qui pre/
dicare que audierãt τ viderant iussi sunt:
quod licet non ita lucide qũo in tertio sta
tu:sed quasi per speculũ in enigmate : se/
cũduz tñ ea que hic scripta sunt:laudaue
runt iustos:increpauerũt iniustos: pmise
rũt bona bonis:mala malis:alios suaden
tes blanditijs : alios terroribus perin//
gentes:ita vt sint inexcusabiles quicũqz
incorrigibiles reperti sunt τ qui surda au
re audierunt:quod per singulas ecclesias
in fine concluditur. Qui habet aures au/
diẽdi audiat quid spiritus dicat ecclesijs.
Sed iam nunc prestante deo ad contem/
planda earũdem ecclesiaruz mysteria ver
ba vertamus: vt quid vel laude dignum:
vel increpatione cõmeritũ a principio se/
cundi status vsqz ad presens:singulis an/
gelorum septem τ ecclesiarum suaruz.per
singula sex temporuz cõtigerit : elucescat:
τ sicut in presenti tempore experimento li
quet non ignorasse spiritum iesu ex his q̃
scripta sunt in hoc libro:eodem duce spi/
ritu comprobetur: vt non solum turbe gẽ
tilium que in fide precedunt: verumetiaz
iudeorum que secuture sunt cõsona:τ pa
Ma.21 ri voce cõfiteantur τ dicant. Benedictus
qui venit in nomine domini.

¶ Incipit de Angelo Ephesi. Cap. 2.

Te.1. ¶ Et ãgelo ephesi ecclesie scri
be. Hec dicit qui habet septem
stellas in dextera sua:qui ambu
lat in medio septem cãdelabro
rum aureorum.

Cum vnigenitus dei filius:de se q̃si
de alio loquens vniuersam electo/
rum ecclesiam ad dexteram suam collocã
dam insinuet dicens. Statuet quidẽ oues
a dextris suis:edos autem a sinistris:τ cũ Ma.25
ipsemet in alio loco dicat. Ubi duo vel
tres congregati sunt in nomine meo : ibi
sum in medio eorum . Quare non absur/
de:cur se vel solas stellas tenere dicat in
dextera sua τ non etiam candelabra septẽ:
aut cur se in medio candelabrorum aureo
rum : τ non etiam inter stellas ambulare
perhibeat. Sed in huius questionis enig
mate:consuetudo scripturarum emulan/
da est:que vnam eandemqz rem diuersos
plerunqz parere intellectus demonstrat:
secundum q̄ rote scripturarum pro impe
tu spiritus gradiuntur. Aliter eniz de spe
cialibus:aliter de generalibus iudicandũ
est. Sed τ aliter cuz scribitur vnus solus:
aliter cum secundus adiungitur:aliter cũ
id quod adiungitur minoris est pretij vel
dignitatis:aliter cum maioris:aliter cum
simplex τ simplex : aliter cum simplex τ Exo.3
multiplex in relatione ponũtur . De vno
τ eni solo spãliter agit:cuz in vno Moy
se loquente deo in mõte oreb:aliquid spe
ciale ac mysticuz designari sentimus. Qđ
si eidem moysi iungitur aaron:protinus
de re illa ad aliam itellectus discurrit. Eo
dem modo si de sarra agitur absqz agar:
pót sola sarra aliquid designare etiaz p̄ter
id quod significat cum ponitur in respe/
ctu agar. Cum vero eidem sarre assotiat
agar: ptinus mutat mysteriũ:sed nó qua
le est illud:cũ ei subtracta agar : subrogat
Rebeccha. Et hoc quidẽ de duobus sim
plicibus. De simplici aũt τ multiplici ser
mo est:vt cum ponuntur simul duo:quo
rum vnum ad personam:alteruz ad mul
titudinem refertur:vt sunt pastor τ grex
in testamento veteri:quorũ vnus plerun/
qz Christum:alius designat ecclesiã. Qui
hanc mysteriorum regulaz intelligere ne
quit: nescio siquis ei per singula loca in
quibus hec mutatio fit:satisfacere potest.
Qui autem non capit istud τ scrupulo/
sus est:discat prius audita credere:vt pos
sit suo tempore peruenire ad intellectum.

(Omnes angeli in hoc loco: oēs illi electi hoīes intelligendi sunt: qui et si nō sunt annumerati inter quinq3 ordines qui specialius ptinent ad ciuitatē: ptinent tn̄ ad suburbana et vicos: in qbus (vt ait qdā) cantabitur alleluia. Non q ibi sit aliqua murorū distinctio: sed spiritualium donorū magna pro meritis differentia. Oēs ergo in cōe deum laudant: qcunq3 sanctorū meritis adiuti: ad celestia regna puenire merent. Et quicqđ in se boni aut felicitatis pcipiunt: totum attribuūt creatori. Et notādum q turba martyrū principaliter laudat: turba vero ceterorū electorū respōdet. Amen. Et statim adiungit sup laudem illorū: q2 quo sancti martyres primo vicerunt: eo primo laudes dn̄o retulerunt. Et quo magis illorū laudes ad populorū notitiam puenerunt: eo multos emulatores et coadiutores in vbo vite habere ceperunt: confirmātes testimonio suo quod illi precurrendo predixerant. Cum eni3 viderēt electorū acies: patientiam sanctorū: et intelligerent vanam esse hoīum in hac vita salutē: et q illa sit tantūmodo vera salus: p qua gaudia mortalis vite sancti dei martyres contempserunt: et q illorū extincta corpora tam multis miraculorū signis gloriose prefulserunt: compuncti corde et aīo oēs pariter respōderunt. Amē. Uere est (inquiūt.) Uere est: q2 nō est vera salus nisi in deo solo q ministros suos coronat in celis: et presumētes de sua misericordia: etiam in presenti seculo claros et inclytos esse facit. Laudemus ergo illu3 et nos: et honorificemus Judi. 6
dicētes. Benedictio et claritas et sapiētia et gratiarū actio: honor et virtus et fortitudo deo nostro in secula seculorū amen. Bene

dictio (inquiunt) q: pius est: claritas: q: magnus: sapientia: q: prouidus: gratiarum actio: q: largitor bonorum: honor: q: dominus: virtus & fortitudo: q: solus potens est: & victoriosus per omnia. Et bene omnes angeli istud acclamare dicuntur: q: a sexti apertione signaculi & deinceps omnis pene mundus conuertetur ad dñm vt com
Esa.45. pleatur illud Esaye dicentis. Egredietur de ore meo iustitie verbum & nõ reuertet: q: mihi curuabitur omne genu & cõfitebitur omnis lingua. Sequitur.

T.5. ¶ Et respondens vnus de senioribus dixit mihi. Hi qui amicti sunt stolis albis: qui sunt & vnde venerunt? Et dixi illi. Domine mi tu scis.

¶ Unus est iste senior qui sciscitatur hoc. Ipse est Beatus Joannes: cuius est liber iste. Iste inquam sciscitatur. Ipse qui nos excitat ad intelligendum: & instigat ad palmam. Ipse est enim vnus & magnus de his viginti quatuor senioribus: nos autem sumus quos significat ipse. Dicat ergo nobis ipse qui scripsit: & nobis desiderantibus scire tam diu postulatus & pulsatus respondeat. Nam sequitur.

T.6. ¶ Et dixit mihi. Hii sunt qui venerunt ex tribulatione magna: & lauerunt stolas suas & dealbauerunt illas in sanguine agni.

¶ O btissimi dei martyres q strenue pugnastis in stadio: q̃ preciosa: q̃ felix mors vr̃a: que talem vobis prestitit immortalitatis victoriam. Siquidem preciosa in conspectu dñi mors sanctorum eius. Et qđẽ tribulatio magna: & pressura p maxima: sz tñ vera est scri
Ro.8. ptura que dicit. Nõ sunt condigne passiões huius tpis ad futurã gl'iam que reuelabit in nobis. O q̃ preciosa stola que lauat in sanguine xp̃i: q̃ iocũda: & q̃ decora vestis que nõ iterum polluẽda in aqs quorũcunq fluminũ: sz vt semp maneat in cãdore: lota est in sanguine agni. Nec mouere quempiam dz: q cruor nõ abluere: sz inficere solet: aut q sanguis vestem non candidam: sed rubram facit: quodq plerunq color rubeus magis peccati infectionem q̃ iustitie puritatem designat: q: sicut venenum veneno polluitur: & tamen vtrunq venenum: ita sanguis qui pro peccatis fusus est: peccata mirabiliter abluit: & polluta peccatis corpora emundando dealbat. Designari autem in stolis corpora: per seipsam veritas docet: cum dicit. Nõne anima plus est
q̃ cibus: & corpus plusq̃ vestimentum? mat. 6.
Reuera plus: q: illud figura: istud veritas: illud significat: istud significatur. Sed cum sancti martyres in sanguine suo baptizati sint: quo sanguini xp̃i ascribitur q abluti sunt: & non potius pprio sanguini quẽ p xp̃o fuderũt? Sz sciẽdũ est q postq̃ empti sumus sanguine xp̃i: & eius sacratissimo cruori cõicare cõcessit: etiã sanguis nr̃: sanguis eius effectus est: & si qđ hz meriti: effusio cuiuscũq cruoris: nõ nisi p ipsum actũ est: q dat pus fidelibus: exẽplo passionis sue: dedit tãdẽ eis vt paterent p eius noie: velle simul & posse: ac p hoc nõ ipsis: q passi sunt est attribuẽda victoria: sz ipsi
q dicit in euãgelio. In mũdo qđẽ pressurã Joã.16
hẽbitis: sz gaudeo q: ego vici mũdũ. Quãte autem pfecte felicitatis sit hr̃e istiusmodi stolas cãdidas: indicat cũ subdit. (Ideo sunt añ thronũ dei & seruiũt ei die ac nocte in tẽplo eius: & q sedet in throno: habitat sup illos.) Felices putãt hoies ministros regũ terre: & illorum seruiturẽ arbitrant dñũ. Et re vera ita est: quo ad vitam presentem: sm q fingit animalis homo: qui sola temporalia nouit. Etenim talis seruitus pro qualitate regni temporalis: magna extimatur libertas. Et beatos dicunt homines eos qui tali seruitute funguntur. Quod si hoc apud Principes & Reges mundi: cuiusmodi putas esse glorie seruire in libertate & letitia omnipotenti Deo? Et notandum q virgineus ordo ad libertatis gratiam: martyrum vero dum in mundo

est ad laborem vocatur: dicente imitatori bus suis vnigenito dei: qui dignatus est in Luc.12 seipso hanc ipsam suscipere seruitutem. Dico vobis amicis meis: ne terreamini ab hijs qui occidunt corpus: et post hec non habent amplius qd faciant. Ecce qualis seruitus et qualis labor incumbit sanctis martyribus in die belli: si quidem talis timor seruitutis est: et si sint dñi oium et heredes in xpo. Nec immerito a beato Stephano qui constitutus est ab apostolis cum socijs suis ministrare ecclesie: inchoatus est ordo iste: cum ministrare iuuenum sit: sedere senium: quorum quidem alter ad actiuam vitam: alter pertinet ad felicitatem quietis. At ne qs scandalizetur in hijs: respiciat partem istam datam esse xpo iesu: qui venit ministrare: nõ ministrari. Illam genitrici ipsius que nunq̃ ex quo peperit filium legitur alicui ministrasse. Ministrauit autem xps iesus et matri et nutritio et discipulis suis: vt nemo se in eo q̃ ministrat alijs putet esse despectum: sed magis ac magis proficiens in virtute: veram esse credat illam saluatoris sententiam: qua dicit. Luc.14 Qui se humiliat exaltabitur. Sed cum nulla sit in supna patria actionis materia et cum dicat Joãnes in fine libri: non se vidisse templum in illa ciuitate: et cum asserat portas eius aptas esse p diem: noctẽ vero nõ esse in ea: queritur qd sibi vult: cur hic dicit Joannes: seruire sanctos martyres oipotenti deo: hocq̃ die ac nocte et in templo eius: tanq̃ si sibi contraria scribere videatur. Sed sciẽdum est: q̃ in primo statu seculi huius similitudo altaris ostensa est in populo iudeorum: in scđo similitudo templi: in populo qui vocatur gẽtilis. In tertio: similitudo hierusalem: in populo iudeorum et gentium. Et q: nõ ad tempus illud refertur ista vox: in quo consumari opus hierusalem: sed ad istud in quo templum dei: qđ est ecclesia gentium: consumationem accipiat. In quo vz tpe lapides viui contunduntur extra vrbem: et nox tribulationis cum luce pmiscetur letitie: dictum est de sanctis martyribus: q̃ seruiant illi nocte ac die in templo eius: non qdem post finem seculi: cum cessabit seruitus et nox doloris: sed in oi tpe isto: quo pseuerat edificium templi: et ignis purgatorius aliquãtos affligit. Justum quippe est vt requiescant post mortem: qui hic cum adhuc in carne viuerent: in perturbatione fuerunt. Duplex ergo donum gaudij percipiunt: hij qui se tali modo conseruant militie xpi: q: et hic in successionem heredum sanguinis seruiunt deo die ac nocte: hoc est in prosperis et in aduersis in ministerio templi eius: vt per ipsos informent ad patientiam qui informandi sunt: vnde et qui sedet in throno habitat super illos: ac sicut ait dominus: gallina super pullos suos seruans Ma.13 et protegens illos iugiter a rapacitate miluorum: et in seipsis consumatis doloribus: sedẽ beatitudinis et quietis acquirunt. Unde et mox subditur.

¶ Non esurient, neq; sitiẽt amplius, neq; cadet super illos sol, neq; vllus æstus: quoniá agnus qui in medio throni est reget illos, & deducet eos ad vitæ fontem aquarum: & absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum. T.7.

¶ Tale est: ac si diceretur: qui ardorem vite huius sustinuerunt pro xpo egentes: an Heb.11 gustiati: afflicti: quibus dignus non erat mundus iamiam collocati in patria habebunt presentem regem suum: qui deducet illos ad fontem vite aquarum: haud dubium q̃ illarum aquarum: de quibus ipse iam dixerat. Qui sitit veniat et bibat: et de ventre eius fluent aque viue. Uerum hic quasi in Joã.7. peregrinatione: ibi quasi in patria. Quasi autem xps deducet illos: q: humanitas ipsius que semp erit presens ante oculos eorum: vt semp audeant confidere de bonitate dei: eternam in eis (vt ita dixerim) dabit

presumptionem. Qd ergo dictum est in
hoc loco de sanctis martyribus. Non esu
rient: neqꝫ sitient: ⁊ cetera que sequuntur:
Matt.5. tale est ac si diceretur. Beati qui esurierũt
⁊ sitierunt: q: saturabuntur. Beati quos
⁊ estus afflixit: q: refrigerij compensatio
nem accipient. Beati qui quondam gemi
tum habuerunt ⁊ luctum: q: gaudio sem
piterno ⁊ plena letitia ꝑfruentur. Qd au
tem dictus est dñs abstergere lachrymas
ab oculis eoꝝ: non ideo dictum est: q: ibi
sunt lachryme que abstergantur: sed q: se
mel eoꝝ lachrymis finem ponit: vt consũ
matis diebus luctus: sequatur gaudium
sempiternum.

¶ De apertione sigilli septimi.

Cap.8. T.1. ¶ Et cum aperuisset sigillum se
ptimum, factum est silentium in
cælo quasi media hora.

LOquens euãgelista Lucas de passio
ne Christi: cum mentionem faceret
de sanctis feminis: que respiciebãt locum
sepulture ipsius: adiecit ⁊ ait. Et sabbato
Luc.23 quidem siluerunt ꝫm mandatum. Silen
tium sacre sabbati: silentium est vite ꝯtem
platiue. Silent enim sancti ꝯsumatis my
Os.84. sterijs: vt audiant qd loquatur in se domi
nus deus scientes ꝙ idcirco trãseunt tem
poralia: vt sequantur eterna. Sic ⁊ in testa
mento priori: vbi agitur in libro Esdre de
restauratione hierusalem: mox silent cano
nice hystorie: ⁊ omnes pene libri propheti
ci gestorumqꝫ volumina sabbatizant: non
apparente aliquo: qui sicut vsqꝫ ad tẽpus
illud: succederet adhuc in continuatione
edendoꝝ librorum: eo ꝙ prope esset tem
pus beatum: in quo facturus erat dñs no
hier.31 uum super terraꝫ. Sic igitur ⁊ in testamẽ
to nouo: sabbatizare opꝫ sacra mysteria: cũ
ꝯsumata fuerint per ꝯcordiam: que in ve
teri testamẽto gesta sunt: datis singulis sin
guloꝝ apertionibus suis. Et q: dura sunt
corda hominum ad credendum: ⁊ obstina
ta vehementer ad fidem: ad increpãdam
impietateꝫ hominum impioꝝ: etiam iura
mento angelus qdam sub sexto angelo tu
ba canente: iurasse describitur: ꝙ tempus
iam nõ esset amplius: sed in diebus vocis
septimi angeli: cum ceperit tuba canere:
ꝯsumaretur mysterium Dei. Erit itaqꝫ ⁊
nunc silentium in celo: q: tempus exponẽ
daꝝ scripturarum ꝯsumatum erit: ⁊ cessa
bit huiuscemodi labor in ecclesia christi: lꝫ
alio modo predicare non desinãt. Mediaꝫ
autem horam arbitror vocari tempus il
lud: qd vocatur in scripturis: dimidium
tpis: qd. s. tempus quasi septimum erit: re
spectu trium tpum que in sex dimidijs tẽ
porum diuiduntur: siue ꝫm veritatem: sex
menses: siue ꝫm typicum intellectuꝫ: tem
pus illud septimum quod vltimis sex mẽ
sibus designatur.

¶ Explicit pars secunda: Incipit pars
tertia Libri.

¶ Et vidi septem angelos stan T.2.
tes in cõspectu dei: & datæ sunt
illis septem tubæ.



Quaꝫ occultus est
sermo dei: antequã
apiat xp̃s. O qꝫ ma
nifestus: cuꝫ lapis q
obsistebat aditui ap
paret reuolutus ab
hostio monumẽti.
Legimus i testõ ve Joã.20
teri: precepisse dñm
Josue intrãti in ter Josu.6
raꝫ repromissionis:
q̃tenus septem sacerdotes dñi cum totidẽ
tubis: insonãdo circuirẽt Jerico: preceden
te vꝫ exercitu sacerdotes: ⁊ sacerdotibus
archam: populo aũt subsequẽte. Sicqꝫ sex
diebus incedẽtes: semel in die clãgebãt tu
bis: ⁊ circuibãt muros Jerico: quousqꝫ se
ptimo die septies illud idem facientes: ab
hmõi labore circuitionis gescerẽt. Factuꝫ

est qđ iusserat dñs:⁊ ecce in circuitu septi
mo:septimi diei:muri Jerico corruerunt.
Qđ ergo significāt illi septem sacerdotes
cum tubis suis:hoc significant septem an
geli isti cū septem tubis que date sunt eis:
nimirꝫ qꝛ ⁊ sacerdotes dei:angeli dñi dicti
sunt:teste Malachia propheta:qui dicit.
mala.2. Labia sacerdotis custodiunt sciētiam:⁊ le
gem exquirent ex ore eius:qꝛ angelus dñi
exercituum est. Siue ergo septem angeli
in visione ista:siue septem sacerdotes in li
bro Josue:doctores testamēti noui qui pre
Josu.6 cones sunt in populo:veritatis designāt:
nimirꝫ qꝛ ipsoꝝ est proprium insonare tu/
bis:hoc est : alta voce proferre spiritualia
verba:⁊ vtiqꝫ ꝓcedentia ex angustijs litte
re:que significantur in tubis:excitare ve/
lut a somno torpentia corda hominum : ⁊
trepidantia in passione adhortari ad pal/
mam

¶ Miro aūt modo ordo ipse bellantium:
verbis paucissimis intimatus est:adeo vt
sub breui oratione : totius pene summa li/
bri in ꝓcinctu tangatur. Ecce enim prece
dētem exercitum:sequuntur cuꝫ buccinis
sacerdotes:quos ⁊ seqtur archa. Sed ⁊ ar
cham seqtur cōe vulgus : per qđ ordo ge/
neralis designatus est. Nec dubium ꝙ eū
dem exercitum principes populi precede
bant:⁊ si eoꝝ in eodem loco non videatur
facta mentio:vt trāsacto ex maiori parte si
gnaculo primo:tp̄s scđi signaculi aduenis
se videref. Neqꝫ enim in tota prima parte
libri huius de aliqua re ꝓprie tractādum
occurrit : preterq̄ꝫ de principibus populi:
qui sunt prelati ecclesiaꝝ. Nec in scđa pre/
terq̄ꝫ de exercitu sanctoꝝ martyrum : sed
neqꝫ in tertia parte:preterq̄ꝫ de angelis tu
bis canentibus ⁊ eoꝝ ꝯflictibus. Sane in
q̄rta parte libri:arche federis dñi:que vir
ginum designat ecclesiam:principalis mē/
tio facta est:sicut ⁊ in q̄nta templi taberna
culi : qđ multitudinem electoꝝ hoium in
populo prosequenti archam domini figu/
ratam designat.

¶ Considera ista prudēs lector:⁊ ꝑpende
quanti ponderis sit mysterium qđ tam fre-
quēs est in diuina scriptura : tam solēne ⁊
inclytum:in canonicis libris. Qꝛ vero de
ruina Jerico mentio inter cetera facta est:
libet ruine huius ꝑscrutari mysteria:vt ex
his que in vna ebdomada gesta sunt:ꝙ in
sexta etate mundi actum sit:vel agendum
contemplari possumus. Per sex dies sacer
dotes dñi:semel in die vrbem circumeunt
⁊ reuertuntur ad castra:qꝛ per singula sex
tꝑum:que vsqꝫ ad sexti sigilli aptionem in
labore ꝑtranseūt:doctores sancte ecclesie:
mundi predixere ruinam:⁊ tñ adhuc mū/
dus in sua stabilitate ꝑdurat. Quasi enim
singulis diebus manentibus in soliditate
sua muris:sacerdotes reuertunf ad castra:
cuꝫ nō valentes doctores presens ostēdere
qđ predicunt. Ipsi quoqꝫ qui predicūt rui
nam mundi:cogunf sicut ⁊ ceteri:presen/
tis vite oneri colla subire. Septimo vero
die:non semel:neqꝫ bis circuierunt vrbeꝫ:
sed septies idipsuꝫ iterādo fecerunt:⁊ hoc
ipsum in clangore solēni:atqꝫ in ipso septi/
mo circuitu:in quo sacer septenarius nu/
merus ꝯsumatus est:muri Jerico corrue/
runt:qꝛ sub septimo angelo tuba canente
adesse excidium regni mundani:doctores
sancte ecclesie:vna voce predicāt:idqꝫ iaꝫ
momentis assiduis:ac si gallus positus in
aurora:instantius pre solito crebriusqꝫ cla
mabunt. Nec illud moueat qđ in precedē
ti parte libri sub aptione sigilli septimi silē
tium in celo factum esse narraf:qꝛ illud di
ctuꝫ est quo ad predicationem hystoricaꝫ:
ſm quam euangelium xp̄i in sex tp̄ibus la
boriosis annunciaf mundo:in septimo au
tem erit quies:istud quo ad spiritualeꝫ in/
tellectum:qui q̄dem ſm partem in sex il/
lis tp̄ibus declaratus est in spiritualibus
viris:ſm vero plenitudinem sui:non nisi
in septimo manifestus erit:cum vꝫ inimi/
ci crucis xp̄i ꝯuertenf ad ipsum : cognita
spiritus veritate:haud dubium ꝙ ad pre/
dicationem eoꝝ:de q̄bus dr̄ in Daniele.
Docti in populo docebunt plurimos. Et Dañ.11
notādum ꝙ nō corruerunt muri Jerico:

nisi in septimo vel post septimum circui/
tum:et quasi (vt ita dicaz) in ꝯsumatione
diei:q: completis septem tꝑibus ab incar/
natione dñi: cum ruina Antechristi:ruet
pariter presens mundus:electi autez obti
nebunt illam requiem septime:et ad vlti/
mum octaue etatis:quaz repromisit deus
diligētibus se.Etenim septem illa tpa:sub
sexta ꝯtinenť etate:qua ꝯsumata:ruet mū
dus cum habitatoribus suis: et incipient
regnare veri filij israel.Quantum ergo ad
hystoricum sensum qui spiritualem obum
brat intelligētiam:adueniente septima ap
tione:silentium erit in celo. Quātum ve/
ro ad spiritualem intellectum:tunc magis
Esa.35. apientur oīa mutoꝝ: et lingue infantium
Exo.24 erunt deserte.Unde et in Exodo scriptum
est.Cum ascendisset Moyses in montem
Synai:opuit nubes montem:et obumbra
uit gloria dñi sup Synai:tegens illum nu
be sex diebus: septimo autem die vocauit
eum dñs de medio caliginis.Sex quippe
diebus deus oipotens montem Synai ca
ligine texit: q: donec compleanť sex tpa:
de qbus sepe loquuti sumus:tam vetus te
stamētum:ꝗ̄ nouum:littere obscuritas ac
si quedam nubes obumbrat: adeo vt do/
ctores ecclesie designati in Moyse:nō pos
sint videre interim ꝯsilia dei:nisi per specu
lum in enigmate. Septimo autem die vo
Exo.2. cauit dñs Moysen de medio caliginis: et
inuitauit ad cernēdam lucem:que ipse est:
q: cum tp̄s septimi angeli tuba canētis ad
uenerit:videbunt hoies de deo suo:multa
que hactenus latuerunt:et agnoscentes ve
ritatem dei:a labore quiescent. Et qdem a
sexto tpe sicut ostendetur inferius:claritas
hec aliquibus apparere incipiet:nec tñ eo
modo quo in tpe septimo:q: qd̄ prius per
paucis ꝯceditur:vt testimonium phibeat
veritati:paulopost apparebit multis:vt to
tius dubietatis auferatur obscuritas. Nisi
eniz vsq: modo:et vsq: ad tp̄s septimi ange
li tenebre essent sup faciez abyssi: nequaꝗ̄
Gene.1 tot hereticoꝝ species p singulos angelos
ad ꝯflictum venirent: q: ꝓfecto ille errat
a veritate qui non intelligit scripturas et
virtutem dei:qui nesciens semitas myste/
rioꝝ dei:ignorat vnde veniat:aut quo va/
dat.Unde et quibusdam hereticis veritas mat.22.
ipsa dicit. Erratis: nescientes scripturas:
neq: virtutem dei.Igitur ignorātiam:ma
trem esse ꝯstat erroris. Sed tñ veniale est:
si non defendit aliquis errorem suum: si
querit qui se arguat et reducat ad viā.Qd̄
q: facere noluerunt aliq: ꝯuenerunt in se/
ctas:et ſm ea que scripta sunt in hac tertia
parte preliaturi aduersus pios doctores:
ac si equi preparati ad preliuz instinctu dia
bolico inire certamen.Sequitur.

¶ Et alius angelus venit & ste/ T.3.
tit ante altare habēs thuribulum
aureum in manu sua: & data sūt
ei incensa multa:vt daret de ora
tionibus sanctorum super alta/
re aureum, quod est in conspe/
ctu dei.

¶ Memorari oportet in hoc loco quod
premissum est de septem partibus:in prin
cipio libri.Diximus enim ꝙ singule quin
que partes:sic sunt certis specialiter depu/
tande tpibus:vt tñ generaliter ad omnia
septem tpa referanť. Mysterium ergo pre
dicationis dñice vnde sumpserit principi/
um:ex verbis suprascriptis luculenter ap/
paret. Angelus sane iste qui obtulit sacrifi
cium deo patri:ille est sacerdos magnus q
constitutus est a Deo ſm ordinem Mel/ Hebr.6
chisedech vt esset Pontifex in eternum.
De quo videlicet Angelo per Prophe/
tam scriptum est.Et statim veniet ad tem Mal.3
plum sanctuz suum dominator quem vos
queritis:et Angelus testamenti quem vos
vultis. Thuribulum aureum quod ha/
buit in manu sua:significat Sacrum Cor
pus quod assumpsit ipse de Uirgine: vt
haberet in semetipso quod offerret pro no
bis et daret deo viuo et vero incensum et li
bamen orationum nostraruz. Qd̄ vz thu/

ribulum aureū: bene in manu sua habere angelus dictus est: q: in cuius manu sunt oēs fines terre: erat haud dubiū z corpus eius: vt duceret illud quo ipse vellet z vteref eo pro arbitrio suo. Altare aureum ante qd stetit angelus vt offerret incēsuz: paruum illum designat iustoꝝ numeꝝ qui de veteri testō collectus erat: quiqz de aduentu ipsius angeli ꝓphetando predixerat: z vsqz ad passionem z ascensionem ipsius in aliq̄ztis electoꝝ reliquijs: ꝑseuerare donatus est: vt non prius deficeret Judeoꝝ electio: q̄z gentium multitudo (que ambulabat in tenebris) vidēs lucem magnam cōuerteref ad deum. Ex illo numero fuerūt illi cētum viginti: q oēs viderunt xp̄m in mūdū aduenisse: z in pn̄tia ecclesie: crucis suppliciuz ptulisse. Unde z ante altare aureū stare angelus dictus est: q: in ꝯspectu illius ecclesie passus est xp̄s: que prius etiā q̄z idem xp̄s veniret in mundum: per legem z circuncisionem: in fide vnius dei z ꝯfessione ꝑmansit. Unde z eidem ecclesie per psalmistā dī. Dux itineris fuisti in cōspectu eius. In ꝯspectu q̄ppe ecclesie: dux itineris xp̄s fuit: q: vt iter passionis ostenderet: per qd itur ad deuz: nō in clanculo z seorsum passionem subijt: sed in ꝯspectu ecclesie crucifixus est. Oportuit enim illū exaltari in cruce vt videretur ab oībus: z morsus serpentinus qui occidebat incautos: eius potentia curaref. Stetit ergo angelus ante altare: z incensum sibi datum a multis: obtulit solēniter deo patri: q: vota z suspiria iustoꝝ oīum: in eo vniuersaliter collecta sunt simul: vt ea ipse offerret in cōspectu altissimi. Qui enim volunt preces suas coram regia effundere maiestate: talē sibi aduocatum inuenire desiderant: qui pro merito bonitatis sue audiatur a rege: z cuius nō auertaf facies ad ea que postulat impetrāda. Sic z vniuersi viri iusti testamēti prioris: magnum hūc sacerdotem affutuꝝ expectabāt in mūdum: qui fieret mediator inter deum z hoies: z esset aduocatus ꝑ peccatis eoꝝ. Unus est aūt ange

Esa. 9. — Ps. 79. — 1. ibi. 2.

lus: vnum thuribulum: s; incensa multa. Unus est mediator dei z hoiuz xp̄s iesus: vnum corpus eius qd traditum est ꝑ nobis: vota aūt z orationes iustoꝝ multe: q: multi sunt fideles: z multe catholicoꝝ ecclesie. Sed quare sup altare? Q: nō solum passio xp̄i ꝓsuit nobis: ad pulsandas pro peccatis nostris: aures miserationis diuine: verūetiam fides z merita p:ecedētium iustoꝝ: quoꝝ noīa scripta sunt in libro vite: z opera ꝯsignata in ꝯspectu dn̄i: necnō z suffragia illoꝝ z preces: non q: non sufficiat ad oīa xp̄s: s; factus hō pro salute nostra: voluit in ope pietatis: pios hoīes habere ꝯsortes. Non enim solus xp̄s intercedit ꝑ nobis: z si solus obtineat: qd alij nō merētur: nec solus est aduocatus nr̄ apud patrem: verūetiam cum ipso z per ipsum: oīum iustoꝝ: qui nos in regno dei precesserūt: cohortes. Alioqn si hoc non est: decipitur (qd absit) z errat vniuersa ecclesia: que quottidie sanctoꝝ suffragia ꝯfidēter expostulat: vt ipsi qui iam sunt reputati inter amicos dei: intercedāt pro nobis ad dn̄m deum nostꝝ. Nec alienum est ab hac fide: q: illoꝝ venerādas reliquias in sacris altaribus collocamus: sciētes illud qd ipse ait. Uolo pater: vt vbi ego suz: illic z minister meus sit. Quo circa sup altare oblata sunt incēsa z suscepta ab angelo: cui data sunt: z fumus incensoꝝ ascēdit in ꝯspectu dn̄i: q: gratia dn̄i nostri iesu christi singulari z multiplici sanctoꝝ intercessione actuz est: vt gemitus z preces electoꝝ oīum: peruenirent ad deum: z absoluerentur a peccatis eoꝝ. Dum enim ꝯueniunt simul in vnuz: incensum qd offerf z ignis: fumus pariter z calor ex vtroqz ascēdunt: q: duo sunt: vz precepta charitatis: amor. s. dei z proximi: quoꝝ alteꝝ hic in thure: alteꝝ designatur in igne. L; aūt z illis electis: qui iam nūc in patria collocati sunt: z illis quos adhuc presens seculum in carne retinet: vtrunqz donuz spiritus presto sit: nec hi tn̄ qui sunt in exilio: ꝑfectionem amoris Dei: sicut in patria habere possunt: nec illi qui sunt in

Joā. 12

patria illa eo modo quo in exilio isto effe/
ctum amoris ꝓximis ostẽdere queunt: qꝛ
illorum est magis compati miseris: qui ad
huc ex aliqua parte eadem sentiunt passio
nem. Quo circa vt ꝓprietas amoris proxi
mi designati in hoc loco in thure: illis qui
sunt adhuc in incolatu isto ascribit: ita ꝓ/
prietas amoris Dei designati in igne: illis
qui sunt in patria attribuenda est. Quasi
autem sup altare offerunt viri iusti incen
sa: vt in igne altaris succendantur simul
cum his qui ꝯstituti sunt ad intercedẽduȝ
pro populo: orant pro eo sanctos Dei: qui
iam sunt mole carnis exuti: vt ipsi interce/
dant pro eis apud oipotentem deum: sciẽ/
tes ꝙ tãto facilius possunt impetrare que
postulant: quanto accensi igne charita/
tis dei: vnus cuȝ eo spiritus facti sunt. De
niqꝫ incensoꝝ oblatio: que nõ posset per se
ipsam resolui in odoreȝ fumi: per virtuteȝ
ignis qui leuioris est nature: rapit in sub/
lime: ꝛ veluti quedam leuis nebula eleuat
in altum. Sicsic dum fidelis oratio eoruȝ:
qui ꝛ si diligunt ꝓximos: tñ adhuc carnis
mole grauantur: iungitur illoruȝ orationi
qui iamiam ꝯstituti in plenitudine liberta
tis ardent ꝑfectius amore dei: accidit: vt
vtraqꝫ simul oratio ꝑueniat ad clementeȝ
deuȝ: ꝛ exaudiatur altera per alteram: duȝ
due incipiunt esse vna. Confert ergo ali/
qd altare: ꝯferunt ꝛ incensa: sed nihil sine
angeli mysterio: nihil sine opere Jesu: qꝛ
1.cor.3. neqꝫ qui plãtat est aliquid: neqꝫ qui rigat:
sed qui incrementum dat Deus. Nam se/
quitur.

C.4. ¶ Et ascendit fumus incenso/
rum de orationibus sanctorum
de manu angeli coram deo.

¶ Incẽsa sunt orationes in humana men
te ꝯcepte. Fumus est ꝯfessio oris: de qua di
Ro.10. cit apostolus. Ore autem ꝯfessio fit ad sa/
lutem. Est aũt ꝯfessio peccati: de qua dicit
apostolus Jacobus. Cõfitemini alterutꝛ
peccata vestra: ꝛ est ꝯfessio laudis: de qua
mat.2. dicit filius patri suo. Confiteor tibi pater:
dñe celi ꝛ terre. Ipse ꝯfitetur: ipse orat: ipse
interpellat pro nobis: ꝛ offert illi incensa
orationum nostraꝝ. Nec interuallis tpum
eguit ad offerendas singuloꝝ orationes:
sed semel fecit hec qui potest oia: introiens
per semetipsum semel in sancta eterna re/
demptione inuenta. Quo circa fumus in/ heb.9.
censoꝝ ascendere in ꝯspectu Dei de manu
angeli dictus est: qꝛ per opus pietatis ꝛ iu
stitię quod operatus est Christus: actum
est: vt oratio miserorum (qui nihil per se)
poterant promereri perueniret in conspe
ctu dei: omnibus quidem quiescentibus:
ꝛ vno sese opponẽte pro multis. Sed post
quam angelus incensum obtulit: quid ad/
huc fecerit: audiamus.

¶ Et accepit (inquit) Angelus C.5.
thuribulum & impleuit illud de
igne altaris & misit in terram.

¶ Unigenitus dei filius thuribulum ac/
cepisse dicitur: qꝛ corpus quod pro nobis
moriendo posuit: resurgẽdo suscepit. Hoc
est enim illud quod ipse ante predixerat.
Nemo tollit animam meam a me: sed ego Joã.10
ponam eam: ꝛ ego iterum sumo eam. Qd̃
autem dicitur idem Angelus impleuisse
thuribulum de igne altaris: magna que/
stio est: ne quis putet homineȝ Christum
Jesum: tunc primo accepisse spiritum san/
ctum: quando resurrexit a mortuis: preser
tim qꝛ eodem die legitur insufflasse aposto
lis ac dixisse. Accipite spiritum sanctum:
quorum remiseritis peccata: remittuntur
eis. Sed multa sunt que notari oporteat: Joã.20
quare hoc dictum sit: vt intelligatur illud
quod Joãnes ait. Spiritus nondum erat Joan.7
datus: qꝛ Jesus nondum fuerat glorifica/
tus. Quãdo autem glorificatus est? Haud
dubium: ꝙ in die pasche: in quo ꝛ resurre
xit a mortuis. Uis scire ꝙ ita est? Audi
ipsum dominum cum duobus discipulis
die ipso: loquentem ꝛ arguentem eosdem
discipulos: ac dicentem. O stulti ꝛ tardi
corde ad credendum in omnibus que lo/
quuti sunt prophete. Nõne hoc oportuit

pati Christum & sic intrare in gloriam su/am? Die namq; illo introiuit in gloriam suam: & mox promissionez quam accepit: effudit sup electos suos effusionis adhuc plenius in die Penthecostes bis sane sub eodem tempore glorificatus est Christus: bis pmissionem quaz accepit effudit. Primo cum resurgens ab inferis: venit ad superos: secundo cum cernentibus suis remeauit ad celum. Et primo quidem cum adhuc esset in terra: dedit illis spiritum velut e terra: secundo cum resideret in celorum quasi de celo plenius & solemnius misit. Quare autem non prius: sed postq̄ glorificatus est Christus: nisi quia nolebat hoc facere tempore humilitatis sue: ne prius videretur querere gloriam suam: q̄ impleret ministerium humilitatis: pro quo & venerat in hunc mundum: fm q̄ faciunt illi qui volunt gloriari ante tempus: nolentes per tollerantiam passionum esse imitatores patientie Christi? Si eniz prius ostēderet omnipotentiam suam: quomodo sustineret opprobrium passionis: quādoquidem si cognouissent eum homines: nun/
1. cor. 2. quam regem glorie crucifixissent. Ergo & qui volunt videri sancti anteq̄ sint: appa ret q: nolunt vituperari & despici ab hominibus sicut Christus: sed magis gloriari & extolli: vt se ostendant esse membra illius:
1. thes. 2 de quo dicit Paulus. Qui extollitur & aduersatur supra omne quod dicitur Deus: aut quod colitur: ostendens se tanquaz sit deus. Abutuntur autez qui eiusmodi sunt auctoritate illa domini dicentis. Ut videant opera vestra bona: non attendentes q̄ non ait dominus. Et glorificent vos: sed
matt. 5. glorificent patrez vestrum qui in celis est: nec memorantes illius sententie qua dictum est per Psalmistam. Dominus dissi/
ps. 52. pabit ossa eorum qui hominibus placent: confusi sunt: quoniaz deus spreuit eos. Ne autem fingant se non posse capere diuersitatem sententiaruz: non sunt contrarie sententie iste sicut ipsi putant: sed cum quasi per triginta annos: & eo amplius operati fuerint omnem iustitiam coram solo deo: idest quousq; sint fundati & radicati in omni humilitate. Siquidem per triginta ser me annos occultauit idem dominus gloriam suam: tunc sciant licere sibi ostendere hominibus opera sua: & hocipsum non repente: sed paulatim sicut fecit idem magister verus qui de celo descendit: vt videant homines opera illorum bona: & glorificent patrem suum qui in celis est. Sed & tunc summopere caueant sibi: ne se putēt: aut ostendant habere aliquid quod nō acceperint: sed studeant imitari hoiez Christum Jesum: cui dictum est per Psalmi/ ps. 67.
stam. Ascendisti in altum cepisti captiuitatez: accepisti dona in hominibus: & de quo dictum est per Petrum in actibus aposto Actu. 2
loz. Dextera dei exaltatus: & promissione spiritus sancti accepta a patre: effudit hūc quem vos videtis & auditis. Jta autem dictus est filius accipere aliqd a patre: etiaz fm q̄ deus est: quomodo dicit ipse de spiritu sancto. De meo accipiet: & annunciabit vobis. Secundum vero q̄ est homo: lōge Joā. 16
alio modo dictus est accepisse dona spiritus sancti: ad hoc vt effunderet in membra sua: non q: ip se non habeat adhuc qd̄ daret: q spiritu sancto erat repletus ex vtero matris sue: immo qui habebat illum semp in se sicut spiritum suum: sed vt auctrix donationis intelligat diuinitas que Jaco. 1.
dat omnibus affluēter & non improperat. Si enim fm diuinitatez suam a patre suo se dicit habere id quod hz: qm̄ ab ipso est: quāto magis fm humanitatem dicendus erat: hoc vel illud accepisse a patre: ostensa qdem infirmitate nature nostre: quam accepit a matre: sz nō exclusa auctoritate glorie: quaz ipse sicut deus oia potest cum patre. Tanta nempe est auctoritas patris: vt nil credatur habere filius: qd̄ non habeat a patre: tanta equalitas filij: vt oia que hz pater: eque sint filij: vt & patris. Si autem omnia que hz pater: eque sint filij: vt & patris: quare dictus est filius accepisse temporaliter promissionem a patre: nisi vt in/

telligat manere semp in celis: qd fieri pro salute nostra semel est dignatus in terris? Non solum autem: verumetiam vt qua reuerentia debeat mortalis homo honoris sui culmen attendere: exemplo tanti magistri prouidenter agnoscat ne quando per malum ingratitudinis eleuatus: corruat: et sequens eum qui de celo cecidit: similem per superbiam patiatur ruinam. Quid (inquit) Apostolus habes quod
1.cor.4 non accepisti? Si autem acceperis quid gloriaris quasi non acceperis? Hoc enim fecit ille qui non stetit in veritate: et ideo
Joã. 8. de bono Angelo: factus est Diabolus: et Sathanas: volens obtinere tyrannide quod noluit humiliter possidere. Sicut ergo vnigenitus Dei filius: non pro se baptizari voluit: sed pro nobis: nec pro se vi
Joã.1. dit spiritum sanctum super se venientem: sed pro nobis: nec pro se subijt crucem: aut resurrexit a mortuis: sed pro nobis: ita nõ pro se dictus est accepisse promissionem hanc a patre: sed pro nobis: quibus accepit: vt sciamus quo ordine: et quibus gradibus eundum sit nobis de virtute in virtutem: accipientes in singulis dona spiritus: quousque ipsi quoque sublimati in altum: possimus ex ipso et per ipsum discipulis veritatis: effundere verba vite: et amantibus vnitatem: doctrinam impendere spiritualem. Cum enim fideles quique baptizantur in Christo: tunc incipiunt habere id quod designatum est in Columba Columbe siquidem in principio mundi: sicut et Aues cetere de aque substantia processerunt. Columba igitur siue aqua: simplicem que decet simplices et adhuc in Christo paruulos: doctrinã designat: (hoc est) illam doctrinam: quibus instituuntur qui paruuli sunt in Christo: non quidem in verbis spiritalibus: sed secundum hystorie veritatem. Cum autem incipiunt esse viri et apti ad doctinam spiritualem: secundum eius doctrine modum: que vocatur typica vel moralis: tunc incipiunt habere magnum illud donum: quod designatum est in insufflatione domini: que facta est ad Apo-
stolos in die Pasche. Cum vero deseren- Joã.20
tes semetipsos: rapiuntur supra se ad contemplanda celestia: vt aliquid de igne amoris Dei: incipiant in spiritu persentire: et ipsa que sentire donantur: conceduntur digne eloqui preparatis ad ignem veluti scintille ardentes egrediuntur ab eis: quibus corda audientium inflammentur: eo quod non ipsi sint qui loquantur: sed spiritus Jesu qui loquitur verba sua in eis.
Non enim (inquit) vos estis qui loqui mat.10.
mini: sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Probatum est hocipsum in verbis Petri: de quo dictum est in
Actibus Apostolorum. Adhuc loquen- Act.10.
te Petro: cecidit Spiritus Sanctus super omnes qui audiebant verbum eius. Hec igitur est causa mysterij: cur Dominus noster Jesus Christus dictus est quibusdam certis temporibus accepisse Spiritum Sanctum qui eum semper habuit in semetipso: quatenus qui Dei et hominum mediator erat: hoc videretur petere propter nos: homo. s. propter homines a patre Deo: quod ipse secundum quod Deus erat: habebat cum eodem patre ante omnia secula. Ut enim de vsu humano aliquid loquamur. Si filius alicuius Regis haberet ex parte matris fratres aliquos vterinos: qui non sibi attinerent ex parte Patris: non posset illis filius absque voluntate et licentia Patris: paternam communicare substantiam: et eos sibi in possessione paterna facere coheredes. At si motus pietate carnis sue cuperet eos sibi facere coheredes: rogaret vt sibi Pater largiretur in Fratribus: quod ipse iure hereditario possideret: feliciter in semetipso: reputans sibijpsi: quicquid pro eis acciperet ipse sibi. Petijt ergo filius pro Fratribus suis: et accepit quod petijt pro eisdem: vt videlicet: sibi Pater largiretur in Fratribus: quod iure hereditario haberet in semetipso: reputans (vt iam dixi) sibijpsi donari

quicquid pro eisdem fratribus accepisset a patre. Si enim fm q ipse dicit in euange-
Luc.10 lio. Omnis qui petit accipit: z omnis qui querit inuenit: quāto magis ipse filius nō potest fraudari a prece sua: qui quasi vnigenitus amatur a patre? Nec loquēdo sicut nos facimus: petit super hoc filius patrez suum: sed petitiu ipsius: compassio ipsa est qua compatitur nobis tanq̄ȝ corpori z carni sue: z exauditio patris eius est complere filij voluntatem. Bene ergo dictum est
Ps.67. per psalmistam. Accepisti dona in hominibus: q: qui in se habebat oia sicut deus: in nobis accepit aliquid sicut homo: vt esset primogenitus in multis fratribus. Quocirca z si thuribuluȝ aureum: corpus illud Christi significat: quod tertia die resurrexit a mortuis: z die quadragesimo ascēdit in celum: nihilominus tamen duodecim viri quos ideȝ summus pastor z verus pōtifex operis sui vicarios esse fecit: cuȝ ipso pariter in hoc mysterio intelligendi sunt: vtpote qui ante omnes cōmortui fuerunt cum ipso z corresuscitati a mortuis: quiq; cum eo ascendente in celum pariter ascenderunt: ita vt securi ex eo tempore dicere
Phil.3. possent. Nostra autem ꝯuersatio in celis est. Ergo z ipsi primi discipuli igne spiritus sancti repleti sunt: fm q z apparuit in die pēthecostes qñ apparuerūt illis dispartite lingue tanq̄ȝ ignis: seditq; supra singu-
Actu.2 los eorum. Tunc inq̄ȝ repletum est thuribulum igne altaris: vt effunderetur in terram: quatenus in omneȝ terram exiret so-
Ps.18. nus eorum: z in fines orbis terre verba eorum. Non ergo sic simpliciter est accipiendum id quod dictum est per psalmistam. Ascendens in altum cepisti captiuitatem:
Ps.67. accepisti dona in hoibus. Nec illud quod
Actu.2 dicit Petrus. Dextera dei exaltatus: z repromissione spiritus sancti accepta: sicut
Luc.4 nec illud quod dicit euangelista. Jesus autem plenus spiritu sancto regressus est a Jordane: quasi tunc primo repletus fuerit spiritu sancto: q: quod spiritualiter dictuȝ aut factum est: spiritualiter est z intelligendum. Spiritus (inquit) dominus est qui Joā.6.
viuificat: nam caro non prodest quicquaȝ. 2.cor.3.
Et apostolus. Littera occidit: spiritus autem viuificat. Dixerat dñs Judeis. Qui Joā.6.
manducat carnem meam z bibit sanguinem meum: habet vitam eternam. Quod cum audissent multi discipuloꝝ: abierunt retro non intelligentes q diceret paneȝ z vinum transubstātianda spiritaliter in corpus z sanguinem suuȝ: sed putantes se carnem domini simpliciter manducare: z sanguinem simpliciter bibere. Eodem modo accidit multis non intelligentibus: quid ad qd quare dicatur: nec valentibus scrutari verba spiritualia: eo q animalem habeant intellectum. Unde apostolus. Animalis homo: non intelligit: que sunt spiritus 1.cor.2.
dei. Quapropter qui spiritualis esse cupit: dȝ verba z opera xp̄i: spiritualiter intelligere: fm q ipsa verba vel opera: spiritus z vita sunt: quatenus per ea que dicuntur fm litteram: alia que sint similia potius q̄ȝ eadem intelligere studeat: z de his que figuraliter dicta sunt: ad ipsam ptingere veritatem. Non ergo tam pp ipsum Christum dictuȝ est a Petro. Dextera dei exaltatus z pmissione spiritus sancti accepta a patre: effudit hunc quem vos videtis z Actu.2
auditis: cum pp summam vnionem qua vna psona est xp̄s in duabus naturis: nō posset non habere humanitas eius: quod habebat diuinitas: sed ppter eos in qbus accepit: nisi forte dicat aliquis: ita esse accipienduȝ quō: illud qd ait idem dñs de spi Joā.16
ritu sancto. Ille me clarificabit: q: de meo accipiet: q̄ȝuis z hoc ipsum resolutione indigeat: cur ille de futuro accipere aliquid dictus est: qui semp cum patre z filio hȝ omnia sicut deus: vt vȝ: non pro se dictuȝ accipiatur: sed pro his qbus acciperet ad annunciandum fidelibus: sicut quondam apostolis qui predicare in gentibus missi sunt. Aut si hoc ad eternam acceptionem referri potest: quod de tempore futuro dictum esse videtur: cur non eodem modo id quod in Christo de preterito

Ps.67. dictuz est. Accepisti dona in hominibus:
de eterna acceptione dictum fore accipia/
tur. At illud nolunt aliqui accipere: de tē
porali acceptione: q: spiritus sanctus de/
us est ⁊ non hō: istud volunt accipere de
tpali: q: filius dei vnigenitus: ⁊ deus est ⁊
hō: nō attendentes ꝙ in simili cā dicti: si
milis sit cā dicendi. Quo circa si illud de
eterna acceptione dictum est: ⁊ istud. Si
illud de tpali: ⁊ istud. Si autem de tempo
rali acceptione dictum est vtrūqꝫ: qd̄ ve/
rius creditur: cum stare hoc non posse vi
deatur simpliciter de spiritu sancto: fatea
mur vtrūqꝫ ita dictum: qūo superius dixi
mus: vt vꝫ: nec pro filio: nec ꝓ spiritu san
cto dictum esse credamus: sed pro hijs q/
bus accepit vtrūqꝫ. Vex hoc pro thuribu
lo aureo: qd̄ dictus est angelus accepisse ⁊
implesse igne altaris: ⁊ misisse in terram.
Ubi ⁊ illud quoqꝫ nō incōgrue queritur:
cur non absolute: de igne impletuz esse di
cit: sed de igne altaris: tanqꝫ si alterius es/
set donum spiritus sancti: ⁊ nō eius a quo
idem spiritus: ⁊ bona cuncta procedunt.
Sed vt fateamur verius: ⁊ eius est qui de
dit illud: ⁊ eius cui donatum est: nimiruz
q: ⁊ altare cui donatus est ignis eius qui
dedit ignem: ac per hoc ⁊ qd̄ donatū est:
eius est qui dedit: est ⁊ id cui donatuz est:
eius efficitur a quo accepit. Dat pater fi/
lijs: ⁊ sponsus sponse: ⁊ tñ qd̄ datur illis:
ipsi relinquit a quo datur: q: non dat alie/
nis: sed suis: ⁊ tam id qd̄ datum est qꝫ hij
qbus donatum: in eius sunt potestate qui
dedit. Et tñ vult pater siue sponsus: vt eo
rum esse potius dicat qꝫ suum: quatenus
⁊ pcepta munera amorem foueāt accipiē/
tis: ⁊ fotus muneribus amor in largitoris
affectibus inardescat. Ignis ergo iste diui
nus quem dei filius misit in mūdum: alta
ris est in quo ⁊ seruat: q: accēsio ⁊ infusio
spiritus sancti: que facta est sub testamēto
veteri in patriarchis ⁊ ꝓphetis: nō est in
aduentu dñi exinanita: sed aucta non eua
Luc.12 cuata: sed amplificata. Ignem (inqt) veni
mittere in terram: ⁊ qd volo nisi vt accen
datur? Mꝫ autem ignis iste verba spiritua
lia charitate flāmantia: ⁊ idcirco sanctis
apostolis lingue ignee apparuisse legunt.
Si qdem ignis iste nō modo ardet: sed ⁊ Actu.2
lucet: q: charitas dei que diffusa est in cor/ Ro.5
dibus nostris ꝑ spiritum sanctum qui da/
tus est nobis: nō solum accendit nos in di
lectione dei ⁊ ꝓximi: verumetiam illumi/
nat vt sciamus que a deo donata sunt no/
bis. Erāt autem lingue iste abscondite in
altari: q: in cordibus ⁊ libris ꝓphetaꝝ: la
tebant ante aduētum dñi spirituales intel
lectus: quos nobis sicut in prima parte li
bri prediximus: patefecit primo dñs in die
pasche: qñ aperuit discipulis suis sensum:
vt intelligerēt scripturas. Qd̄ si fideli nu
mero illi iustorum credita sunt prima elo
quia dei: ⁊ in illis spiritualia verba late/
bāt: liquet ꝙ de doctrina data sanctis pro
phetis: sumptum est: ⁊ missum in terram:
non sm̄ litteram que occidit: sed sm̄ spiri
tum qui viuificat. Sic de spiritu Moysi 2.cor.3.
abstulit dñs: ⁊ dedit senioribus israel: quo
pcepto ꝓphetare ceperunt: ⁊ effici docto/
rēs in populo. Sic ⁊ Josue filius Nun re Nu.11.
pletus est spiritu sapiētie: q: Moyses im/ Deu.34
posuit sup eum manus suas sicut spiritus
Helye requieuit sup Helyseum: ⁊ factus
est propheta in israel. Spirituali ergo do/
ctrina missa in terraz: hoc est in cordibus
humanis: que terre bone ⁊ optime simi/
lis esse perhibetur: facta sunt tonitrua ⁊
voces: ⁊ fulgura: ⁊ terremotus. Ita enim
in sequentibus dicitur.

¶ Et facta sunt tonitrua: & T.6.
voces: & fulgura: & terremo/
tus.

¶ Facta sunt tonitrua: q: in oēm terraz Ps.18.
exiuit sonus eoꝝ: ⁊ in fines orbis terre ver
ba eoꝝ. Facte sunt voces: q: oium linguis
loquuti sunt. Facta sunt fulgura: q: mira/
culis corruscare ceperunt. Factus est terre
motus: q: mota sunt ex hoc corda hoiuz:
⁊ visis tot signis ⁊ tot miraculis: timere
cōpulsi sunt. Hijs ⁊ hijs similibus ita ge/

stis: precones veritatis ⁊ fidei multiplicari ceperunt: ⁊ vsq; ad hec extrema tempora: si quis est qui audiat: clamare non cessant. Nam sequitur.

T.7. ¶ Et septem angeli qui habebant septem tubas: parauerunt se vt tuba canerent.

¶ Nõ enim simul omnes a principio presentes erant: vt simul omnes inciperent ⁊ quiescerẽt: sed alijs obeuntibus: ex hac luce: alij qui vicem gererent: locis obeũtiuz successerunt. Parant se autem vt tubis canant: cum spiritualem intelligẽtiam que est similis flatui procedenti ex tuba: qualiter illam pronunciare debeant: in tuba littere formant. Sicut enim (vt iam diximus) flatus ex tuba: ita de corde littere spiritualis progreditur intellectus. Sequitur.

¶ De primo angelo tuba canente.

T.8. ¶ Et primus angelus tuba cecinit. Et facta est grando & ignis cõmixta in sanguine: & missum est in terram: & tertia pars terræ combusta est: & tertia pars arborum combusta est: & omne fenum viride combustum est.

PRimus septem angeloruz: Paulus fuit cum sodalibus suis: qui missus est (vt ait ipse) non baptizare: sed euange
1.cor.1. lizare. Sicut autem sancti dyacones: qui ⁊ euangeliste dicti sunt: ꝓpter euangeliuz Christi: multa discrimina ꝑpessi sunt: ita sancti doctores pro doctrina mystica multas iniurias ꝑtulerunt: nolentibus obedire iudeis: sententie illi Pauli qua dicitur:
2.cor.3. littera occidit: spiritus autez viuificat. Lapidatus est nãq; Stephanus a iudeis: q2 xp̃m dei filiuz predicabat: captus est Paulus ab eisdez iudeis accusantibus eũ (qui erant ex circuncisione) non taz q2 dicebat xp̃m esse filium dei: q̃z q2 iudeis sicut ⁊ gẽtibus discẽsionem: vt agebatur a Moyse: predicaret. Ob hoc enim nõ modo infidelibus: verũetiam ⁊ his qui crediderãt ex iudeis: onerosus per oĩa videbatur: maxime his qui erant de secta phariseoꝝ. Quirat qui vult in actibus apostolorum: ⁊ ex his que dicta sunt a senioribus veritatem agnoscet. Non enim poterant iudei equanimiter ferre: vt in littera legis ⁊ prophetaꝝ: alius sensus introduceretur: nec illi qui ex iudeis crediderant in Jesum. Quocirca primo angelo tuba canente: facta est grando ⁊ ignis cõmixta in sanguine: ⁊ missum est in terram: q2 apostolo Paulo docente non esse seruãdam legez Moysi ꝭm litteram: sed ꝭm spiritum: ⁊ ostendente ꝙ spiritalis intelligentia ꝑ s era gentilibus nunciaret: facta est grando duritie: mixta cum igne zeli: ⁊ cruore odij: ⁊ missa est in cor synagoge: que semper terrena querens ⁊ diligens: sola terre gaudia sapiebat. Factum est ergo vt ipsius synagoge: que iam crediderat pars quasi tertia rediret ad iudaismum: extimans se modis oĩbus: si legem deséreret ꝯdẽnandam: ꝭm ꝙ acciderat illis qui scandalizati in verbo dñi abierant retro dicentes. Durus est hic sermo:
⁊ qs poterit eum audire? Audi qd de hoc Joã.6.
zelo dixerit Paulus. Testimoniuz (inq̃t) Ro.10
illis perhibet: q2 zelum dei habent: sed nõ ꝭm scientiam. Querẽtes enim suam iustitiaz statuere: legi dei nõ sunt subiecti. Hoc itaq; modo pars tertia synagoge: ⁊ eorum quoq; nõnulli: qui quasi arbores fructifere doctores alioꝝ esse in populo videbantur: qui ⁊ pseudo apostoli facti sunt: ⁊ omnes qui carnaliter sapiebant corruerunt ex toto: ⁊ negligentes donum dei qd̃ acceperant in baptismo: ad iudaismum prolapsi sunt. Legat qui vult epistulaz apostoli ad hebreos: ⁊ ex ea ad rem ꝑtinentia q̃z multa poterit intelligere. Uex illud ante omnia in questionem venit. Cur in omnibus

pene angelis dictuȝ est:tertia pars:ac si ordinatuȝ esse videatur a deo:vt tertia pars credētium in errorem ducatur. Absit hoc a corde fidelium. Non est isto modo accipiendum:sed sicut dȝ intelligi:ita est. Tria genera baptizatorum:ac si Sem ⁊ Cham ⁊ Japhet. Continet infra vterū suum sancta mater ecclesia. Horū primum genus:sapientum est:scd'm eoruȝ qui se existimant
mat.24 scire qđ nesciunt:vt vocentur:iuxta voceȝ domini:ab hominibus rabbi:amantes primas cathedras in synagogis ⁊ salutationes in foro:tertium simpliciuȝ. Et illi quidem qui donum sapientie ꝯsequuti sunt a deo:custodiunt ab eo:qui mittit illos. Sȝ ⁊ illi qui simplices sunt:⁊ timent deuȝ:confidenter ⁊ secure:quo simpliciter ambulant in mandatis dn̄i: agnoscentes se esse
Job.1. de illorū numero:de qbus dicitur. Boues arabant:⁊ asine pascebant:iuxta eos. Qui vero medij sunt:quasi Cham:dum erubescunt videri nescientes:non timent docere alios:que ipsi ignorant:⁊ ostendere hominibus:vt putant:viam vite: per quam ipsi ingredi nescierunt. Sicsic decipiuntur ⁊ decipiunt: ceci duces cecorum: dicente domino. Si cecus cecum duxerit: ambo in foueam cadunt. De huiusmodi superbis hominibus:conqueritur domi-
mat.15 nus per Prophetam dicens. Ipsi currebant:⁊ ego non mittebam eos. Currunt
hier.23 enim ⁊ non mittuntur: quicunqȝ absqȝ dono superne gratie:doctrine mysterium non accipiunt:sed vsurpant querentes
Phi.2 que sua sunt: non que Jesu Christi. Qui ergo percipientes donum spiritus:ex necessitate magis dispensationis credite: q̄ȝ ex inanis glorie appetitu:nunciant hominibus verba vite:protegente se Dei spiritu: mortaliter errare non possunt: aut si errant sine mora reuocantur ad viam. Qui enim prestat donum glorie ad vtilitatem multorum: ipse custodit humiles: quibus erogat dona sua:⁊ eripiet eos a la-
Ro.12 queis statutis ab impijs secus viam. Sed ⁊ simplices quiqȝ qui se esse iudicant id qđ sunt:⁊ nolunt oīno alta sapere:sed humilibus consentire: eo a soliditate fidei: in qua semel fundati sunt: eradicari nequeunt:quo magis credere maioribus suis: a quibus verbum fidei perceperunt: q̄ȝ aliquid per seipsos presumere: vt alios doceant:docti sunt. Qui vero ne videantur inscij:sanctorum discipuli esse nolunt: ⁊ vt videantur esse quod non sunt:docere que ipsi nesciunt:impudice presumunt: quo esse alumni veritatis pre pudore renuunt:eo pre timore animi:magistri erroris fiunt. Hec est ergo tertia pars hominum que semper ⁊ vbiqȝ dilabitur: ad errorem:⁊ euulsa ab vtero matris sue: dum nescit vera que proferat: loquitur falsa. Quasi ergo tertia pars terre:⁊ tertia pars arborum combusta est sub angelo primo. Quia plures eorum qui crediderant ex circuncisione:errauerunt a fide:⁊ nonnulli qui scire aliquid videbantur: pseudo apostoli facti sunt. Et notandum q̄ non ait:tertia pars feni viridis:sicut ait:tertia pars terre:⁊ tertia pars arborum:sed omne fenum viride combustum est: qr dum de illis qui spirituales esse videbantur: pars aliqua lapsa est in errorem:hij qui ex toto carnales erant ⁊ credebant:ea facilitate omnes pariter abierunt retrorsum: qua ⁊ sequentes alios crediderant in saluatorem. Qui eniȝ non idcirco credunt: quia intelligunt verbum: sed quia alios conuerti vident:qui esse in gente sua magni nominis extimabantur: si forte illorum aliqui mouentur a statu suo: omnes cum eis pariter cadunt:⁊ veluti fundamēto diructo: tota simul fabrica infeliciter ruit. Quasi ergo tertia pars terre:⁊ tertia pars arborum cum vniuerso feno viridi combusta est ad tactum ignis:quia ⁊ pars non modica eorum qui esse aliquid videbantur:ob falsi zeli succensionem in viriditate fidei stare desijt: ⁊ multitudo maxima eorum qui carnaliter sapiebant:ac si cuiusdam feni species ad defectum deuenit.

¶ De secundo angelo tuba canente.

T.9. ¶ Et secundus angelus tuba cecinit.

SEcundi cursus tpis secundaꝫ doctorum facit distinctionem. Doctores nempe primi tpis affuerunt apostolis: doctores scdi tpis: sanctis martyribus astiterunt. Ut enim de apostolica ecclesia egressi sunt pseudo apostoli impugnãtes apolicam libertatem: qbus tñ restitit doctor gẽtium Paulus: cuꝫ coadiutoribus suis: ita de septeꝫ dyaconibus egressi sunt nicolayte: qui predicationem scdi temporis heretica prauitate fedarent. Ait ergo sanctus Joannes.

T.10 ¶ Secundus angelus tuba cecinit: & tanq̃ mons magnus igne ardens misit se in mare: & facta est tertia pars maris: sanguis: & tertia pars creaturæ: quæ habẽt animas ĩ mari: mortua est: & tertia pars nauium interiit.

¶ Sicut in terra Synagoga: ita in mari designat gentilitas. Montem istum magnum arbitror fuisse Nicolaum vnum de septem dyaconibus primis qui succensus: (vt fertur) zelo malitie sue: tam noiatam heresiꝫ ꝯdidisse narratur. Huius abhominãde heresis ꝛ per oĩa detestãde: in angelo ecclesie prime mentio facta est: dicẽte dño. Hoc habes bonum: qꝛ odisti facta nicolaytaꝝ: que ꝛ ego odi. Simili modo ꝛ hoc ecclesie pgami. Habeo aduersum te pauca: qꝛ habes illic tenentes doctrinam Balaã: qui docebat Balac mittere scandalum coraꝫ filijs israel: edere ꝛ fornicari: ita habes ꝛ tu tenentes doctrinam nicolaytaꝝ. Facta est tertia pars maris sanguis: subaudit ex doctrina illius: quia magna multitudo hoium habentium aliquam scintillam fidei: ex auditu vꝫ vocis eoꝝ: de qbus dici-
ps.18. tur: in oẽm terram exiuit sonus eoꝝ: hoc est: illoꝝ hoium: qui aut iam credere ceperant veritati: aut forte crederent: si eis noua pfidia non obesset decepta per Nicolaum: mortua est a fide xpi: adeo vt cum spiritu ceperit: carne ꝯsumpta sit: ꝛ sequẽs carnem ꝛ sanguinem: pdiderit funditus regnum vite. Tertia vero pars qd significet: semel nos in angelo primo explanasse sufficiat. Veruꝫ qꝫ tertia pars maris facta esse sanguis: ꝛ tertia pars aialium maris mortua: ꝛ tertia pars nauiuꝫ interijsse narratur: indicat ex carnali illa doctrina: non modo multos credentes esse absortos: verumetiam nõnullas ecclesias occulto dei iudicio deperijsse.

¶ De tertio angelo tuba canente.

¶ Et tertius angelus tuba cecinit: & cecidit de cælo stella magna ardens sicut facula: & cecidit in tertiam partem fluminum & in fontes aquarum. T.11

UT in opere ꝯcordie: qꝛ ibi locus erat digessimus: tertia doctoꝝ successio que in tertio ac si improprio cursu tpis solẽnior fuit a tpibus Cõstantini augusti incepisse dignoscitur. Fuit autem in diebus eius sacerdos qdam alexãdrinus nomine Arrius: qui pro moꝝ honestate quam habere in ecclesia videbat vnus de magnis luminaribus celi esse inter clericos putabat: vtpote: qui opeꝝ lucem hoibus ostendebat: ꝛ institutis exemplo vite sue: non paruum' gradiendi in via dñi emolimentum prestabat. Hic qꝛ nõ intus oculos habuit: sed tñ foris eleuatus fastu superbie: videri magnus ꝯcupiuit: ignorans illud qđ scriptum est. Ante ruinam exaltat cor. pu.x.18
Deniqꝫ ex superbia ꝛ libertate venit ad appetitum inanis glorie: ꝛ ex appetitu inanis glorie itur ad obstinationem ꝛ duritiã cordis. Porro de duritia cordis nascit zelus malus: ꝛ furor indignationis aduersus corruptores ꝛ magistros ecclesie: ita vt

magis libeat cadere cum falso & fallaci honore: quam stare cum rubore & verecundia: si forte supari contingat. Secundum hoc: accedit misero illi ad correptionem sancti viri Alexandri Alexandrini episcopi: nolenti satisfacere preceptori suo: & sponte accipere disciplinam. Denique inflammatus ira & zelo amaritudinis vehementer accensus: quia iniuriam sibi factam equanimiter sustinere non potuit: induravit cor suum sup lapidem ad tuendum errorem: quousque accideret ipsi
Ps. 75. & complicibus eius illud quod de eis psalmista longe ante predixerat. Alienati sunt peccatores a vulua: errauerunt ab vtero: & longe sunt facti. Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut Aspidis surde: & obturantis aures suas: que non exaudiet vocem incantantium: & venefici: que incantatur a sapiente. Et cecidit (inquit) in tertiam partem fluminum & in fontes aquarum: quia innumera episcoporum & sacerdotum turba errore illo pestifero infecta est: ita vt vnde aqua sapientie: & scientie (cum adhuc essent catholici) ante emanare consueuerat: inciperet egredi letalis potus: & qui mortem haurientibus propinaret potius quam vitam. Nam sequitur.
T. 12. ¶ Et nomen stellæ dicitur absinthium: & facta est tertia pars aquarum in absinthium: & multi hominum mortui sunt de aquis: quia amaræ factæ sunt.

¶ Et ab ipsa sui origine multos & feroces hereticos sustinuerit ecclesia: nulli tamen sicut Arriani ad tantam amaritudinem perduxerunt eam: nulli sic materna viscera amaricare fecerunt. Non enim sicut alij & alij extra tantummodo & non intus conueniebant in sectas: vt recedentibus eis ab vtero: ei que se genuerat in Christo per baptismatis sacramentum: darent spatium ad quietem: sed repente infra sinum ipsius ecclesie: qui esse putabantur filius: deprehendebatur alienus: quod quante amaritudinis fuerit: illi vere scire sufficiunt: qui horum similia patiuntur. Quid enim dicebat ille: qui deflebat eos quos iterum parturiebat? Quis (inquit) infirmatur: & ego non infirmor? Quis scandalizatur: 2. cor. 11
& ego non vror? Recte ergo dictum est. Et nomen stelle dicitur absinthium: quod scilicet absinthium aquas dulces & aptas in potum: in amaritudinem vertit: quia non Arrius sicut Nicolaus gentes infideles collegit in sectas: sed magis in populum Christianum: populum qui erat precio magno: hoc est: Christi sanguine iam redemptus: ac si quidam Regulus: venena diffudit. Et facta est (inquit) tertia pars aquarum in absinthium: & multi hominum mortui sunt de aquis: quia amare facte sunt. Et aquarum nomine scripturarum volumina designentur: tamen quia scripture ipse: per se legi nequeunt: nec peruenire queunt ad notitiam hominum: nisi sit qui doceat & ostendat: non absurde per aquas dulces: doctores ecclesie intelliguntur: quia & illud verum est: quod scriptum est in hoc libro. Aque multe: sunt populi multi. Ut autem legem Moysi: vocat Apostolus Moysen dicens. Quotienscunque legitur Moyses: velamen est 2. cor. 3.
positum ante oculos iudeorum: ita & sub specie doctorum: doctrine quoque eorum intelligantur: adeo vt quod mystice de doctoribus dicitur: de illorum doctrinis intelligatur: quarum alie vere sunt & fideles: alie pestifere & corrupte: non quia doctrine simpliciter male sunt: sed quia mali sunt & perfidi qui inficiunt illas. Quasi autem tertiam aquarum partem inficit Arrius & vertit in saporem absinthij: quia per errorem eius corrupti fuere sacerdotes & episcopi adherentes sibi: adeo vt ex ore illorum qui videbantur esse duces populi: & doctores ecclesie: non aqua sapientie & scientie: sicut sperabatur exiret: sed magis error: non dulcedo mellis: sed amaritudo absinthij. Quid enim dulcius esse potest generi humano: quam quod ait dominus in euangelio? Sic Joan. 3.
deus dilexit mundum: vt filium suum vnigenitum daret? Et illud quod ait Joannes: cuius est liber iste. Diligamus nos deum: 1. ioan. 4
quoniam ipse prior dilexit nos: & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris?

Sed qđ amarius esse põt doctrina Arrij: qui saluatorem nostrum Jesum Christuz: qui est spes omnium Christianorum: ꝛ vita credentium: non esse predicabat verum Deum sicut ꝛ patrem: sed quasi terrenum principem ꝛ magnum inter filios adoptionis? Quod si verum esset: omnes profecto Christiani ꝛ qui credunt in euz essent maledicti: q: scriptuz est. Maledictus homo
Hie.17 qui confidit in hoie Sed ꝛ frustra sperare
Joã. 8. mus illud qđ ipse filius ait. Si filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Frustra ꝛ qđ ait Apostolus. Misit deus spirituz filij sui in corda nostra: in quo clamamus: abba pa
Ro. 8. ter. Unde enim nobis hec oia: nisi q: xps verus est Dei filius: non sicut ceteri: adoptiuus: ꝛ veraciter assumpsit naturam noraz: vt facti vnuz in ipso ꝛ cum ipso: simus ꝑ eum filij ꝛ heredes: heredes qdem Dei:
Ro. 8. coheredes autem Christi? Si autem dulce est hoibus esse liberos ꝛ heredes Dei: amaꝝ profecto est: esse seruos: ꝛ alienos a Deo viuo ꝛ vero: esse priuatos ꝛ expertes ab illa suauissima mellis dulcedine: quam sugunt electi Christi abundanter de petra: ꝛ oleo illo spirituali: de quo dicit Apostolus. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filioꝝ: in quo clamamus: abba pater. Porro Arriani contra hoc sentientes: docebant verum Deum ꝛ veꝝ dominum esse solum patrem: euacuãtes letitiam spei nostre: que est in vero filio Dei: qui nos per assumptionem nature nostre: ꝛ donuz spiritus sancti absoluit ab obprobrio ꝯditionis nostre. Quibus ꝛ attendentes multi pestiferas illoꝝ doctrinas: tanq̃ a senioribus populi infeliciter susceperunt: adeo vt separati a sana fide ꝯuenirent in sectas: ad ꝑsequendam generaliter omnez cathoicoꝝ ecclesiam: putantes se superare posse armis: quos nõ poterant vincere ratione. Perseuerauit autez ꝑsequutio Arrianoꝝrum vsq; ad tempora Sarracenoꝝ: vt duz alia succederent alijs: esset ecclesie tempus a palma martyrij otiosum. Siqdem ꝛ propter hoc: multos legimus ab arrianis Regibus: ꝛ Episcopis: grauibus affectos supplicijs: multos amissa temporali vita: glorioso martyrio coronatos.

¶ De quarto angelo tuba canente.

¶ Et quartus angelus tuba cecinit: & percussa est tertia pars solis: & tertia pars lunæ: & tertia pars stellarum, ita vt obscuraretur tertia pars eorum: & diei nõ luceret tertia pars: & noctis similiter. T.13.

In opere concordie: quod respicit e similis: liber iste cum ageret de septem diebus originalibus: ꝛ peruentum esset ad diem quartum: dictum est significari in sole: ꝛ luna: ꝛ stellis: heremitas ꝛ virgines: qui per alta ꝯtemplationis gradientes itinera: lucem ꝑfectionis sue fidelibus populis ostenderunt. Quarta etenim die fecit Deus oipotens: solem: ꝛ lunam: ꝛ stellas: ꝛ quarto loco in hac tertia parte libri: ꝛ in septem angelis effundẽtibus septem phias iracundie Dei: solis: ꝛ lune: ꝛ stellaruz mentio facta est: lz solẽnius in quarta parte Libri huius: vbi inter cetera que in ea scripta sunt: de eisdem luminaribus aliqđ specialius: atq; significantius dr. Signum magnum apparuit in celo: mulier amicta sole ꝛ luna sub pedibus eius: ꝛ in capite eius corona stellaꝝ duodecim. In muliere siqdem ista: ecclesia sanctaꝝ virginum specialius designatur: que lz a matre Christi initium sumpserit: quarto tamen ecclesie tempore claruisse dignoscitur. Sed heu q̃ velox est ad nocẽdum doli artifex ꝛ magister erroꝝ: qui quo altiorem cernit gradum: eo magis ad tẽtandum pios exercet malitiam cordis sui. Ecce eniz tertia pars solis: ꝛ tertia pars lune: ꝛ tertia pars stellarum percussa esse narratur; nec dubium: Libro concor.

ꝙ suggerente ipso qui & expulit primum hominem de Paradiso: sed tamen a quo percussa sit: aut qs eã pcusserit: non exprimitur. Scimus partem meridianam quã ordo heremiticus & virgineus specialius incolebat non lõge post obitum beati Pape Gregorij: primo quidem a gente Persarum: deinde a Rege Arabum occupatã fuisse. Sub eisdem namq̃ temporibus: famosa illa Sarracenorũ heresis: ac si vena corrupti laticis: super terram erupit: per quam multitudo hominum incolentium heremum: tum vi: tum prauis monitis: a fide Christiana euulsa est: precipue in Regione Thebayde & Egypti: vbi maxima illius ordinis multitudo degebat. Que: videlicet: heresis: & versutia dyabolice fraudis: legẽ illam (dico sacrilegam) quam instruit Mahometh: eo contraria est voto virginum: & professoribus caste vite: quo & summum gaudium: & summum bonum: tradidit, esse luxuriam: promittens eam & post finem mundi sectatoribus suis. Hoc nõ habuit in sua lege Judeus: hoc nec ipsi Philosophi gẽtium suis auditoribus tradiderunt: nõ Sabellianus: neq̃ Arrianus hereticus. Sed quis scit q̃ꝫ pauce Virgines in pressura illa stare in proposito potuerunt: quatenus & si corpore ꝓstitute sunt: saltem mente: saltem & fide incorrupte manerent? Verum quia non (quod absit) totum: sed tertia tantum pars percussa esse narratur: liquet ꝙ illos solos heremitas: & illas solas virgines, superari in hora illa tẽtationis sue: Deus iustus permisit: qui laborantes morbo hypochrisis: aliud ostendebant in specie: aliud gerebant in corde: quorũ detestanda progenies: designata est in prima parte: in muliere Jezabel & filijs eius: dicente de ea dominu: angelo ecclesie Thyatyre: que & ipsa quarta est in numero aliarum. Habeo aduersum te: q͛ permittis mulierem Jezabel: que se dicit prophetem: docere & seducere seruos meos fornicari & manducare de ydolaticis. Igitur hec tertia pars percussa esse narratur: percussa funditus a claritate sua: relique autẽ due partes (hoc est) prudẽtium & simpliciũ: nihil discriminis passe sunt. Sequitur.

¶ Et vidi & audiui vocem vnius Aquilæ volãtis per medium cælum: dicentis voce magna. Ve, ve, ve habitantibus in terra de cæteris vocibus trium Angelorum: qui erant tuba caniturі. T.14.

¶ Si tempore huius quarti Angeli: vox istius Aqle audita est: ego aqlam istã: beatum Papam Gregorium fore credo: qui tam libere: & tã multa de mundi fine: & de pressuris finalis seculi scripsisse dignoscit: Papa Grego. quiq̃ allegoriarũ semitas: ac si arduas celi vias altius pre ceteris peruolauit. Neq̃ enim inuenitur alius similis eius: qui ita erumnosa tpa appropinquasse in suis operibus testaretur. Opponentibus autem super his: in ꝯcordie opere satisfecimus. Qꝺ enim nõ cito accidit qꝺ predixit: non ideo nõ accidit: q͛ deceptus est ipse: sed q͛ iudiciũ: qꝺ facturus erat dñs: misericordia tẽperauit: quatenus & tp̃s pacis ꝓtelaretur: in dies multos: & breuius faceret tẽpus luctus. Illud aũt non est simpliciter intuendũ: qꝺ de vocibus triũ angeloꝝ: tria: ve: promittantur hoĩbus qui morant̃ in terra (hoc est) illis hoĩbus qui terrena sapiunt: & terrena sectant̃: quasi causaliter accidat: & nõ magis iudicij veritate: q͛ qui nolunt obedire doctoribus veritatis: iustum est & equum iudicium vt incurrant (ꝑmittente deo) in oꝑationem erroris: & credãt mendacio: qꝺ amauerunt. Sed iã nunc veniẽdum est ad quintum Angelum: cui & ascribitur primum: ve: & qd in tpe eius acciderit: non sine cordis gemitu attẽdamus: presertiꝫ: cum in diebus nostris ꝯfusa esse oĩa videant̃: ita vt necdũ primo: ve: ad finem ꝑducto: appropinquare alia: ve: signis euidentibus sentiamus. Sequitur.

¶ De quinto angelo tuba canente.

Cap. 9. T. 1. ¶ Et quintus angelus tuba cecinit. Et vidi stellam de cælo cecidisse in terram. Et data est illi clauis putei abyssi: & aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est aer de fumo putei: & exierunt locustæ in terram.

Quis fuerit miser iste: aut vnde surrexit: qui clausum quondam abyssi puteum aperuit: nescio: deus scit: clericum tamen fuisse: & imbutum scientia litterarum: ex huius textu lectionis apparet. Accepit autem quicunque fuit ille: clauem scientie praui dogmatis: haud dubium quod a patre mendacij: potestatem. s. inuestigandi profunda sapientie: non dei: sed mundi huius: quam perdidit: & perdet deus in manu paruulorum suorum ad euacuandum scandalum crucis: quod positum est in signum & salutem credentibus. Aperuit ergo puteum abyssi: & ascendit fumus putei: sicut fumus fornacis magne: quia nimirum vt de celo luminaria: ita de abyssi puteo fumus tenebrosus ascendit. Si enim (vt iam dixisse me recolo) totius scripture sacre volumen: de quo procedit vera sapientia: que est lumen humanarum mentium: & splendor spiritualium oculorum designatur in celo: quid in puteo abyssi: nisi profunditas quedam humane sapientie: si tamen sapientia & non ignorantia dicenda est: vtpote de qua procedit fumus erroris: dicente domino: Erratis: nescientes scripturam: nec virtutem dei? Scimus enim conatos fuisse quosdam philosophos: comprehendere omnia ratione: & aliqua de his que sentiebant: ad memoriam in posterum tradidisse. Qui cum multa rationabiliter disputasse viderentur: ignorantes tamen benignitatem & mansuetudinem: necnon & omnipotentiam creatoris Mat. 22. qui potuit facere cuncta de nihilo: & pro velle arbitrij sui: aliqua in meliorem statum & feliciorem mutare: intantum quidam eorum processit disputando de corpore & spiritu: vt diceret omne corpus esse fugiendum.

¶ Huic errori nephandissimo quondam euacuato in christo: nouum quoddam genus hereticorum: nescio quo docente adhesisse vidૅemus: dicentium omnia corpora esse creata a Dyabolo: ac per hoc: nec venisse christum in carne confitentur: vt apte se pertinere indicent: ad eum qui venturus est: Antichristum: dicente Ioanne. Quicunque negat christum venisse in carne: hic est seductor & Antichristus. 2. ioã. 1. Hi sunt illi heretici qui vulgo dicunt patharenu: licet apud alios: & alios diuersis vocabulis nominentur: qui vt se esse demonstrent quod sunt: filios. s. tenebrarum: nocturno (vt fertur) tempore: & hoc diebus statutis: conueniunt per prouincias in synagogis suis: quatenus congregati in vnum: & mutuos sibi aspectus exhibentes: faciant tandem opera patris sui. Huiuscemodi ergo homines: si tamen homines & non reptilia: Locuste sunt egresse de fumo putei: quia sicut Paulus dicit his qui crediderant per verbum eius. In christo Iesu per euangelium meum ego vos genui: ita & istos per errorem suum genuit ille qui visus est in specie stelle cecidisse de celo. 1. cor. 4. Sed quia post peccata filiorum hominum: accidunt in humano genere: omnia mala ista: que & qualis sit potestas que data est eis ad persequendos impios: & eos qui non baiulant Crucem Christi ad sequendum eum: aperitur cum subditur.

¶ Et data est illis potestas sicut habent potestatem Scorpiones terræ. T. 2.

¶ Nonnulli reproborum habent voluntatem nocendi: sed non possunt: quia sine permissione iusti dei: nec ipse Dyabolus ausus est temptare Iob: quem etiam accepta potestate: non est (inquantum ipse voluit) flagellare permissus: sed quantum voluit ille qui potestatem dedit. Unde & hic subditur. Iob. 1.

E.3. ¶Et preceptum est illis ne læderent fœnum terræ: neq3 omnem arborem: sed tantum homines qui non habent signum dei viui in frontibus suis.

¶In feno terre: designantur simplices: qui nesciunt ad dexteram & ad sinistram: preter Jesum Christum: & hunc crucifixum: quiq3 interrogati ab hereticis: auertunt aures dicentes: non esse suum: sed clericoruz disputare de fide. In arboribus autem designantur viri perfecti: qui proferunt fructum in temporibus suis. In his duobus generibus hominum: non potest in aliquo (vt supra diximus) heretica prauitas inuenire locum in illis: q: simplices sunt: & a semel suscepta fide: nulla ratione discedere possunt: in istis q: sapientes sunt secundum deum: & sciunt per gratiam sibi dataz: vitare iacula inimici. At qui propter carnalitatem suam homines dicti sunt: quiq3 non habent signum Dei viui scriptum in frontibus suis: iusto omnipotentis Dei iudicio: traditi sunt Locustis: cruciandi vehementer ab eis propter iniquitates suas: quousq3 compleatur tempus potestatis eorum. Signum vero Dei viui: crucem dominicam esse puto: quam illi veraciter in fronte portant: qui non erubescunt crucifixum: qui dicunt assidue cum Apostolo. Mihi autem absit gloriari: nisi in cruce domini nostri Jesu Christi. Et qui sunt illi? Hi qui nolunt esse diuites: in hoc presenti seculo nequam. Qui enim volunt (iuxta Apostolum) diuites fieri: incidunt in tentationem & in laqueum Dyaboli. Sed ad esse veniamus. Scimus q Locusta immundum est animal: & alis quas habet supra se ad superiora leuatur. Scorpio vero delitescit in abditis: & repente percutit incautos: non ore: sed cauda. Secunduz hoc Pathareni heretici: mundos se coram populo: & iustitia preditos esse simulant: & ex occulto circa finem verbi: producunt aculeos erroris sui: quibus tamen non seruos Dei promittuntur ferire: sed illos (vt iam diximus) homines qui mūdanas delitias concupiscunt. Notum est omnibus & bene notum: q eorum quidem alij extimantur perfecti: alij autem dicuntur credentes. Perfectos etenim dicunt illos: qui seruant per omnia doctrinam suam: credentes qui non seruant: sed tamen credunt cō seruantibus illa. Qui ergo perfecti sunt inter eos: hi sunt quos designant Locuste: qui autem credentes dicti sunt: hi sunt illi homines quos Locuste percutiūt caudis suis. Sed quare cruciantur qui credunt eis? Q: stimulata conscientia accusat eos: scientes q pro subsidijs temporalibus adheserunt eis: sicut ex relatu eoruz qui & fuerunt inter eos: & penituerunt: didicimus. Deniq3 conuenientes in vnuz faciunt collectas bonorum suorum: & si quos vident inopes anhelare ad diuitias mundi: primo ostendunt eis affectum misericordie & miserationis: deinde culpant Christianos diuites: & maxime: Sacerdotes & Clerum: qui deberent (aiunt) seruare apostolicam vitaz: & subleuare miserias pauperis & egeni: vt nemo esset egens in religione Christiana: sicut non erat aliquis egens in religione Christiana: sicut non erat aliquis egēs in ecclesia primitiua. Deinde dicunt eos excidisse a fide: factos autem persequutores iustorum: sicut sacerdotes Judeorum: qui persequebantur Apostolos. Ad vltimum fatentur se scire homines qui seruēt ad integrum apostolicam fidem: ita vt nō sit aliqs inops inter eos: & qui pauper venit ad illos: protinus (inquiunt) efficitur diues. Hec & his similia: quasi rationabiliter concinātes: munda animalia se esse fingunt: quousq3 percutiant homines ex improuiso dicētes. Et tu quoq3 si vis esse de credentibus in fidem istā: & adherere obseruantibus eam: vel saltez exhibere tutelam: & esse contrarius resistentibus secte isti: poteris in hoc seculo esse diues: & delitijs affluens: & in futuro seculo vitam eternam

Gal. 6.

I. thi. 6

Ars q pathareni decipiunt.

Contra eum. Pathareni heretici q arte decipiunt.

eternam possidere. Porro hō cupidus audiēs ista: cecatus mētis oculis: trahit amore diuitiarum: et efficit sicut equus et mulus:
Ps. 31. quibus non est intellectus. Sicque corruptus verbis et pecunia: incipit esse pro illis: aut quasi vnus ex illis: trepidās tamen et accusans semetipsum in cogitationibus suis: sciens a bono esse non posse: quicquid tali modo pecunia obtinet. Hoc ergo modo cruciant multos: quos non occidunt: quia pecunia quidem corrumpunt: sed ex toto a fide xpi eradicare non possunt. Et quidem qui signum dei viui non habēt: nisi illud habere studeant: morituri sunt: sed tñ a locustis cruciantur quidem: sed, nō occiduntur: quia et si corruptos pecunia defensores illos habere queunt: vt negent tñ fidem xpi: trahere ad pfidiam vsquequaque non possunt. Sed terminus illis cōstitutus est: qui preteriri non potest. Nam subditur.

T.4. ¶ Et dictum est illis ne occiderent eos: sed vt cruciarent mensibus quinque.

¶ Non est dictum hoc mori de morte eterna: sed de extinctione fidei: qua viuūt plurimūque tpaliter reprobi inter eos qui vere viuunt: qui tñ: quia signum dei portare negligunt in frontibus: timorem. s. dei in cordibus suis: sic viuunt vt moriantur aliqñ: si non trāseunt ad cōuersationem eorum qui veraciter viuunt: dicente de hmōi Apostolo
Titi. 1. Paulo. Confitentur se nosse deum: factis autem negant. Sed quare quinque mēsibus? Forte quia quinque menses habent dies centum quinquaginta: et solet aliqñ dies designare annum. Triginta vo dies: vnam annorum generationem. Fortassis ergo quinque menses: quinque significāt generationes annorum: annos: vz: centum quinquaginta: quia diu est ex quo cōfota fuit secta ista: licet nesciamus a quo fuerit inchoata: vel aucta. Quod autem sequitur.

T.5. ¶ Et cruciatus eorum sicut cruciatus Scorpii cum percutit hominem.

¶ Replicatio sermonis est: vt opus illarum intelligatur. Ubi et aliquid terribilius subditur: quod magis exprimit causam.

¶ Et in diebus (inquit) illis: quærent homines mortem & non inuenient: & desiderabunt mori: & fugiet mors ab illis. T.6.

¶ Qui hoies querent mortem? Nunquid omnes hoies? Non. Sed illi quos locuste percutient. Grauis res est: dyabolica tentatio: et difficilis ad portādum. Unde et Apostolus dicit. Tentatio vos non apprehendat nisi humana. Denique et Sanson cum tentaretur a Philisteis: per eam quam diligebat artius Meretricem, afflictus est vsque ad mortem: eo quod sciret esse illicitum reuelare secretum: et tñ: et importunitate illius simul et voluptate deuictus: aliud agere non valebat. Sic et hoies isti: sicut didicimus per eos qui venientes ad nos in eadem calamitate: se aliquādiu stetisse cōfessi sunt: videntes quam durum sit separari mente et fide a generalitate ecclesie: et attendentes verba eorum que oino verisimilia esse videntur: incidunt in varias tentationes et questiones insolubiles: et nociuas: ita vt melius sibi esse arbitrent mori: quam viuere. Inde est: quod et tristes sunt omni tpe qui eiusmodi sunt: sed et facies eorum pallore ppetuo deprimuntur. Et hoc quidem de illis qui pro aliqua vtilitate tpali sic trāseunt aīo ad sectam eorum: vt tñ durum arbitrentur relinquere semel susceptam fidem: et recedere a pietate christiana: quam seruat sub oi celo multitudo credētium. Qui autem ex toto subuersi sunt: non cōsiderant ista: sed relicta ratione humana: Locustis pariter et Scorpionibus similes facti sunt: querentes quos feriant et inficiant veneno suo: querētes cum quibus inhient cōe vel singulare certamen: vt quasi vel preualeant: hoste pstrato: vel occisi (sicut asserunt) coronentur martyrio. Quod si hoc: non de illis malis hoibus:

1. cor. 10 T.7.
1. thi. 2.
T.8.

sed magis de fidelibus dictum est: pōt de fine quinti tpis: non inconuenienter accipi sermo hic: qñ durius pre solito incipient preualere Locuste: preter alia innumerabilia mala: que futura sunt in terra: sꝫ ꝙ nos ipsi qui hec ꝛ loqmur: tam de tpis fine: q̄ȝ de rez imutatione manifeste colligimus. Etenim in qbusdam mundi partibus: ita huiuscemodi pestilentes hoies inualuisse feruntur: vt quasi equi preparati ad preliuȝ nihil vereant aduersi: despiciētes penitus vitam tpalem: ac si per supplicia adepturi eternam. Unde ꝛ mox subditur.

T.7. ¶ Et similitudines locustarum: similes equis præparatis ad prælium. Et super capita eorum tanquam coronæ similes auro.

¶ Cohortantur semetipsos adinuiceȝ vt sint fortes in bello: anq̄ȝ pugnaturi pro fide: promittentes sibi illud Apostoli. Non 2.thi.2. coronabitur: nisi qui legittime certauerit. Unde ꝛ corone ipse similes auro esse phibētur: q: verbis verisimilibus palliant errorem suum: dicentes se esse catholicos: ꝛ orthodoxe fidei desensores. Nam ꝛ martyres dei noiant suos: qui forte a catholicis ꝯcremati sunt igne: existimantes illos principes secte sue: gloria ꝛ honore coronatos in celis. Et hec quidem de illis: quos quasi dei martyres venerantur. Ceterum quod sequitur generale est omnium. Nam subditur.

T.8. ¶ Et facies earum sicut facies hominum: & habebant capillos sicut capillos mulierum: & dentes eorum sicut leonum erant.

¶ In facie cuiuscunq̄ȝ aialis: apparet: vel mansuetudo: vel ferocitas eius. Cognitio ergo hominis qualis sit: in facie designatur. Porro in his Hereticis: non sic: sed aliud ostendunt in facie: aliud occultāt in ore: vt quos facie humana decipiunt: dentibus mordeant leoninis. Ostēdunt se humanos: ꝛ quasi simplices: vt ꝯterant molaribus quos sibi resistere suspicantur. In facie ergo humana: ficta humanitas: in dētibus leoninis: vera immanitas designat. Sane: in capillis mulierum qui longiores sunt capillis viroz: designatur assiduitas operandi: qua se quasi de suo labore viuentes: religiosos esse iactitāt ꝛ modestos: abutentes auctoritate illa Apostoli: qua dicit: Magis auteȝ operetur: qđ bonum est: vt habeat vnde tribuat necessitatem patientibus: non attendentes illud euangelicuȝ. phil.4.

Operamini: non cibum qui perit: sed qui pmanet in vitam eternam. Nec illud qđ Ioā.6.
dr̄ de eo qui dixit. Iuga bouȝ emi quinq̄ȝ: rogo te habe me excusatum. Deniq̄ȝ ꝛ sa- Luc.14.
cerdotes dñi prohibentur in Ezechiele radere capillos: nec tñ sinuntur nutrire co- Ezec.44.
mam: quin magis eam per eundem ꝓphetam attondere iubentur: quia: vȝ: religiosi quiq̄ȝ non sinuntur esse ociosi ab operibus manuum: nec tñ supra modum insistere operi permittuntur: quatenus: ꝛ sic quod detur in partem Marthe: ꝛ non desit quod accipiat in sua parte Maria. Sequitur.

¶ Et habebant loricas: sicut loricas ferreas. T.9.

¶ Uiri iusti habent loricam contra tentationes Dyaboli: quia muniti ꝛ armati mētis constantia: non timent iacula inimici. Quo contra filij Dyaboli habent loricam insuperabilem duritiam cordis sui: ne possint peruenire ad eos spicula verborum Dei: iuxta illud Psalmiste: cuius supra fecimus mentionem. Furor il̄ is ꝺm similitudinem Serpentis: sicut Aspidis surde: ꝛ obturantis aures suas: que non exaudiet vocem incantantium: ꝛ venefici incantantis sapienter. Sequitur. Ps.57.

¶ Et vox alarum earum: sicut vox curruum equorum multoꝝ currentium in bellum. T.10.

¶ Ale sanctorum animalium intelligun/
tur viri contemplatores: quorum est pro/
prium contemplari celestia: ⁊ paucis amo
do v̄bis: multa ⁊ sublimia intimare. Qui
autem designantur in alis Locustarum:
hi. s. qui habentur apud eos: perfectoꝝ per
fecti: si quando veniunt ad conflictum: nō
sic: sed stridentes ⁊ rugientes dissemināt
verba sua: vt videantur superare verbis:
quos non possunt vincere ratione. Unde
⁊ in quarta parte libri huius: in specie cu/
iusdam Bestie ascendentis de terra: de eis
dem dicitur. Habebat duo cornua similia
agni: ⁊ loquebatur sicut Draco. Uer quo/
cunq; modo loquantur: vtuntur tamen
auctoritatibus scripturaꝝ: immo nō vtun
tur: sz abutuntur: q2 nequeunt ratione de/
monstrare qd̄ dicunt: verbis illis sanctaꝝ
scripturaruz: muniunt partem suam: que
sunt iuxta vocem Petri difficilia intelle/
ctu: quatenus adulterātes ea per prauum
2.pet.3. littere intellectum: possint ea trahere ad
perfidiaz suam. Semper tamen in verbis
eorum obseruandus est finis: quod nos de
bere facere demonstrat Joannes: cum ite/
rum atq; iterum replicat verbum: memo
riā repetit Scorpionis. Nam sequitur.
T.11 ¶ Et habebant caudas similes
scorpionū: Et aculei sunt in cau/
dis earum.
¶ Hoc est enim illud Apostoli. Et sermo
2.thi.2. eorum vt Cancer serpit. Sed cum taz hor
renda reptilia presto sint hodie super ter/
ram: q̄z oporteat fideles caute redimere
dies malos: ⁊ esse sapientes ad discernen/
dum inter veꝝ ⁊ falsum: inter signa Moy
Exo.7. si ⁊ Aaron: ⁊ signa Janes ⁊ Mambres: vi
deant illi qui nolunt discernere: inter tem
pus ⁊ tempus: inter tranquillum mare: ⁊
tempestatis valide agitatam procellis: vt
eis liceat adhuc vacare epulis: ⁊ ducere in
Job.21 bonis dies suos: sicut in annis seculi ⁊
diebus antiquis. Si enim omnia tempora
lia equalia essent ad salutez: ⁊ non deterio
ra essent tempora nouissima primis: nō di/
ceret Apostolus. In nouissimis diebus in 2.thi.3.
stabunt tempora periculosa: nec pretermis/
sis tam multis hereticoꝝ generibus: quo/
rum infestationes sustinuit vsq; modo ec/
clesia: eos de qbus sermo est: in spiritu pro
phetie demonstrare curaret: sed aut simul
loqueretur de omnibus: aut de cunctis ta
ceret. Loquutus est autez de istis: tanq̄z de
illis hereticis: qui fex sunt omnium hereti
coꝝ: nec aliud q̄z qd̄ videmus ⁊ audimus.
Dānant vtiq; matrimonia licita: ⁊ cibos
quos deus creauit ad percipiendum cum
gratiaꝝ actione fidelibus. Et q̄ ita esset fu
turuz: predictum est (vt iam diximus) ab
Apostolo Paulo: scribente hoc modo in
epistula ad Thimotheum. Spiritus mani 1.thi.4.
feste dicit: q̄ in nouissimis temporibus di
scedent quidam a fide: attendentes spiriti
bus erroris: ⁊ doctrinis Demonum in hy
pochrisi: loquentium mendacium ⁊ caute
riatam habentium suam ꝯscientiam: pro/
hibentes nubere ⁊ abstinere a cibis quos
deus creauit: ad ꝑcipiendum cum gratia/
ruz actione fidelibus. Hec serenissima ver
ba Pauli: vel potius spiritus sancti: lecta
fuere in ecclesia Dei quasi per mille cētum
quinquaginta annos: ⁊ semp hoc dicitur
in eis: cum leguntur a quolibet: qd̄ fuit in
eis eo tempore quo scripta fuerunt. Non
autez q2 semp tempus futuꝝ annunciatur
in eis: sine fine futuruz erit qd̄ dicitur: sed
tam diu oportuit esse futuꝝ: quousq; veni
ret tēpus in quo accideret: qd̄ dictum est.
Qd̄ si ideo scriptum est a spiritu sancto vt
sciretur cum accideret: qd̄ predixit: liquet
profecto q̄ de tempore hoc dicebat: in quo
videmus hereticos esse in mundo qui fa/
ciūt ea mala que prescripsit Apostolus: im/
mo que spiritus omnipotentis Dei: futu/
ra esse predixit. Sed ⁊ illud notum est qd̄
predixit in epistula sua d̄ Antichristo: Joā
nes: cuius est liber iste: sicut nec illud est
ignotum qd̄ dicunt isti: adeo vt dum ea le
gimus eē predicta: que in his ex parte ma
gna videmus esse completa: flere magis li
beat: q̄z aliqd dicere. Etenim (vt iam de si

ne datur intelligi) qd consotum est in eis: prope est oino vt rumpatq in regulum. Negant enim filium dei venisse in carne dicētes: oēm carnem creataʒ a Dyabolo: vt apte intelligatur: ipsos preuidisse in spiritu
1.ioā.1. beatus Joānes: qñ ait in epistula sua. Qui negat Christum venisse in carne: non est ex deo: ꝛ ipse est Antichristus qui venturus est. Nempe ꝛ apostolicum cui omnes obediunt se fatentur habere: de quo in presenti loco subsequenter adiungitur.

T.12 ¶ Et habebant super se regem Angelum Abyssi: cui hæbraice nomen, Abadon: græce autem: Apollion: & latine habet nomē exterminans.

¶ Puto ego ꝙ huiuscemodi pseudo prophetaꝛ: ita quoqꝫ ipse veniat tenere locum Antichristi: quō Dauid ꝛ ceteri reges Hierusalem locum Christi. Unde ꝛ ipsimet reges Juda: Christi dñi dicebantur. Siquidem vt oēs illi Christi dñi dicebantur: ita ꝛ in secta ista: multi iam forsitan precesserunt: qui essent pro auctoritate pfidie dicēdi Antichristi: maxime cum dicat Joannes vtens presenti vel preterito pro futuro. Sicut audistis ꝙ Antichristus venit:
1.ioā.1. nunc Antichristi multi facti sunt. Et quia protinus subinsert. Unde scimus qꝛ nouissima hora est. Sequi non longe post ipsum magnum Antichristum demonstrat: queꝫ ego considerans vniuersas facies scripturarum: ꝛ introitus ꝛ exitus concordiarum: presentem puto esse in mundo: ꝛ si necduꝫ venerit hora reuelationis ipsius. Oportet enim ꝓm Hieronymum: desolari Romanum
Hiero. Imperium quod resistit ei: antequaꝫ reueletur: ꝛ tunc (inquit) reuelabitur ille iniquus: cuius est aduentus ꝓm operationem
2.thes.2 Sathane: in omnibus signis ꝛ prodigijs mendacibus. Reuelabitur autem manifeste: sub sexto Angelo tuba canente: ꝛ si antea velut occulte operari incipiat. Tempus siquidem sexti Angeli omnino credimus esse breue: propter illud qd dominus ait. Propter electos breuiabuntur dies illi. Nam in tribus annis (nisi fallor) termi mat.24
nari oportet tribulationem eandem: ꝛ tempus sexti Angeli tuba canentis: quāuis qꝛ sextum tempus: duplex est: aliquid preire oporteat: quod pertineat ad tempus sexti Angeli: manente adhuc in prelio Angelo quinto: presertim: cum prius soleat incipere qd pertinet ad sequentia: qꝫ opera precedentia consumationem accipiant. Quod si ita est: oportet Antichristum preuenire tempus sexti Angeli: aut per se (aut quod magis creditur) per nuncios suos: vt conceptum longe ante venenum: tunc iaꝫ preparatus ad belluꝫ: ꝛ multis dyabolicis argumentis: promunitus effundat. Qui iure quoqꝫ dictus est Rex Abyssi: qꝛ in corde populi infidelis a principio regnat. Uocatur vero hebrayce Abadon: grece auteꝫ Appollion: ꝛ latine habet nomen exterminans: qꝛ in diebus eius compleri opꝫ illud qd scriptuꝫ est in libro psalmoꝝ. Uineam de Egypto transtulisti: eiecisti gētes ꝛ plātasti eam: ꝛc. Et infra. Ut quid destruxisti maceriam eius ꝛ vindemiant eam omnes ps.79.
qui pretergrediuntur viaꝫ? Exterminauit eam Aper de silua ꝛ singularis ferus depastus est eam. Quod tale est: ac si diceretur. Multi qdem heretici trāseuntes ꝛ pretergredientes viam: dāna multa ꝛ obprobria intulerunt ecclesie: que ad tpˢ poterāt tollerari: qꝛ ꝛ si pdebatur fructus: ipsa tñ integra in suo statu manebat. At ille qui dicitur Aper de silua: intollerabiliter extermi nabit eam: ita vt non videatur esse vinea: sed solitudo deserti. Licet auteꝫ multa exterminia operetur Dyabolus per membra sua sub Angelo quinto: maius tamen ꝛ grauius exterminium erit quod sequetur sub sexto: ꝛ qꝫ durum: ꝛ qꝫ angustum subsequetur sub septimo. Unde ꝛ mox subditur.

¶ Ve, vnum abiit: & ecce veniunt adhuc duo: ve: post hæc.

¶ De sexto angelo tuba canente.

T.13 ¶ Et sextus Angelus tuba ceci/
nit. Et audiui vocem ex quatuor
cornibus altaris aurei : quod est
ante oculos dei: dicentem sexto
Angelo habenti tubam. Solue
quatuor angelos qui alligati sūt
in flumine magno Eufraten. Et
soluti sunt quatuor Angeli qui
parati erant: in horam: & diem:
& mensem: & annum: vt occide
rent tertiam partem hominum:
& numerus equestris exercitus:
vicies millies dena millia: & ita
vidi equos in visione : & qui se/
debant super eos habebant lori/
cas igneas : & sulphureas : & ia/
cynctinas.

TEmpus sexti Angeli tuba canen/
tis : de quo in presenti capitulo ser/
mo est : ita sm̄ id quod proprium est : fu/
turum esse sentimus : vt tamen sm̄ ali/
quid sumpsisse exordium videatur. Ut
enim prius Joannes Baptista : predica/
tor factus est gratie : q̄z lex Moysi peni/
tus decidisset. ita quilibet Angelorum sex:
prius incipit tuba canere : q̄z Precessor
suus insonare desistat: & prius inchoantur
subsequentia prelia : q̄z bella precedentia
ad consumationem seculi perueniant. Igi
tur inquantum capere ego queo: tempus
quidem sexti Angeli: initiatum est: sed ta/
men tempus quinti : necdum vsq̄z ad
presens consumationem accepit. Tempus
ergo sexti Angeli: iam nunc sm̄ quid ini/
tiatum est: & sub omni celeritate & instan/
tia oportet consumari : quod de eo in hoc
volumine scriptum est. Et audiui (in/
quit) vocem vnam: ex cornibus altaris
aurei : quod est ante oculos Dei dicen/
tem sexto Angelo habenti tubam. Solue
quatuor Angelos: qui alligati sunt in flu/
mine magno Eufraten. In cornibus al/
taris aurei : que vtiq̄z non sunt nisi qua/
tuor : quatuor Euangelistas designari ar/
bitror : quorum vnus est Beatus Joan/
nes (cuius est precipue vox ista solennis)
que auribus sepe nostris insonuit. Si
enim cursus quatuor euangeliorum con/
templari sufficimus. Unam communem
vocem in ipsis quatuor audimus annun/
ciantem nobis dominum Jesum tradi/
tum fore in manus peccatorum in fine
quinti diei qui precedit parasceue: die ve/
ro ipso qui vocatur sextus : crucifixum :
mortuum: & sepultum. Hanc vocem si spi
ritualiter intelligimus: profecto innuit no
bis in spiritu: quod futurum erat: soluen/
dos esse: videlicet: filios noctis & tenebra/
rum in tempore sexti Angeli tuba canen/
tis ad complendum illud quod ait domi/
nus interrogatus de fine mundi. Cum Luc.21
videritis Hierusalem circundari ab exer
citu : tunc scitote quia prope est extermi/
nium eius. Angelo vero sexto dicitur vt
soluat quatuor angelos: cum propter in/
finita scelera hominum : iubentur San/
cti Dei non orare pro Populo malo &
adultero : sm̄ quod ex voce Domini di/
citur Moysi. Dimitte me vt irascatur Exo.32
furor meus. Quasi enim alligatus erat
Deus prece iusti vt non posset facere qđ
volebat. Quod si hoc ipse Deus : quan/
to magis (& si dissimili modo) alligantur
viri impij prece iustorum : ne faciant ma/
lum quod facere sunt parati: quousq̄z per/
ueniāt peccata Babylonis vsq̄z ad celuz:
& recordetur Dominus delictorum eius?
Uel certe sexto Angelo tuba canenti di/
citur: vt Angelos soluat: non ꝙ eius sit sol
uere : sed ꝙ eius sit demonstrare solutos:
iuxta illud quod dicitur Esaye Prophe/
te. Occeca cor populi huius: & cetera que
sequuntur. Neq̄z enim Propheta obceca
uit cor populi Judeorum: sed ipso prophe Esa.6.

tante obcecatum est insipiens cor eorum:
quamuis legamus precessisse Dominum
3 re.19. Helye Prophete vngere Azaelem Re/
gem in Syriam ad percutiendum filios
Israel: quod postea ad verbum Helysei
completum esse didicimus. Quod vero
ait. Qui parati erant in horam: ⁊ diem: ⁊
mensem: ⁊ annum vt occiderent tertiam
partem hominum: non tam quidem rem
futuram: q̄ȝ causam exprimit voluntatis
eorum. Licet enim non semper obtineant
quod volunt ipsi: tamen parati sunt ad
complenda desideria patris sui: sm illud
quod dictum est in Libro Job de eodem
Job.40 Dyabolo. Absorbebit fluuios ⁊ nō mina/
bitur: ⁊ habet fiduciam vt influat Jorda/
nis in os eius. Paratus dicitur ad horam
vel ad diem: qui mox (vt permittitur)
aut iubetur aliquid: presto est: ita vt qua/
cunqȝ hora permissio vel iussio fit: ipse sit
paratus sine mora complere. Paratus di/
citur ad mensem: vel ad annum: qui tam
diu se posse credit perseuerare in causa:
quamdiu permanere in illa: aut permit/
titur: aut iubetur. Hi ergo quatuor An/
geli mali parati esse dicuntur ad horam:
vel ad diem: quia semper sunt solliciti ⁊
vigilantes ad malum: expectantes qua
hora: ⁊ qua die detur eis potestas inter/
rogandi supplicijs Christianos: ⁊ trahe/
re illorum aliquos ad spurcitiam suam.
Parati esse dicuntur ad mensem: vel ad
annum: quia non se ita credunt inher/
tes: vt quasi ad horam ⁊ ad momentum
faciant quod preualent ⁊ desistant: sed pa/
rati sunt preliari pro errore suo (etiam si
oporteat) vsqȝ ad mortem: dicente Do/
mino. Arbitrabuntur se obsequium pre/
Joh.16 stare Deo: Angeli vero dicti sunt: qui mit
tendi sunt ad faciendam vltionem: sm il/
Ps.77. lud Psalmi septuagesimi septimi. Misit
in eos iram indignationis sue: indigna/
tionem: ⁊ iram: ⁊ tribulationem: immis/
siones per Angelos malos. Puto autem
istos esse illos quatuor Angelos: de qui/
bus dicitur supra in apertione sexti signa

culi: ꝙ starent super quatuor angulos ter/
re: ⁊ tenentes quatuor ventos celi ne fla/
rent: ⁊ ꝙ datum esset illis nocere terre: ⁊
mari: atqȝ arboribus. Quatuor autem
erunt: vt quasi quatuor Euangeliste: du/
ces videantur esse eorum: qui per ver/
bum ipsorum nepharium: credituri unt
Antichristo: cui ⁊ adherebunt plurimi
Judeorum: videntes signa ⁊ prodigia Judei.
que facturus est ipse: ⁊ Discipuli eius.
Non enim vnum Antichristum: aut mat.10.
vnum Pseudo Prophetam: predixit
Christus esse venturum: sed multos. Et Ante/
quidem: vt in sexto Angelorum effun/ christi
dentium septem Phialas: ostenditur: multi.
egressuri sunt pseudo Prophete: ad Re/
ges Terre: ⁊ congregaturi eos ad diem
magnum Dei omnipotentis. Non so/
lum autem ipsi: sed ⁊ aliqui Sarraceno/
rum: qui ⁊ reputantur in Bestiam. Et
enim quarto tempore: apparuit Bestia
que ascendit de Abysso: ⁊ quinto alia
Bestia: que ascendit de terra (hoc est)
secta Sarracenorum: que resistit quarto Sarrace
Angelo tuba canenti: ⁊ secta Pathare/ nus.
norum: que resistit quinto: licet illa ma/
nifeste: ista quantum potuit: sicut iam ex
fine colligitur: in occulto. In sexto au/
tem tempore egressuri sunt aliqui (vt ego
arbitror) ex vtraqȝ Secta: quorum alij
videantur esse Equites: Equi aliqui: adeo
terribiles ⁊ monstruosi: vt si fieri possit
in errorem inducantur: etiam electi. Mi/
rum ꝙ preterito anno veniens quidam
vir satis (vt apparebat) prouidus ⁊ ti/
mens Deum a partibus Alexandrie: in
quibus detentus fuerat in vinculis: dixit
se audisse a quodam magno Sarraceno:
misisse Patharenos Legatos suos ad il/
los: postulantes ab eis communionem
⁊ pacem: quodqȝ illis concedentibus: re/
uersi sunt ad suos: reportaturi cum tem/
pus esset: ad eos: certum verbum vni/
tatis ⁊ pacis. Hoc audiui ipse: ab eo/
dem viro: in Ciuitate Messana. Anno 1195. an
millesimo centesimo nonagesimo quinto num.

incarnationis dominice:tertiedecime in/
dictionis. Hec idcirco dico:ꝙ videtur in
hocipso erroris mysteriuz parturiri:ꝛ ope
ris iniqui quasi fundamētum iactari. Igi
tur cum venerit tempus:ꝛ presto erit:ho
ra solutionis Angeloꝝ istoꝝ:exibunt cuz
superbia ꝛ furore consumari ea que scripta
sunt in libro isto:˜eo ꝙ non cognouerunt
homines tp̄s ꝯsolationis sue. De qua:vz:
solutione maloꝝ:ꝛ potestate tenebraꝝ:di/
cit psalmista. Posuisti tenebras ꝛ facta est
nox:in ipsa pertransibunt oēs bestie silue.
Bestie silue dicte sunt gentes infideles:
que more bestiaꝝ sitiunt humanum cruo/
rem:quaꝝ alique sunt a parte orientis: si/
Turchi cut sunt hi qui vocant̄:Turchi:alie in me
ridie:sicut Ethiopes:alie ab occidente:si
cut Barbari:siue Mauri:que vulgo dicū
tur:Meselmuti:alie ab aqlone:que ꝛ ipse
(sicut ferunt Alemani) qui cuz eis sepe ha
buere ꝯflictum:satis ferocissime:ꝛ terribi/
les sunt. Hi oēs vsqꝫ ad sextuz tempus:qđ
erit:immo ꝛ est pre oibus tenebrosum:alli
gati fuere in flumine magno (hoc est) in
Roma. impiuz. Romano Imperio:qđ ꝯstituit deus oipo
tens ad munimen pacis:ꝛ defensionem ec
clesie:quo resistente iuribus ꝛ potētia mul
ta:non fuere pmissi transire terminos ꝯsti
tutos:ꝛ methas quas posuit illis Deus:si
cut de eis in typo maris in libro Job a do
Job.38 mino dictum est. Circundedi illud termi
nis meis:ꝛ posui vectes ꝛ ostia:ꝛ dixi:huc
usqꝫ venies:ꝛ nō procedes amplius:ꝛ hic
ꝯfringes tumentes fluctus tuos. Et hoc
qdem vsqꝫ modo. Cum autem sextus an
geloꝝ effundentium septem phialas iracū
die dei:effundet phialaz suam sup flumen
illud magnuz Eufratem ad siccandas aq̄s
eius:que tenent alligatas gentes:qd vltra
spatur:nisi aduentus illoꝝ:qbus prepara/
bitur via vt veniant ad pcutiendam Ba
bylonem ciuitatem supbam:que sedet (vt
d: in hoc libro) super aquas multas:que si
cut exponit Angelus qui ostēdit visionez
Joanni: non aliud sunt q̄ȝ populi multi.
De quoꝝ.s.populoꝝ viribus: presumpsit
vsqꝫ modo superba ciuitas:ꝛ adhuc presu
mit: quasi impossibile sit tradi multos in
manibus paucoꝝ:presertim cum non sint
pauci:sed multi:immo innumere multitu
dines: qui iudicaturi sunt illam. Et qui
sunt illi? Audi qđ de eis dictum sit in se/
xta parte:in qua agitur generaliter de hu
iusmodi excidio Babylonis. Decem cor/
nua que vidisti:decem Reges sunt qui re
gnum necdum acceperunt: sed vna hora
tanq̄ȝ Reges:regnum accipient post Be
stiaz. Et paulopost. Hi odient fornicariaz:
ꝛ desolatam facient eam ꝛ nudam: ꝛ car/
nes eius manducabunt:ꝛ ipsam igne ꝯcre
mabunt. Deus enim dedit in corda eoruz
vt faciant qđ illi placitum est:vt dent Re
gnuz suum Bestie:donec ꝯsumentur ver
ba Dei. Et mulier quam vidisti:est Ciui/
tas magna:que hȝ regnum sup Reges ter
re. O vtinam poneret ad cor verba hec
vrbs supba:ꝛ non presumeret de aqs suis
(hoc est) de multitudine populoꝝ suoruz:
vtinam vel hoc ꝯcuteret cor eius:qđ nu/
per accidit Regi suo:ꝛ multitudini popu
loꝝ:qui fuerunt cuz eo:qūo defecerunt in
via nemine psequente:ꝛ vix pauci hoies:
de tam multis potuerunt euadere:vt di/
scat ois ecclesia sanctoꝝ:nō dari victoriam
multitudini armatoꝝ:sed reliquijs fidelis
populi:qui ꝯtendunt in fide. Dictum est
autem: ꝙ siccande essent aque Eufratis:
vt preparetur via Regibus ab ortu solis:
qđ sine gemitu dicēdum non est:initiatio
quedaz terribilis iam preeessit:sup eo.s.qđ
nup accidit:sup inclyto illo exercitu Fre/
derici magni ꝛ potentissimi Imperato/
ris:ꝛ alijs exercitibus populi Christiani:
qui transeuntes mare in infinita multitu/
dine: vix in paucis reliquijs pene sine
effectu remearunt ad propria. Ab ortu
autem Solis: via Regibus illis prepa/
rari dicta est: quia magna tribulatio:que
presens est: a parte Orientis incepisse di/
gnoscitur. Non enim videre possit: quo
modo hoc verbum allgorice intelligi que
at: sicut ꝛ multa alia: nisi forte dicamus

terram hierosolimitanam vocari spiritua
liter: ortum solis: qꝛ ibi ortus est sol iustitie
xp̄s deus noster. Igitur equestris exerci/
tus: quem vidit in visione Joānes: falsos
illos christianos designat: ⁊ regnum pari/
ter sarracenoꝝ: qđ lꝫ videamus ꝓficere in
regnum nouum: qđ designatum est in pe/
Dañ.2 dibus statue: quam vidit in visione: Na/
buchdonosor rex: de plantario: tñ ferri or/
tum est: hoc est: de regno illo sarracenoꝝ:
qđ initiatuꝫ est a Mahometh. Et hoc qđ
summope notandum credidi: ne qs me ar
guat bis ducere ad ꝯflictum gentem sarra
cenoꝝ: hoc est: in duobus tp̄ibus: quarto
s. ⁊ sexto. Non est ꝯtrarium vel absurduꝫ:
ꝙ caput vnum bestie: qđ quasi mortuum
visum fuit: iteꝝ reuixit a mortuis: ⁊ visuꝫ
est ꝙ fecisset deteriora mala: qꝫ que fecerat
a principio. Non est alienum a fide: qꝛ in
illa visione Nabuchodonosor: auꝝ qdem
positum est semel: argentum semel: es simi
liter semel: ferꝝ autem non semel: sed bis:
⁊ dictuꝫ est: ꝙ duo regna vltima essent fer
rea: lꝫ sequens mixtum luto: ⁊ ꝙ alteꝝ ex
altero orietur. Hec idcirco dico: qꝛ duo ista
regna vltima: habent locum inter confli/
ctus septem angeloꝝ: de qbus agimus: in
quarto: vꝫ: ⁊ sexto tp̄e: ceteris tribus re/
gnis ab hac cōione seclusis. Igif equestris
exercitus: quem vidit Sanctus Joannes.
Pseudo ꝓphetas simul ⁊ sarracenos desi
gnat: qui ⁊ pro multitudine nimia: innu/
merabiles sunt: ⁊ pro fortitudine supbi ⁊
pro crudelitate feroces. Equi enim quos
vidit: significāt cohortes ⁊ cetus innume/
ros pugnatoꝝ. Sessores pseudo ꝓphetas:
qui videntur sagaciores esse: ⁊ quasi inter
hoies rationem habere. Hi tribus tegumē
tis muniunt corda sua ne possint vulnera
ri sagittis: ⁊ transfigi spiculis verboꝝ dei:
ira: luxuria: ⁊ hypochrisi. Ira: qꝛ nolunt si
cut hoies rationabiliter agere: sed sine rō/
ne ⁊ iustitia irascuntur aduersus eos qui
non sentiunt eadem cum illis. Luxuria: qꝛ
cum nos laudemus vitam castam: ipsi feli
cem putāt vitam luxuriosam. Hypochrisi:
qꝛ docent subiectos suos coram alijs graui
ter se habere: ⁊ nihil amittere leuitatis. Et
hi oēs ad hoc laborant: vt deleant nomen
xp̄i de terra: ⁊ imponant silētium sexto an
gelo: hoc est: predicatoribus veritatis: qui
bus datum est forte sicut ⁊ ceteris annun/
ciare euāgelium in tp̄ibus istis. Prima lo
rica: que est: ira: designaf in igne: qꝛ ignis
in diuina pagina sepe iraꝫ designat. Scđa
que est: luxuria: designatur in sulphure: qꝛ
vtrūqꝫ sane sentientibus horribiliter fetet.
Tertia que est: hypochrisis: in colore iacyn
ctino: qꝛ iacynctum aereum hꝫ colorem: ⁊
ipsi se dicunt esse ꝯtemplatores celestium:
presertim qꝛ multi eoꝝ: astroꝝ diuinatio/
nibus gaudēt. Hec enim tria sunt: que ma
xime abijciunt verba dei. Ira: luxuria: ⁊ sa
piētia seculi. Ira enim ⁊ luxuria cecāt ocu
los mētis ne videatur qđ veꝝ est. Sapien
tia seculi: resistit sapientie dei. Unde ⁊ in li
bro Hyeremie dr̄. Filij Agar qui exquisie/
runt sapientiam que de terra est: non inue
nerunt locum eius. Tales ergo sunt: ⁊ taꝫ
multi quos peccatis nostris exigētibus pre
ualere sentimus: tales sunt ⁊ tam multi:
cuꝫ qbus nos opꝫ (⁊ hoc qꝫ citius) bis ad
ꝯflictum venire. Modicum (inquit dn̄s)
⁊ non videbitis me: ⁊ iteꝝ modicum. Qđ
cum fuerit completuꝫ: videbitis me: ⁊ gau
debit cor veſtꝝ. Hoc enim modo opꝫ dn̄m
Jesum: qui vsqꝫ modo in membris suis la
borauit in terra: ire feliciter ad patreꝫ: cum
post duas istas tribulationes: que in sexto
Joã. 21. me. Verumetiam & Joãnes: de quo & subiungitur. Conuersus Petrus: vidit illum Discipulum sequentem: quem diligebat Jesus. Quod autem ait Jesus. Sic eum volo manere donec veniam: quid ad te? tu me sequere: tale est ac si diceretur. Et si ordo iste sicut & precedens: sequi paratus sit: & sequi ceperit: nolo tamen: vt cum precedenti in tormentis deficiat: sed volo vt liberatus de manu pessimorum: maneat vsq in finem: quousq ego veniam ad extremum iudicium. Sic fugienti Dauid a facie Absalon: occurrerunt duo amici eius: parati in omnibus sequi eum: sed tamen qui prius venit: admissus est: qui autem posterior: non est sequi pmissus: haud dubium: q in typo duorum ordinum qui sequuntur Jesum: quorum primus admittitur ad consortium passionis: secundus relinquitur in Ciuitate: ad dissipandum consilium Achitophelis (hoc est) Hereticorum: qui discedent a Christo. Primus ergo duoru patietur cum Petro ad complendum numerum Sanctorum Martyrum. Secundus relinquetur cum Joanne ad predicandum Euangelium Regni: populis hucusq in cecitate relictis. Unde & hic subditur.

¶ Et dixit mihi. Oportet te iterum prophetare: populis: & linguis: & Regibus multis. T. 5.

¶ Quid est q dicit. Oportet te iterum prophetare: nisi quia iam annunciatum erat Euangelium per Apostolos Christi: & Judeis & gentibus: quando scriptus est liber iste: & tamen non omnibus datum erat: vt crederent per verbum eorum: quousq compleatur numerus annorum prefinitus a deo: vt quomodo in exordio primi status: datum est Josue introducere filios israel in terram promissionis. In exordio secundi: Sancto Joannni & socijs eius euangelizare in Judea & in Asya: ita nunc quoq detur eis: quos designat Joãnes: predicare populis: & linguis: & Regibus multis. Futurum est enim vt adhuc Judaica perfidia subijciatur sceptro Christi. Futurum: vt reliquie gentium: agnoscant Saluatore mundi esse Jesum: agnoscant non esse salutem veram nisi in fide Sancte Trinitatis: nisi in confessione patris: & Filij: & Spiritus Sancti (hoc est) in fide & confessione vnius Dei: a quo omnia: per quem omnia: in quo omnia: qui vult omnium miserer: dicente Apostolo. Concludit deus omnia in credulitate: vt
omnium misereatur. Pro eo enim q Deus trinitas est: in tribus magnis certaminibus: oportebat dissolui regnum mundi huius a compage sua: vt statueret ppetue regnu Dei: euacuato a Rege Xpo: oi principatu & potestate: & positis vniuersis inimicis scabellum pedum eius. Fuit autem Ro. 11.

primum certamen: sub Moyse famulo do/
mini. Secunduȝ sub Apostolis. Tertium
sub illis quos Beatissimus designat Joā/
nes. De hac serotina predicatione quaȝ fa/
cturus est ordo ille quem designat Joan/
nes: ꝯsumato iam pene illo ordine quem si/
Clerus cōsuma bitur. gnificat Petrus: interrogata veritas a di/
scipulis de fine mundi: post multa que fu/
tura fore predixit: adiecit ⁊ ait. Et predi ca/
mat.24 bitur hoc Euangelium regni in vniuerso
orbe in testimonium omnibus gentibus:
⁊ tunc veniet ꝯsumatio. Et recte non ait.
Opȝ te iteruȝ euangelizare: sed propheta/
re: q: euangelizare proprie dictum est: pre/
dicare verba euangelij: ſm hystorie verita/
tem: prophetare vero: annunciare futura:
seu per occultam inspirationem gratie: seu
per intelligentiam spiritualem. Quamuis
enim aliud sit habere prophetiam: aliud
nosce mysteria: q: tum per vtrunq̃ predi/
cuntur futura: recipi aliud pro alio in di/
uina pagina consueuit. Sequitur.

Cap.11. T.1. ¶ Et datus est mihi calamus si/
milis virgæ: & dictum est mihi.
Surge & metire templum Dei:
& Altare: & adorantes in eo. A/
trium autem quod est foris: tem/
plum, eiice foras: & ne metiaris
illud: quoniam datum est genti/
bus: & Ciuitatem calcabunt mē/
sibus quadraginta duobus.

¶ Sicut vnum fuit Templum Dei: qđ
edificauit Salomon: ita vna fuit Sancta
Ciuitas: quam edificauit Dauid: vel po/
tius: quaȝ superedificauit: imposito illi no/
mine Hierusalem: que tamen qualiter fue/
rit sancta: non inuenitur: cum in ipsa effu/
sus sit sanguis Jesu Christi: ⁊ sanctoꝝ pro/
phetaꝝ: nisi forte propter sanguineȝ ipsum
sanctum: qui effusus est in ea: ⁊ quia Deus
elegit illam in sanctam: vt poneret ibi no/
men suum. Magis autem dicenda est san/
cta Ciuitas: sancta Romana Ecclesia: que
firmiter tenet ⁊ predicat veram Fidem:
non sicut Ecclesia Grecorum: que negat
spiritum Sanctum procedere a filio Dei:
nec sicut Synagoga Judeoruȝ: que negat
Messiam: idest: Christum natum a Deo
patre: quasi nō sit filius Dei: sed filius Jo/
seph: qui causa magni mysterij: dictus est
vir Marie. Igitur sancta Ciuitas Hieru/
salem: sancta Romana Ecclesia (hoc est)
tota latinitas intelligenda est: sicuti Eccle/
sia Grecorum: Samaria: siquidem vt ibi
decem Tribus scisse sunt a domo Dauid:
ita ab Ecclesia Petri: scisse sunt Greco/
rum Ecclesie. Porro Templum Dei: or/
dinem piorum Sacerdotum designat: Al/
tare vero ipsum: Cardinalium speciale ca/
pitulum. Quod si aliqui sunt: aut fuerunt
in eo: qui forte quod ore predicant: opere
non ostendunt: num peruersitas illorum:
promissionem illam Domini potuit im/ mat.16.
mutare: qua dicitur. Tu es Petrus ⁊ su/
per hanc petram edificabo Ecclesiam me/
am: ⁊ Porte Inferi non preualebunt ad/
uersus eam? Absit. Est enim (inquit Apo/
stolus) Deus verax: omnis autem homo Ro.3.
mendax. At quomodo Atrium quod est
foris Templuȝ: ita quidem structure tem/
pli: ac si quadam affinitate: seu propinqui/
tate coniungitur: vt tamen a corpore tem/
pli alienum esse videatur: sic Clerus Gre/
corum quadam propinquitate Christiane
fidei iunctus esse videtur Clero Latino/
rum: ⁊ tamen quibusdam vsibus super/
stitiosis: segregatus est ab Ecclesia Pe/
tri: nolens coarctari ⁊ constringi sub di/
sciplina vniuersalis Episcopi ⁊ Pastoris
animarum suarum: non ignorans ꝙ ei
Dominus generali ⁊ solenni mandato:
pascendas tradiderit Oues suas: sed
elegit magis Jeroboam filium Nabath:
qui peccare fecit Israel: ⁊ iuxta illud
Prophete: Rasim ⁊ filium Rome/ 3.reg.5
lie: vt liceat ei ambulare per viam la/
tam ⁊ spatiosam: que iuxta Saluatoris
vocem: non ducit ad vitam: sed ad perdi/
tionem. Hac pro causa: non immerito: matt.7.

clerus Grecoꝝ cum filijs suis eijcietur so/
ras:q: datus est gentibus:vtpote: q: non
pstringitur sub mensura calami ⁊ disciplí/
na Pastoris: vt discat oís populus subdi/
tus esse deo:⁊ obedire in oibus cui prece/
perit ipse. Pro eo enim ꝙ relicto Templo
dei:qd fundatum est Rome de lapidibus
viuis:a quo debent vniuersi populi: non
panem fermentatum (quem Greci offe/
runt) sed pure ⁊ orthodoxe doctrine acci/
pere veritatem: elegerunt magis esse in
atrio:qd sibi extra templi ambitum. Con/
stantinopoli construxerunt epi: ⁊ habere
eos quos ipsi elegerunt sibi in Reges ⁊ pa
stores aiaꝝ suaꝝ:⁊ iam illos ex magna par
te datos gentibus esse videmus:⁊ adhuc
deterius esse dandos pheticum illud qd
modo supra cōmemoraui in typo decem
Tribuum Israel:manifestat:cum dicitur.
Esa. 8. Pro eo ꝙ abiecit populus iste aquas Sy/
loe que vadunt cum silentio: ⁊ assumpsit
magis Rasim ⁊ filium Romelie: pp hoc
ecce dñs adducet sup euz:aquas fluminis
fortes ⁊ multas:Regem Assyrioꝝ:⁊ oēm
gloriam eius. Et ascendet super oēs riuos
eius:⁊ fluet sup vniuersas ripas eius. Di/
ctum est hoc ꝺm litteraz de populo israel:
qui erat pro peccatis suis tradēdus in ma/
nus Assyrioꝝ:sꝫ tñ in figura eoꝝ que passe
sunt:⁊ patiuntur vsqꝫ adhuc plurime Gre
coꝝ ecclesie. Ut enim tribus illas Assyrij:
ita Arabes:qui ⁊ Sarraceni:istoꝝ q̃plurí
mas vastauerunt ecclesias. Et q: siue in tē
pore illo Tribus Iuda:siue in isto: latina
ecclesia:addere peccata peccatis:⁊ scelera/
tius agere nō pauescit:⁊ hic dictum est de
gentibus:qbus datuz est atrium qd est so
ris templum:ꝙ Ciuitatem sanctam calca
ture sint gētes mēsibus quadraginta duo/
bus:⁊ ibi simile aliqd:haud minus terribi
lius adiunctum est sub eodem mysterio.
Esa. 8. Et qd est illud? Et ibit (inqt) per Iudam
discurrens ⁊ transiens vsqꝫ ad collum ve/
niet. Et erit extensio alaꝝ eius implens la
titudinem terre tue:o Emanuhel. Erit
autez istud in diebus illius Regis vndeci
mi: qui scriptus est in Daniele propheta: Dan. 12
quiqꝫ regnaturus est in tp̄s ⁊ tpa:⁊ dimi/
dium tpis. Igitur ⁊ ecclesiam Grecoꝝ da
rioꝝ gentibus pro peccatis:⁊ ecclesiam la
tinam calcandam esse a gentibus mēsibus
quadraginta duobus. Uex qd ait. Metire
templum dei:⁊ ꝑtinus addidit. Et adorā
tes in eo. Etiam reliquie Grecoꝝ que ꝯfu
gient ad Romanam ecclesiaz: in numero
adorātium accipiende sunt:haud dubiuz:
ꝺm illud qd dictum est a dño ad Helyam.
Reliqui mihi septem millia viroꝝ:qui nō 3. re. 19.
curuauerunt genua sua ante Bahal. Qd
autem oporteat:reliquias Grecoꝝ seq ali/
qñ Latinos in notitia veritatis:⁊ nōnul
los etiam eoꝝ transire in significatum eoꝝ
qui designantur in Ioanne:etiam verbis
mysticis dari potest. Dicit sane isdem Ioā
nes in euāgelio suo:iuisse Mariam Mag
dalenam:mane cuz adhuc tenebre essent: Ioā. 20.
ad monumētum ⁊ inuenisse inde sublatuz
corpus Iesu. Uenisse aūt ⁊ nunciasse hoc
Petro:⁊ illi discipulo quem diligebat Ie
sus:ipsi.s. Discipulo qui ⁊ scripsit hec. Ad
cuius vocem ceperunt currere simul: Pe
trus.s. ⁊ Ioānes:vt venirent ad monumē
tum:⁊ factum est ita:precucurrit autem ci
tius Ioannes:⁊ puenit primus ad monu/
mentum: nec tñ introiuit. Sequutus est
aūt Petrus ⁊ introiuit prius: factusqꝫ est
primus nouissimus:⁊ nouissimus ꝑmus.
Hec oia ⁊ que sequuntur:leguntur annis sin
gulis in ebdomada Pasche. Sed pleriqꝫ
sic audiunt foris:vt qd intus habeant:nō
attendant. Q: vero tp̄s appropinquat vt
hoꝝ mysteria compleantur:vtilius forsan
apiuntur modo:si qua vsqꝫ ad presens nō
fuerūt apta:ne forte putet agricola ꝯtēnen
dos esse agros spinosos:ex qbus expectat
dñs fructum in tpibus suis. Hec itaqꝫ euā
gelij verba:si ad soluz significatum Petri
⁊ Ioānis:semota a mysterio Maria Mag
dalena:retorquere libet:possumus in Ioā
ne qui prior venit: ⁊ posterior intrauit in
monumētum: populum accipe Iudeoꝝ:
qui primus accepit vetus testm̄:qꝫ popu/

lus gentilis:⁊ tamen ad internum ipsius intellectum:non nisi in fine mundi intro/ire permittitur. Si autem simul tres con/feruntur in vnum:Petrus.s.⁊ Joannes: ⁊ Maria Magdalena (qđ magis euange lica lectio) velle videtur:Maria Magda lena:que mane cuꝫ adhuc tenebre essent: peruenit ad monumentum:designat Sy/nagogam Judeoꝝ:que prima cum adhuc tenebre ignorantie essent in mundo : pue/nit ad notitiam prioris testamenti. Que: vꝫ:Synagoga:cum ad vltimuꝫ in electis palmitibus:agnouit Christum esse filium Dei : ⁊ vidit ꝙ reprobatus esset a populo suo:honoratus vero ⁊ electus a gẽtibus: intuita subtilius in monumento scriptu/raꝝ sanctaꝝ:perpendit ꝙ vacaret littera: sublata inde veritate : que est in spirituali intellectu : ita vt apte dicat vnus eorum. Littera occidit : spiritus autem viuificat.
2.cor.3. Et non oẽs qui ex Jsrael:hi sunt Jsraeli/
Ro.9. te:neqꝫ qui semen sunt Abrae:omnes filij: sed in Jsaac vocabiť tibi semen.i.non qui filij carnis:hi filij Dei:sed qui filij sunt ꝓ/missionis:extimãtur in semine.Hec ⁊ his similia dicente Apostolo Paulo cum cete ris fidelibus qui erant ex circuncisione:⁊ ostendente multis argumentis:ꝙ vacaret monumentum littere:ꝓm se : ⁊ qꝛ veritas spiritualis intellectus quam occiderant ⁊ sepellierant Judei velut in fossa humo:vt statuerent carnalem intellectum:⁊ legem carnis:suscitata esset ab ipsa littera:⁊ trãs/lata ad filios spirituales:accidit annuente Deo : vt ad predicationem illius ecclesie que erat ex circuncisione : audirent eapsa auribus cordis gentes que erant predesti/nate ad vitam:⁊ currerent certatim ad no titiam prioris testamenti : ad agnoscẽdam tantaꝝ reꝝ:quam deus ostenderat verita/tem. Liquet enim ꝙ de Maria Magda/lena:nulla fit mentio post aduentum Spi ritus sancti:⁊ ꝙ Petrus misit specialiter ad populum Latinum:Joannes ad Gre/cum:ita vt alter Rome:alter Ephesi:acci peret sepulturam.Jnde est : ꝙ sicut Ma/ria designat Synagogaꝫ Judeoꝝ:ita Pe trus populum Latinum : Joannes Gre/cum:qui duo simul ⁊ audierunt libenter: ⁊ cucurrerunt velociter ad munumẽtum. Cucurrit autem citius Joannes:⁊ perue nit ad ipsum:nec tñ introiuit:qꝛ citius cu currit:⁊ precucurrit Grecus ad addiscen/dam superficiem littere prioris testamenti:⁊ tñ ad internum ipsius intellectuꝫ vsqꝫ ad hec nostra tempora:non puenit : qꝛ si per/uenisset (ꝓfecto Latino populo : qui iam intrauit cum Petro) penitus adhesisset: sed ⁊ fieret in rei veritate nobiscum:vnuꝫ ouile ⁊ vnus Pastor. Ut enim preternit/tamus cetera : qđ est ꝙ Judeoꝝ populus electus est primo ad culturam vnius Dei: duo autem circa fines seculoꝝ:nisi qꝛ vna est persona Trinitatis:que a nullo est : ⁊ a nullo mittiť. Due vero que ab vno sunt: Eph.3.
⁊ ab vno mittuntur? Qđ si populus Ju/daicus qui electus est in patribus:typum gerit illius psone:a quo omnis paternitas in celo ⁊ in terra nominatur:cuius psone typum gerere dicimus latinum:cui datus est vicarius Christi:nisi ipsius filij qui tra ditur occurrisse ipsi Petro:⁊ dixisse. Ue/nio Romaꝫ iteꝝ crucifigi:⁊ qui dedit ipsi Petro:vniuersalem potestatem absoluen/di.s.⁊ ligandi ad omnes ⁊ sup omnes:qui censentur noie christiano? Sane:qꝛ Greco rum populo datus est Beatus Joannes: a quo ⁊ incepit perfectoꝝ religio Mona/choꝝ:typum gerit illius spiritus qui que rit ⁊ diligit filios spirituales:eos.s.qui am bulant ꝓm spirituꝫ:⁊ odiunt luxum mun di:⁊ lasciuiam carnis. Qđ si ita est:quid ꝙ Greci nondum acceperunt posse credere: ꝓcedere spirituꝫ sanctum a filio:nisi qꝛ hu militer doctrinam acceperunt a Populo Judaico:qui gerit mysterium Dei patris: sed spernit nunc humiliter accipere a La tino : qui habet in hac parte similitudi/nem filij:vt quomodo idem spiritus acci/pere dicitur a filio : ꝙ annunciet:ita Gre corum Populus qui aliquando doctri/nam accepit ab Hebreo : accip at eo mo

do similiter a latino? Hoc plane myste-
rium: si intellexissent Greci: iam intras-
sent nobiscum in monumentum: scientes
quod non est deus dissensionis: sed pacis. At
quia nesciebat adhuc scripturam Joannes:
quoniam oportebat Christum resurgere a mor-
tuis: non est mirum si adhuc Greci nesciunt
mortuam esse litteram: vbi spiritus viuit.
Scient autem postea. Scient inquam: scient:
⁊ conuertentur ex eis reliquie in toto corde
Osee. 3 suo: ⁊ venient in Syon querentes dominum: ⁊
Dauid Regem suum. Et adorabunt in al
tari: quod fundatum est Rome: ⁊ extunc ma
nus domini erit cum eis. Deinde Maria
Magdalena que stat foris: Synagoga .s.
que exteriora sectatur: inclinabit se a tumo
re superbie: ⁊ prospiciet in monumentum: ⁊
videbit ibi duos Angelos: concordiam .s. pa
trum duorum testamentorum: ⁊ intelliget vo
cem eorum increpantium se: ac si dicen-
tium. Mulier quid queris? quid plo-
Joã. 20. ras? quia nimirum mulier est ⁊ non vir
que querit Spiritum in Sepulchro: que
viuentem in secula: plorat cum mortuis.
Uidet etiam Maria Dominum ⁊ audit
illum dicentem sibi hocipsum: ⁊ extimat
Hortulanum: quia cum incipiet synagoga
apertis oculis cordis intelligere veritatem:
videbit quidem illam iam: sed non cogno
scet: quia tenebuntur adhuc oculi eius:
oppressi caligine infidelitatis sue. Sic ⁊
duorum illorum: qui cum eo loquebantur
in via: tenebantur oculi vt non agnosce-
rent quem videbant: ⁊ si cor eorum ar
dens esset in eis. Sed vt melius elucescat
quod dicitur. Tria sunt genera hominum
in hac parte notanda. Alij quippe sunt:
qui nec vident: nec agnoscunt. Alij qui
vident: sed non agnoscunt. Alij qui vidēt
⁊ agnoscunt. Nec vident: nec agnoscunt:
qui esse viuificantem spiritum: nullam per
cipiunt veritatem: idest: qui nec perci-
piunt veritatem: in his que legunt: nec
norunt attribuere quid cui: aut pro quo
scriptum sit. Uident ⁊ non cognoscunt:
qui ⁊ percipiunt quidem spiritualem in-
tellectum: nec tamen cui attribuatur pre
sentiunt. Uident autem ⁊ agnoscunt: qui
⁊ percipiunt spiritualem intellectum: ⁊
quid cui attribuatur presentiunt. Quo cir-
ca: cum Maria: nec vidit dominum: nec
cognouit ad tempus omnimode cecita-
tis Judeorum referendum est. Cum vidit ⁊
non agnouit ad tempus (vt ita dixerim)
penultimum. Cum percipient quidem spi
ritualem intellectum: sed vtrum secundum illum
oporteat eos ambulare: ⁊ ei se decetero cre
dere non intelligent. Cum vidit: ⁊ agno
uit: ⁊ vocauit eum: Rabbi: ad tempus
conuersionis eorum: cum: videlicet: ab-
lato velamine ab oculis eorum: intelli-
gent illud esse verum magisterium quod
est in spiritu: agnoscentes quid sibi velit
illud Apostoli. Littera occidit: spiritus 2. cor. 3.
autem viuificat. Quasi ergo quem videt
Maria: Hortulanum putat: ⁊ tamen do
minum quem perdidit: an ipse sit qui eum
abstulerit: querit: cum per ea que consuma
ta legit in Christo: Synagoga: quin ma-
gnus aliquis fuerit dominus Jesus: nega
re non potest: nec tamen eum credit esse
Christum: sed quasi vnum ex Prophe- 1. cor. 3.
tis: quasi vnum ex eis qui missi sunt plan
tare ⁊ rigare: non quasi ipse qui incremen
tum dat Deus. Et quia omnis fidelium
multitudo ipsum esse testatur Messiam:
quem expectant Judei: quasi ipse sit qui
abstulerit nomen Messie: cum quodam
muliebri affectu Synagoga pro ipso spiri
tu: quem videbit quidem: sed adhuc non
agnoscet interpellando causatur. Domi- Joã. 20
ne (inquit) si tu abstulisti eum: dicito
mihi: ⁊ ego eum tollam. Quasi enim
Maria: eum quem existimat Hortula-
num: putat abstulisse Dominum suum:
cum iam Synagoga vsque adeo erit desle
xa a tumore superbie sue: vt esse quidem
Messiam: non credat Dominum Je-
sum: sed tamen tam magnum Prophe-
tam: vt merito sibi pro contemptu ipsius
credat absconditam veritatem. Ideoque pro
ostendendo sibi domino regnans Hortula-

num Maria:rogatura pro ostendenda si/bi veritate:dñm Jesum Synagogam desi/gnat:cum:vz:non credet adhuc esse eum ipsam veritatem:sed quasi magnum ac sin gularem veritatis preconem. Uerum hoc vsqz ad tps. Ubi autez noie suo appellatur Maria ɔuersa cognoscit dñm ꝛ magistruz vocat.:q: vbi affectum gratie sue inspirat dñs in synagoga : qđ est cognoscere illam ex noie:protinus ɔuertuntur ad vniuersa lem magistrum:ꝛ ablato ab oculis eius ve lamine cognoscit illico saluatorem suum. Cognoscit inqȝ saluatorem : q: cognoscit veritatem nec tñ adhuc sicut est : sed sicut putant Judei:esse.s.saluatorez purꝫ hoiem ꝛ Dei filium adoptiuuz. Inde est ꝙ ꝛ post notitiam:ꝓhibetur tenere pedes dñi:quo usqz vadat ad discipulos:ꝛ ɔfiteat ascende re dñm ad patrem suum : q: nequaqȝ ad/mittit synagoga ad ɔsortium Christi:cre/dēdo ipsum esse filium Dauid:nisi ɔfiteat esse eum verꝫ filium Dei:esse eum benedi/ctum:qui venit in noie dñi. Fecit autem

ps.117. mat.23. Maria ad litteram:sicut precepit dñs. Fa ciet ꝛ hoc in spiritu:ɔuersa ad dñm syna/goga. Igitur ꝛ reliquie Grecoꝝ agnita ve/ritate que est in spiritu:ɔuertentur ad vni tatez ecclesie. Et reliquie iudeoꝝ pari mo do ɔuertent ad dñm:ꝑm qđ de duobus ce cis in typo vtriusqz populi in euāgelio scri ptum est. Egredientibus illis.i.Christo ꝛ discipulis eius ab Jerico:sequute sunt euz

mat.20. turbe multe. Et ecce duo ceci sedentes se/cus viam audierunt q: Jesus trāsiret:ꝛ cla mauerunt dicētes. Dñe:miserere nostri fi/li Dauid. Et stetit (inquit) Jesus:ꝛ voca uit eos : ꝛ ait. Quid vultis vt faciam vo/bis. Dicunt illi. Dñe vt apiantur oculi no stri. Misertus autez eoꝝ Jesus:tetigit ocu los eoꝝ:ꝛ ɔfestim viderunt:ꝛ sequuti sunt

Luc.18 eum. Hec Mattheus:Lucas autem non duos cecos:sed vnum tm̄ fuisse narrat:sub iungēs aliqd de Zacheo:qui ꝛ ipse cecus erat in mēte : non qdem postqȝ ingressus est dñs Jerico : sed priusqȝ pueniret ad il/lam. Sed quid? Num discordasse dicimus Euāgelistas:aut sicut Judei blasphemāt: deceptos eos esse putamus? Absit. Sz qui nouit oia anteqȝ fiant : voluit facere que/dam que essent similia ꝑm quid:ꝛ tñ ad ali qd dissimilia:vt discant hoies ꝙ littera oc cidat:spiritus aūt viuificet. Uexꝫ siqdem: fuit vtrūqz:q: vtrūqz ꝑm aliqd:spiritualis intelligētia exhibebat. Preter missum est 2.cor.3.

autez a Luca:qđ scriptum est a Matheo: ꝛ econtrario : q: si vtrunqz scriberetur ab vtroqz:putaretur ꝑm spiritum:nō in duo/bus : sed in quatuor populis ɔsumādum. Q: vo non in quatuor populis:sed in duo bus ɔsumandum est vtrunqz (hoc est) in Greco ꝛ Hebreo:scribit Lucas qđ accidet de eisdem populis ꝑm partem anteqȝ reue letur Antichristus:Mattheus qđ accidet generaliter:post ruinaz ipsius:cum euacua uerit Christus Jesus oēm principatum ꝛ ps.109.

potestatem : subiectis oibus inimicis eius sub pedibus suis. Opz enim illum regna 1.cor.15

re donec subijciat sibi iudeos:ꝛ alios mul tos:qui hactenus blasphemauerunt no/men eius:ꝛ dicant pariter nobiscum. Be/ matt.23

nedictus qui venit in noie dñi. Egressus. siqdez Jesus:pambulabat Jerico:q: egres sus sermo veritatis ab ecclesia:ptransibit: vt pueniat ad synagogam Judeoꝝ. Jerico Luc.19

nāqz interpretatur Luna:ꝛ Lune similis est synagoga Judeoꝝ:pp scientiam legis: que aliqñ lucebat in ea:ꝛ q: sicut Luna pa titur mēstrua:ita passa est synagoga iudeo/rum. Cecus autez qui sedebat secus viam mēdicans:populus est Grecoꝝ qui nō ha bens aptos oculos ad intelligētiam spiri/tualem:hoc saltē hz boni:q: stat secus viaz ɔfitēdo Christum:interrogādo veritatez: ꝛ clamando:Kyrieleyson. Qđ est dicere. Dñe miserere. Plurimi aūt Latinoꝝ in/crepant illos vt taceant:q: despiciunt eos ob cecitatem cordis sui:ignorantes ꝙ vbi abundat delictum:sepe supabundat ꝛ gra tia. Futurꝫ est aūt ꝛ hoc in proximo:vt vi/ Rom.5

deant veritatem:que est in spiritu:ꝛ veri/tas liberet eos a cecitate cordis sui : ꝛ fa/ciat illos seq se:vt secuz pueniant Jerico.

Consumabitur

Consumabitur autem hoc mysterium:in
parte populi Grecorum:anteq̃ Judeoruz
populus ꝯuertatur ad deum.Mox enim
vt pars Grecorum percipiet veritatem:z
pars Judeorum designata in Zacheo:reci
piet eandem veritatem in hospitio cordis
sui:z erit subdita illi ꝑm voluntatem ipsi/
us.Descendet enim festinus ab arbore sic/
comori.Relinquet protinus carnalia ope
ra legis:que plerũq; velut a longe verita/
tem non exhibet:sed ostendit:vt humilia
tus apprehendat gratiam : quam habere
operibus non meretur. Hoc ꝑm Lucam.
Qd autem ꝑm Mattheum tradunt duo
ceci illuminati a Christo:postq̃ egressus
est ipse cum discipulis suis ab Jerico : ad
plenitudinem Grecorum z Hebreoꝝ refe
rendum est:ad quam pueniet tandem ge/
neraliter spiritualis intellectus:egressus a
synagoga Judeorum (hoc est) ab illa tri/
bu:que vocatur Juda:de qua z natus est
Christus ꝑm carnem:z que olim remansit
sola domui Dauid : separatis ab ea decem
tribubus : que dicte sunt proprie : Jsrael.
Cum enim constet : q decem ille tribus:
translate fuere in orientem:hec autem sola
dicta est Juda : capta ab exercitu Roma/
noꝝ ad occiduas mundi partes transmi/
De tribu iuda prima. grando pvenit.Quid miꝝ si ad hanc pri/
mo perueniet sermo diuinus:vt ex ea tan
dem egressus:pueniat ad extremas.Veꝝ:
hec in presenti loco necessarie de Grecis z
Judeis pstringenda credidimus:vt intel
ligamus sententiam illam : de atrio qd est
foris templum:ꝑm tempus esse datam : z
ꝑm partem:eos autem qui ꝯfugiunt ad si/
num matris ecclesie : reputatos esse in/
ter eos:qui adorant in templo.Qd autem
illi ordini quem designat Joãnes metien/
di templum dei z altare : preceptum sin/
gulariter factum est:ad principium ipsius
ordinis referenduz videtur:cum:vz:ordo
ipse apud latinam ecclesiam inuenien dus
est:vt q̃nq; fructificet in populo illo : qui
modo reputatur in atrium : quiq; in ple/
risq; mysterijs:in eodez Joãne designatus
est.Non enim preter causaz mysterij:Bea
tus Joannes examinatus Rome : missus
est in dolio feruẽtis olei:z tñ viuus exiens
inde redditus est Ephesi:vnde adductus
fuerat. Nec ob aliam causam id factum re
or : q̃ vt intelligamus Monachoꝝ ordi/
nem:quem designat Joãnes:a Grecis per
uenisse ad Latinos:qui tñ vbi manens ali
quandiu apud eos:baptizabitur Spiritu
Sãcto vt viuat in Christo : reuertetur ad
eum populuz:de quo venit ad nos:pman
surus in eodem populo vsq; in finem.Ca/
lamus autem qui datus est Joãni linguaz
significat eruditam:dicẽte Psalmista.Lin ps.44.
gua mea:calamus scribe velociter scriben
tis. Qui:vz:calamus : bene similis virge
esse perhibetur:q: sicut virge austeritate:
iumenta cohercẽtur indomita : ita lingue
disciplina:dura corda hoium corriguntur.
Metitur autem templum:z altare:z ado
rantes in eo:atrium vero qd est foris tem
plum:eijcietur foras:q: hi qui nolunt esse
templum dei z altare : qd spectat ad eos
qui ꝯtendunt intrare per angustam viam Luc.13.
que ducit ad vitam : aut saltem ex eorum
numero:qui humiliter adorãt in eo:etiam
si adherere catholicoꝝ ecclesie:ac si atriuz
templo videãtur per fidem:ad districti tñ
ptinet examen iudicij : vt q̃nq; eijciantur
foras:quatenus qui ex eis residui fuerint:
discant (humiliati corde) diligere vnita/
tem:nullamq; posse esse salutem vbi zelus
z ꝯtemptio est. Non enim ait Dñs Pe/
tro. Sup hanc petram edificabo ecclesias mat.16.
meas:sed ecclesiam meam : nec ait. Pasce
illum vel illum gregem:sed generaliter di
ctum est ei. Pasce oues meas. Qui ergo
spõte sua discedunt ab vnitate ecclesie:iu/
sto oipotentis dei iudicio:gẽtibus vel dati
vel dandi sunt:quatenus in reliquijs suis ps.20.
preparet dñs vultus eoruz:sicut z in typo
eorundem Grecoꝝ:Helye (vt iam memi
nimus) dictum est. Reliqui mihi septem 3.re.19.
millia viroꝝ qui non curuauerunt genua
sua ante Bahal.Et hec qdem de Grecoꝝ
ecclesia : que recedens a structura templi:

3.re.12. in quo habitat Christus: in atrium conuaIuit per scissuram: ambulans in peccatis Jeroboham filij Nabath: qui peccare fecit israel: et perseuerans vsq3 ad presens in adinuētionibus suis. Uerumtamen quia nec ipsa Hierusalem (que ppter sacra mysteria) que quondam gerebantur in ea: ciuitas sancta dicta est: immunis a sceleribus fuit: non potuit omnino fieri expers a calice furoris domini: 3 tradita est: et ipsa gentibus: vt tpaliter calcaretur ab ipsis: sm quod in typo ipsius: hic quoq3 de latina ecclesia terribiliter dictum est. Et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus. Hoc et in psalmorum libro: insinuatur cum dicitur. Diuiserunt sibi vestimenta mea: et super vestem meam miserunt sortez. Uestimenta sane domini: quatuor patriarchales ecclesie dicte sunt. Uestis vero illa vna: de qua singulariter dictum est. Et super vestem meam miserunt sortem: ipsa est romana ecclesia: quam et si scindere per partes heretici non sunt permissi: vt eam tamen hereditate possiderent: sepius institisse noscuntur. Quod bene quoq3 in passione domini: ad designandum id quod modo intulimus: completum esse monstratur: cuz dicitur. Milites ergo cum crucifixissent eum: acceperunt vestimēta eius: et fecerunt quatuor partes: vnicuiq3 militi partē et tunicam: erat eniz tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem: Non scindamus eam: 3 sortiamur de illa cuius sit. Et hoc quidem (vt iam dixi ad litteram) in Christi completum est passione: quod tamen in passione corporis eius mystice complendum est in ecclesijs: quarum quatuor (vt ex fine) iam liquet: in atrium quod est exterius: reputate sunt. Quinta vero que est latina ecclesia: in qua tēplum et altare: in ciuitatem sanctam: quam tñ et ipsam calcature sunt gentes mēsibus quadraginta duobus: sicut et per Lucaz in euāgelio dicitur. Et Hierusalem calcabitur a gentibus: donec compleantur tempora nationum. Ita vero: in Hierusalem latina ecclesia intelligenda est: quomodo in Samaria ecclesia Grecorum. Et quia sicut illis improperat Ezechiel ppheta: vtraq3 peccauit dño deo suo: iustum erat: vt vtraq3 in manus gētium datur: licet dissimili modo. Altera enim exigentibus culpis: tradita est obliuioni perpetue. Altera castigata: et nō mortificata: quasi misericordiam consequuta est. Et illa quidem (hoc est) Grecorum ecclesia: in typo atrij: quod est foris templum: sine interpositione termini danda fore gentibus: denuntiat. Hec que quo ad fidem: sancta et virgo est: nō esse (quod absit) danda gentibus: sed calcanda perhibetur: ab eis mensibus quadraginta duobus. Quod est dicere sm Lucam. Donec impleantur tempora nationum. Ipsum est tempus illius regis vndecimi: qui scriptus est in Daniele: sub quo et aliuz quoq3 regem: regnaturuz esse puto: qui scriptus est protinus in sequenti visione: de quo inter cetera scriptum est. Surget rex impudens facie: et intelligens propositiones: et roborabitur fortitudo eius: sed non in viribus suis: et supra q3 credi potest: vniuersa vastabit. Ita autem arbitror istos duos contemporaneos esse: et concordes pariter in persequutione iustoruz: quomodo Pylatus et Herodes (qui cū3 essent prius inimici adinuicem) facti sunt amici: et conuenerunt insimul in mortem Christi. Sic in quam conuenient in vnum gentes et pseudo prophete: cum duobus Regibus suis: quorum vnus qui erit gentium: designatus est in Pylato. Alius qui erit hereticorum: in Herode: qui et Joannem Baptistam occidit gladio: et Christum ad se missum non eripuit: sed derisit. Sequitur.

Marginalia (left): 3.re.12. — Ecclesia latina. — Luc.21 — Ps.21. — Roma na eccle sia. — Joā.19. — Luc.21.
Marginalia (right): Latina et greca ecclesia. — Ezec.16 et 23. — Luc.21 — Dañ.8. — Duo reges. — Gal.2. — Hiero nymus.

¶ Et dabo duobus testibus meis: & prophetabunt diebus mil- T.2.

le ducentis sexaginta: amicti saccis. Hi sunt duæ oliuæ: & duo cādelabra in conspectu domini terræ stantes. Et si quis eos voluerit nocere: ignis exiet de ore eorum: & deuorabit inimicos eorum. Et si quis voluerit eos lædere: sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cælum ne pluat: diebus prophetiæ ipsorum: & potestatem habent super aquas, conuertendi eas in sanguinem: & percutere terram omni plaga quotienscunqȝ voluerint.

¶ De his duobus testibus: multa multi loquuti sunt: ⁊ diuersi diuersa. Et quia aliqui eorum magne auctoritatis fuerunt viri: ⁊ que scripserunt de eisdem testibus: iam pene in toto orbe diffusa sunt: ⁊ lecta sepe sepius in ecclesia sanctorum. Videtur mihi bonum saltem eorum qui nominatissimi sunt patres: sententias ad mediuȝ ferre: ne si aliquid in tam solenni re contra maiorum opinionem dicimus: videamur prudentes esse coram nobisipsis: quamuis non omnino videatur illicitum: ostēdere iuniorem opinionem suam: vbi diuersi diuersa dicunt: quia ⁊ Paulus nouissimus apostolorum: non solum docuit fideles: quod alij non docebant: verumetiam audet dicere: Petrum apostolorum primuȝ: non recte ingressum ad veritatem euangelij. Interrogatus Sanctus Hieronymus de Enoch ⁊ Helya: sic interrogatus est ab eo qui interrogauit: quasi aperte scripserit Ioannes illorum nomina in libro Apocalypsi: cum hoc ipse non scripserit? ⁊ siue ille primus hoc dixerit: qui de eis Hieronymum interrogauit: siue alius: ita versum

Gal. 2.

Hieronymus.

est in vsum: vt non solum apud commune vulgus: opinio transierit in intellectum: quin potius in solēnem auctoritatem magnorum patrum: quorum doctrina vsqȝ hodie illustratur ecclesia. Super cuius rei assertione: vehementer admiror ⁊ vtrum occulti causa mysterij: hoc accidat: an presumptione tm̄: pro eo. s. ꝙ duo viri ipsi: viui esse referuntur? Ignoro. Vnum dico ꝙ neqȝ intellectu spirituali: neqȝ hystorico probari potest: eos quos scribit Ioannes: esse Enoch: ⁊ Helyam: maxime: cum verba que videntur ex parte aliquantam facere presumptionem: non videantur tangere: Enoch: ⁊ Helyam: sed potius Moysen ⁊ Helyam: qui simul (mediante domino: cernentibus tribus apostolis) apparuerunt in monte: quando elapsa celitus nube: audita est vox paterna: dicens. Hic est filius meus dilectus: ipsum audite. Quod si vnus eorum: quem tangere videtur textus lectionis: idest: Moyses: mortuus esse perhibetur: aut alius intellectus requirendus est qȝ hystoricus: aut in difficillimas: ⁊ isolubiles videmur incidere questiones. Licet autem: nō contradixerit Hieronymus ei qui se interrogauit. Vtrum Enoch: ⁊ Helyas ſm Apocalypsim Ioannis: essent morituri: in spiritu tamen esse intelligendum potius qȝ ad litteram asseruit dicens. De Enoch ⁊ Helya: quos venturos Apocalypsis refert: ⁊ esse morituros: non est huius temporis disputatio: cum omnis ille liber: aut spiritualiter intelligendus sit: sicut nos extimamus: aut si carnalem interpretationem sequemur: iudaycis fabulis acquiescendum sit. Vt rursum edificetur Hierusalem: ⁊ hostie offerantur in templo: ⁊ spirituali cultu immutato: carnales obtineat cerimonias. Igitur ſm Hieronymum: quod videtur hic dictuȝ de Helya ⁊ sotio eius: non carnaliter ſm litteram: sed spiritualiter est intelligendum. Quod si spiritualiter ⁊ non carnaliter: aut eo modo

mat. 17.

Hieronymus.

Hieronymus.

quo Joānes venit in spiritu ⁊ virtute Helye:duo aliq venturi sunt:aut in eis duo ordines spirituales intelligendi sunt:qui pugnaturi sunt cum bestia: que ascensura est de abysso. Ut autem vnus istoꝝ:Helyas ſm litteram intelligatur: ⁊ verba que de eius hystoria propagata esse videntur: ⁊
mat.17. promissio dñi dicentis.Helyas qdem venturus est:⁊ restituet oīa: magnam faciunt
3.re.17. presumptionem. Si qdem tribus annis ⁊ sex mensibus:Helyas ꝓpheta:aquam celo ligauit:⁊ ad verbum oris eius:igne ce-
4.re.1. litus misso:ꝯcremati sunt inimici. Sed ⁊ hic tribus annis ⁊ dimidio:hi duo ꝓphete predicaturi esse referunt:⁊ subiunctum est post pauca:ꝙ habeant potestatem claudendi celuz ne pluat:diebus ꝓphetie ipsorum. Propter hec inq̄z verba:presumptio est:ꝙ vnus istoꝝ esset Helyas:maxime ꝓ eo ꝙ viuus est:⁊ ꝓmissus a dño:vt reueletur mūdo:anteq̄z veniat dies domini ma-
mala.4 gnus:⁊ ꝯuertat corda patrum ad filios':⁊ corda filioꝝ ad patres eorum. Nec forte veniam (inqt) ⁊ ꝑcutiam terram anathemate. De Enoch vo:ꝙ ipse sit Helye sotius: vel ꝙ ipse cum eo venturus sit:nec in littera:nec in spiritu:palam: aut in enigmate: sermo est:sed ex eo tm̄ presumptum est: ꝙ cum fuerit vir bonus ⁊ iustus coram deo: solus ex oībus translatus est:⁊ creditur ꝙ ad hoc translatus: vt ⁊ ipse sicut Helyas
4.re.2 testimonium ꝑhibeat veritati. Qr igitur Moyses sicut ⁊ ceteri hoīuz mortuus esse describitur: Enoch autem non mortuus: sed viuus translatus est:quasi alienuz fuit
Gene.5 ab humano sensu:ꝙ pars verboꝝ illorum tāgeret Moysen:quem mortuum ⁊ sepultum:⁊ si absconditum:scriptura cōmemo-
deu.34 rat:magis aūt presto fuit presumere:etiam indiscussa parte v̄boꝝ:ꝙ ipse essꝫ Enoch: qui solus:sicut Helyas viuus est:a domino: vbi ipse ꝯstituit:ꝯseruatus. Ex qua re
Papa Grego-rius. actum est:vt etiam sanctus Papa Gregorius:Enoch' pariter cum Helya:aperte ferat esse ventuꝝ: dicens sic. Enoch ⁊ Helya predicante:multi ex his qui tunc ex iudeis in infidelitate remanserint:ad cognitionem veritatis redient: qui vtriq̄z per
Zachariam:due oliue:⁊ per Joānem:duo candelabra noīantur. Qr vero tantus ⁊ talis vir:hoc:⁊ in loco isto ⁊ alijs:aut intelligens altius sicut sanctus:aut opināns aliqd sicut hō:frequentandum credidit ⁊ scribēdum:tacendum mihi esset in loco isto:potius q̄z aliqd loquendum:nisi me ad ꝓsequēdum rectum iter compelleret:⁊ simul cepta exponendi materia: ne soluta parte vna littere:pars altera que aliud sonat:relinquat intacta. Certe de duobus viris dictum est:ꝙ habeant potestatem claudēdi celum ne pluat diebus prophetie ipsoꝝ:⁊ potestatem habēt ꝯuertendi aquas in sanguinem:⁊ percutere terram oī plaga:⁊ sci-
mus qr solus Helyas clausit celum ne plu- 3.re.17
ueret annis tribus ⁊ mensibus sex:⁊ solus
Moyses ꝯuertit aquaz in sanguinem:⁊ ꝑ- Exo.7.
cussit terram Egypti oī plaga. Qd si ideirco presumit de Helya:qr pars verboꝝ istorum tangit opa eius:cur nō eodem modo presumet de Moyse:qui visus est cum eo in monte:cum pari modo:pars verboruz
tangat opa eius:nisi qr mortuus esse legit: mat.17.
⁊ isti duo tanq̄z non mortui:morituri esse
scribuntur? At si verba ista ſm Hierony- Hiero-nymus.
mum:in spiritu:nō ad litteram:intelligēda sunt:possunt ſm spirituz accipi duo viri ipsi:Moyses ⁊ Helyas:quoꝝ vnus designat ordinem clericoꝝ:alius ordinem monachoꝝ. Scd̄m vero litteram:frustrat oīno intellectus:⁊ si nō in parte Helye (qui adhuc viuit),in parte tñ Moysi:q (sicut sacra scriptura testat) mortuus est:nisi velit adhuc aliqs disceptare d̄ corpore Moysi:⁊ fateri illum cum Josepho iudeo non esse mortuum:sed occultatum:qn potius
cum sancto Ambrosio:qui euz asserit non Ambro-sius.
obijsse. Sic enim dicit de eo in libro Exameron. Nō legimus de Moyse sicut de ceteris:qr deficiens mortuus est:sꝫ per verbum dei mortuus est. Deus enim neq̄z defectionem:aut diminutionem patit:neq̄z adiectionez capit. Unde ⁊ addidit scriptu

deu.34 ra:quia nemo ſcit ſepulturam eius vſqꝫ in
hodiernum diem : vt tranſlationem ma/
gis q̃ꝫ interitum eius intelligas. Mors
enim ſeceſſio eſt quedam anime a corpore.
Moy/ Mortuus eſt igitur per verbum dei (vt
ſes. ait ſcriptura) non ſm verbum : vt aduer/
tas:non nuncium mortis : ſed gratie mu/
nus expreſſuꝫ:qui tranſlatus magis q̃ꝫ de
relictus eſt:cuius nemo nouit ſepulturaꝫ.
Quis eniꝫ in terris reliquias eius potuit
deprehendere : quem ſecum eſſe dei filius
in euangelio demonſtrauit? Deniqꝫ ⁊ He/
lyas ſemel eſt viſus : qui tranſlatus curru
eſt:nec mortuus:nec ſepultus legitur. Ui/
uit enim qui cum dei filio eſt:Moyſes au
tem mortuus quidem legitur:ſed per ver/
bum dei mortuus:per quod facta ſunt om
nia. Uerbo aūt domini : celi firmati ſunt.
Per verbum igitur dei:non lapſus opis:
ſed firmamentum eſt. Non ergo tanq̃ꝫ re/
lapſus in terram deprehenditur:corporis
ſolutione:ſed tanq̃ꝫ verbi celeſtis operatio
ne donatus ⁊ munere:vt quietem magis
caro eius:q̃ꝫ buſtum acceperit. Nemo igi
tur ſcit ſepulturam Moyſi:q: vitam eius
Ambro/ oēs nouerunt. Hec Ambroſius. Uerumta
ſius. men ⁊ de hoc diuerſi diuerſa ſenſerunt : ⁊
ſuas opiniones mandare memorie ſtudue
runt:querentes ſinguli puenire ad id qđ
1.cor.13 perfectum eſt: vt euacuetur quod ex parte
eſt. Erit autem iſtud cum venerit tempus
mat.26. eius:cum multa corpora ſanctoꝝ que dor/
mierunt:euigilabunt : ⁊ exeuntes de mo/
numentis : apparebuut multis (hoc eſt)
cū multi ſpirituales intellectus:qui hacte
nus dormierunt in littera apparebūt mul
tis:vt reuelētur ex multis cordibus cogi/
Luce.2 tationes. Naꝫ ⁊ Philippus vnus de duo
decim:volens ante tempus predicare Je/
ſum : q: necdum ſicut erat ſciebat donum
dei:⁊ q: non filius viri ⁊ corrupte ſemine:
eſſet Jeſus Chriſtus (ſicut credebant Ju/
dei) ait Nathanaeli. Queꝫ ſcripſit Moy/
Joā.1. ſes in lege:⁊ prophete:inuenimus Jeſum
filium Joſeph:a Nazareth ciuitate. Si igi
tur ſancti apoſtoli neſcientes:plene a prin/

cipio altitudinem ſacramenti:⁊ tñ volen/
tes habere ſocios in ea gratia:quam ſe in/
ueniſſe gaudebant:lꝫ longe maior eſſet q̃ꝫ
putauerant ipſi:predicare prout poterant:
geſtiebant. Quid ſi in illis rebus que vo/
luit deus occultare vſqꝫ ad tempus prefi/
nitum:aliquid occurrit pie querentibus:
ſentire vel opinari:quod aliter in parte fu
turum ſit : vt ipſe ſit ſemper magiſter om/
nium:⁊ non glorietur omnis caro in con/ 1.cor.
ſpectu eius. Ex parte (inqt apoſtolus) co
gnoſcimus:⁊ ex parte prophetamus:cum 1.cor.3.
autem venerit quod perfectum eſt:euacua
bitur quod ex parte eſt. Igitur opinari ali
quid in huiuſmodi:quod non ſit contra fi
dem catholicam:⁊ falli humanum eſt. Ex
cuſat autem opinantem pietas illa:que ex
cuſauit Mariam Magdalenam:dicētem.
Tulerunt dñm meum:⁊ neſcio vbi poſue/ Joā.20
runt eum. Et eos qui erant in domo Ma
rie congregati dicentes de Petro:ꝙ ange
lus eius eſſet. Nec iſtud tamen dicimus:
vt negemus Enoch venturum cum He/ Actuū.
lya:aut affirmemus Moyſen viuere:pro/
pter opinionem illam, Ambroſij:que ſupra
ſcripta eſt:ſed vt oſtendamus:quid in opi
nione:quid in intellectu accipiendum ſit:
propter occulta conſilia omnipotētis dei:
qui in ſpiritu promiſſi Helye:miſit ad Ju/
deorum populum Joannem Baptiſtam.
Et de Helya quideꝫ certi ſumus omnino:
ꝙ ita ipſe vēturus ſit precurrere iudicem:
ſicut Joannes preiuit redemptorem. Sed
num alienum eſſet a fide:ſeu a rationabili
opinione:ſi priuſq̃ꝫ reueletur Helyas:aliq
ſpirituales viri:qui eſſent ſimiles Moyſi
⁊ Helye apparentium cum Chriſto in mō
te:mitterētur a dño:predicare hoibus ver
ba vite : ſm ꝙ in ſimilitudine duodecim
patriarchaꝝ:duodecim apoſtoli dati ſunt.
Uel certe duo ordines iuſtoꝝ:qui deſignā/ Duo or
tur per illos? Sicut autem liceret iſtud:ſic dines.
⁊ illud opinari:non eſt contra fidem:ſicut
vt Enoch (qui viuere creditur ab vniuer
ſis) veniat cum Helya : ſicut Moyſes (ſi
tñ viuit) qui viuere ab aliquibus eſt (vt

Moyses venturus. supra notauimus) extimatur: quia et si simul tres reseruati essent ad hoc: vt mitterentur a domino circa finem mundi: nec a magno: venerandoque mysterio esset alienum: nec ab his que scripta sunt in libro isto diuersum. Si enim tres viros istos diligenter aduertimus: in Enoch: qui fuit de antiquis illis patriarchis: qui fuerunt ante legem: similitudo patris est. In Moyse: qui fuit legis lator: et doctor populi israel: similitudo filij. In Helya qui fuit initiator vite heremitice et specialis: similitudo spiritus sancti. De solo autem Moyse dicit scriptura: quod mortuus fuerit: quia solus filius mortuus est ad horam in carne: qui tamen et ipse viuit: cum patre et spiritu sancto: et regnat cum eis in secula seculorum. Quod si deus (qui omnia potest) sic decerneret et sic vellet: quid si Moyses obdormisset ad horam: et paulo post surrexisset de monumento: moriturus in tempore prefinito: cum nullus sit eorum qui resuscitati sunt a domino antequam pateretur: nec etiam post eius resurrectionem ab apostolis: aut ab alijs sanctis: qui non iterum morituri: resuscitandus iterum cum alijs in nouissimo die? Quod si Lazarus et omnes alij qui isto modo vixerunt post mortem: bis mortui sunt: vt bis resurgerent. Quid si eodem modo Moyses vocatus esset de sepulchro iterum moriturus: vt et illud esset causa mysterij: et istud debitum humane conditionis: et vera sit scriptura que illum mortuum esse fateretur: et non sit opinio falsa eorum: qui eum vsque ad presens: viuum esse contendunt? Quod vero forte Moyses et Helyas venturi sunt simul: et Enoch cum eis: vel potius cum eo Moyses et Helyas: vera potest esse opinio eorum: qui dicunt predicaturos et passuros Enoch et Helyam: et etiam si intersit Moyses: quatenus et illud verum sit: quod
i. Cor. 3. Apostolus ait. Ex parte enim cognoscimus: et ex parte prophetamus: cum autem venerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est. Quid enim si tres ipsos mittendos decreauerit omnipotens deus: vt testimonium perhibeant veritati: dicente domino. In ore duorum aut trium testium: stat omne verbum? Presumit vir autem quod tres tales viri: futuri sint in tempore suo. Utrum ipsi sint de quibus agitur: an alij: nescio: deus scit: ex loco illo libri huius: vbi sub nomine trium angelorum: tres magni predicatores describuntur: qui in fine huius secundi status reuelandi sunt: quorum vnus accepturus est euangelium eternum: vt annuntiet illud habitantibus in terra alius subsequuturus: et dicturus. Cecidit cecidit Babylon magna: tertius si quis adorauerit bestiam: et imaginem eius: hic bibet de vino ire dei. Sed et hic in superioribus mentio vnius angeli facta est habentis in manu sua librum apertum: deinde duorum virorum: pro quibus et hec omnia dicta sunt. Sed et locus ille Danielis (cuius supra fecimus mentionem) ad ipsum miro modo velle videtur (dicente ipso Daniele) in eodem loco: vidisse se virum quendam super aquam fluminis: et duos alios manentes cum eo: vnum hinc: et alium inde. Siue ergo illi sunt: siue alij: nescio: deus scit. Non frustra tamen tres viros mittendos esse a domino ad perhibendum testimonium veritati: sub apertione sexti sigilli: loca ipsa demonstrant: cum constet quod certi causa mysterij: tres magni patriarche electi sunt a domino in exordio primi status: Abraam scilicet et Isaac: et Iacob: quorum similes dicti sunt tres alij: in exordio secundi: Zacharias: Ioannes Baptista: et homo Christus Iesus: excepto quod vnus istorum trium: sola dignatione sua voluit esse quasi vnus ex seruis suis ad complenda mysteria regni dei: sicut idem ipse Ioanni Baptiste: metuenti se baptizare: respondit. Sine modo: ita nos oportet implere omnem iustitiam. Sicut enim Zacharias precessit solus: Ioannes autem Baptista: et homo Christus Iesus sequuti sunt simul: ita et hic: vnus trium preire videtur: sequi vero pariter duo: qui etiam ambo si

Jo. 8. mat. 18.

Bene notandum

Dan. 12

matt. 3.

mul occidendi ſunt: ſicut hic videtur ab
infidelibus: ſic Joãnes ⁊ Chriſtus Jeſus:
aut ſicut Petrus ⁊ Paulus occaſione Si
monis Magi a Nerone impio occiſi ſunt.
Sic ⁊ in tranſmigratione Babylonis: pre
ceſſit vnus: ⁊ ſequuti ſunt duo: ita vt vnus
qui preceſſit prophetaret ſolus in Hieruſa
lem: ipſe eſt Hieremyas propheta: duo ſi/
mul in Babylone: Ezechiel. ſ. ⁊ Daniel.
Uidẽtur autem duo viri iſti: Moyſes: vz:
⁊ Helyas: habere aliquid ſimile cum Joã
ne Baptiſta: ⁊ homine Chriſto Jeſu: q2 ſi/
matt. 3. cut Joãnes baptizauit aqua: Chriſtus ve/
ro Jeſus: ſpiritu ſancto ⁊ igne: ita ⁊ filios
iſrael: dicit Paulus: baptizatos fore Moy
ſi baptiſmate in nube ⁊ in mari: Helyas ve
1. cor. 10 ro myſterium ſuum conſumauit in igne.
Aut ergo ipſimet venient ↄſumare in ſpi/
3. re. 18. ritu: qđ oſtenderunt in ſigna: ſi tamen ali/
qua preſumptio eſſe poteſt viuere Moy/
ſen: aut aliqui venturi ſunt in ſpiritu ⁊ vir
tute eorũ: qui compleant in ſpiritu quod
in illis apparuit in figura: ⁊ ſi de Enoch
ꝙ veniat ⁊ magna ſit ⁊ fidelis preſumptio:
de Helya vero nõ tam preſumptio: q̃ʒ cer
tiſſima fides. Si autem ipſi venturi ſunt
omnino ſm litteram: quid putamus dicẽ
dum de ſentẽtia illa Hieronymi: qui dicit
hoc in ſpiritu eſſe ↄſumandum: niſi q2 ⁊ ſi
vere hoc accipiendum eſt ſm litteram: ni/
hilominus tñ ſpiritualis intelligẽtia ma/
net? Rurſuʒ ſi vẽturi ſunt tres: ⁊ pari mo
do predicaturi: quare ſolus Helyas vẽtu
rus eſſe narraꝛ: niſi q2 tertius iſte ſtatus ſe
culi qui futurus eſt: in fine mundi: non in
Enoch: aut Moyſe: ſed tm̃ in Helya deſi
gnatur: ⁊ non tales erunt predicatores il/
lius tpis: quales deſignati ſunt in Enoch
⁊ Moyſe: ſed quales deſignati ſunt in He
lya? Qua in re ⁊ aliud queritur: qđ ⁊ qua/
ſi inexplicabile eſſe videtur: a quibus ba/
ptizandi ſunt viri iſti: niſi forte quis dicat:
eos dominus occulte vocaſſe: ⁊ eos occul
te baptizatos: remiſiſſe protinus in locum
ſuũ. Opʒ enim illos eſſe participes ſacra/
menti teſtamenti noui; vt quaſi a veteri ⁊

nouo videantur aliquid habere: ſm ꝙ ſpi
ritus ſanctus de patre ſimul ⁊ filio accipe/
re dictus eſt. Si ergo in hunc modum ſa/
cra myſteria ꝑquiruntur: hoc volunt: hoc
innuunt: hoc pretendunt: ꝙ ad perhiben
dum teſtimonium veritati: viri ipſi ventu
ri ſint: q̃ʒuis ob cautele cuſtodiam: pie ma
gis eligam in tanto articulo opinandum:
q̃ʒ temere aliquid ingerẽdum: vt dum co
gimus hec: ⁊ alia vigilãter penſare; ſimus
attoniti contra hoſtem: ne forte veniãt ali
qui in ↄceptione dicẽtes. Nos ſumus qui
venturi eramus: Enoch ⁊ Helyas: ⁊ deci
piant multos. Ex loco nempe alio libri hu
ius: luce clarius liquet: vẽturos eſſe duos:
qui dicunꝛ duo cornua beſtie ſimilia agni:
a quibus eſſe cauendi inſtruit dominus di
ſcipulos dicens. Attendite a falſis prophe/
tis qui veniunt ad vos in veſtimẽtis oui/
um: intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. matt. 7.
Qđ ſi forte (q2 verbum mundo intonuit
de Enoch ⁊ Helya) diceret horum aliqs.
Nos ſumus quos expectant fideles: E/
noch: vz: ⁊ Helyas: ⁊ forte: qđ ipſi neſcient
venturus eſt tertius teſtis: Moyſes cum
Enoch ⁊ Helya: q̃ʒ vtiliter fuerit de eo oc
cultatum ⁊ celatum hactenus apparebit:
quãdo quidem non fruſtra: ars deluditur
arte: ⁊ ingenium ingenio ſuperatur: quam
uis hec omnia ad cautelam: opinando di/
xerimus: ⁊ nihil temere affirmãdo. Sed ⁊
illud non eſt pretermittendum: ꝙ ita non
nulli putauerunt Enoch ⁊ Helyam im/
mutatos in aliam qualitatem: vt eos non
ſoluturos mortis debitum credant: ſed vi
uere in eternum. Jta enim ſcribit de hoc
beatus Hieronymus: ſuper locum illum
apoſtoli. Omnes quidem reſurgemus: ſed Hiero/
non oẽs immutabimur: vtens auctorita/ nymus.
tibus veteꝝ: ⁊ ſe in eoꝝ ſentẽtia circa hoc:
⁊ circa multa manere demõſtrãs. Enoch Cor. 1. 5
⁊ Helyas mortis neceſſitate ſupata: ita vt
erãt in corporibus: de terrena ↄuerſatione
ad celeſtia regna trãſlati ſunt. Unde ⁊ ſan/
cti qui tpe conſumationis ⁊ iudicij in cor
poribus reperiendi ſunt cum alijs ſanctis:

qui ex mortuis resurrecturi sunt: rapietur
in nubibus obuiam Christo in aera: ⁊ non
gustabunt mortem. Assumit autem hoc te
stimonium de expositione Theodori era/
cleate. Qui etiaꝫ post aliqua verba que sub
iuncta sunt: refert hec eadem sentire Apol
linarem: ita dicens. Apollinaris (licet ver
bis alijs) eadem que Theodorus: asseruit:
quosdam non esse morituros: ⁊ de presen/
ti vita rapiendos in futuram: vt mutatis:
glorificatisqꝫ corporibus: sint cum Chri/
sto: quod nunc de Enoch ⁊ Helya credi/
Hiero/nymus. mus. Ecce hic dicit Hieronymus: ꝙ a q/
busdam queritur non esse aliquos moritu
ros: sed mutatis: glorificatisqꝫ corporibus:
esse cuꝫ Christo (quod se credere dicit) de
Concordatio Enoch ⁊ Helya. Unde ⁊ qđ hic scriptum
est de duobus testibus: qui putantur esse
Enoch ⁊ Helyas: in spiritu: non in littera
dicit esse intelligendum. Quod si ita est: ⁊
duo alij occidendi sunt a bestia: restat vt
alij sunt q̃z Enoch ⁊ Helyas. Qꝛ vero in
Bene notandū hoc articulo nõ sibi conueniunt sancti pa
tres: sed diuersi diuersa senserunt: puto ꝙ
abscõditum hoc esse voluerit vsqꝫ ad tem
pus statutum: ijs qui celauit verbuꝫ ab he
lyseo propheta: vt quicquid diceretur ab
his ⁊ illis: opinio magis sit que falli potest:
q̃z notitia vel intellectus: qui si verus est:
falli non potest. Si enim (vt ait Sanctus
Grego/rius. Gregorius) etiam prophete falluntur: qđ
mirum si fallitur opinio eoꝝ qui prophete
non sunt? Sic enim ait idem doctor Pe/
tro dyacono. Quid miraris si fallimur: qui
ꝓphete non sumus? An mente excidit ꝙ
Dauid qui prophetie spiritum habere con
sueuerat: contra innocẽtem Jonathe filium:
sententiam dedit: cum verba pueri mẽtien
tis audiuit? Hec idcirco dico: qꝛ si verum
est: ꝙ occidendi sint Enoc ⁊ Helyas: falli/
tur opinio eorum qui putauerunt eos nõ
morituros. Et si ipsi morituri nõ sunt: sed
alij qui sint in spiritu Enoch ⁊ Helyas:
vel potius (vt supra scripsimus) Moyses
⁊ Helyas: alterius partis opinionem falli:
necesse est: qꝛ vtrunqꝫ veꝝ esse non potest:
q̃uis de opinione certum nihil: ⁊ in intel
lectu dubia multa: donec illucescat dies: ⁊
Lucifer nascatur in cordibus nostris. Et 2. pet. 5.
hec quidem dicta sunt in discussione litte/ 2. cor. 3.
re que occidit: cuius in multis est ambi/
guus ⁊ tenebrosus itellectus. Unde ⁊ scri/
ptura dicit. Tenebrosa aqua in nubibus ae psalmis.
ris. Et alio loco. Tenebre erant sup faciem Genesis
abyssi At qꝛ sequitur. Et spiritus domini
quibus electorum hominum contegun/
tur delicta. Due quibus tegitur facies:
patientia: ⁊ humilitas: quibus asconden
tes iustitiam: inanem gloriam deuitant.
Due quibus volant: fides: ⁊ spes: quas
sc3: virtutes ceteris preponit apostolus.
Septimo loco charitas: que maior est: in
ipso Seraphin designatur. Interpretatur
enim Seraphin: incendium: quia men/
tes quas replet charitas in dei ac proximi
amore succendit. Ponat hec vir catholi/
cus in corde suo: ⁊ virum spiritualem: di
ligenter depingat: sciatq; perfectum: quin
immo saluum esse non posse: cui harum
aliqua virtutum deest: sanctum vero esse
⁊ integrum: qui in his septem virtutibus
perfectus est. Nam sine penitentia saluus
esse non potest: quia qui se peccatorem ne
gat: mentitur: ⁊ qui se esse peccatorem co
gnoscit: vt peniteat ⁊ gemat: necesse est.
Misericordiam autem non recipit: qui
alijs non facit: quia qui non remittit pro
ximo suo: frustra a iusto domino expectat
criminum remissionem. Quid vero ⁊ de
patientia dixerim: cum scriptu3 sit. In pa Luc. 21
tientia vestra possidebitis animas vestras.
Quid vero de humilitate: que ⁊ ipsa ra/
dix est ⁊ fundamentum virtutum? De fi/
de: spe: ⁊ charitate: q sine eis nulla sit chri
stiana religio: omnis sacra pagina: ⁊ noui
precipue testamenti demonstrat. Necesse
est enim vt peniteat: vt ignoscat: vt pa/
tiens: ⁊ humilis sit: qui saluari cupit: ante
omnia vt in fide: ⁊ spe: ⁊ super omnia vt
sit firmiter in charitate fundatus. Hee igi/
tur sunt septem stelle que partem capitis
anteriorem exornant: quarum dispositio
talis est. In fronte: media manet chari/
tas: que omniu3 est radix virtutum. Post
hanc: hinc ⁊ inde: fides: ⁊ spes: deinde pa/
tientia: ⁊ humilitas: nouissime ac si ad au/
res: penitentia: ⁊ misericordia manēt. Suf
ficiunt hec viro perfecto: sufficiunt virgi/
ni ad coronam. Hee sunt igitur stelle duo/
decim: quibus in celesti regno: donis spi ri
tualibus decorantur: quicunq; in hoc exi/
lio positi: tantis virtutibus innituntur.
Et hoc quidem: quantum ad singulos.
Ceterum quod ad gloriam pertinet eccle/
sie virginalis: de luna: ⁊ sole: ⁊ stellis: dicē/
dum est. Quia ephythalamus noster (cu/
ius supra fecimus mentionem) in bonam
partem lunam accepisse cognoscitur: ⁊ si
minus habeat perfectionis: id quod desi/
gnatur per lunam: non ideo tamen in ma
lam partem accipienda est. Neq; enim q̄
luna carnem: seu carnalem plebem: seu trā
situm huius mundi designat: idcirco caro
vel populus: vel mundus mala sunt: quia
scriptum est. Uidit deus cuncta que fece/ Gen. 1
rat ⁊ erant valde bona. Non enim creatu/
re ipse male sunt: ⁊ si mala sint vitia qui/
bus corrumpuntur: alioquin frustra nobis
promittitur gloria resurrectionis: frustra
corpora que deponimus: nos in die nouis/
simo suscepturos speramus. Qui igitur
ait. Pulchra vt luna: electa vt sol: terribi/ Cant. 6
lis vt castrorum acies ordinata: non hic p
lunam sinistrum aliquod designare inten/

dit:ſed in luna pulchritudinez carnis vir
ginee:in ſole ſpiritus claritatem:in caſtro
rum vero acie : ordinamenta virtutum.
In luna ergo : ſimplicium fratrum caſta
deſignatur humilitas : eorum.ſ.qui ducti
ſpiritu:obediunt dei cauſa ſpiritualibus vi
ris. In ſole:perfectorum iuſtitia:que igne
charitatis ſuccenſa eſt. In caſtrorum ordi/
nata acie: virtus charitatis fraterne. Sa/
ne in hoc libro ſimilitudo manifeſtior eſt:⁊
ſi parumper diſſimilis : ſm quam in mu/
liere amicta ſole:ſpiritualis deſignatur ec/
cleſia. In luna quaſi Martha:pars ſubdi/
ta miniſtrorum. In corona ſtellarum duo/
decim:patres ſpirituales:quibus fratrum
obtemperat multitudo : quorum typum
tenuit Helyſeus : qui quondam fratrum
multitudini prefuit in Jerico. Inde eſt ꝙ
beatus Benedictus:quem ex equo ꝯcor/
die reſpicit Helyſeus:duodecim monaſte
rijs que ꝯſtruxit:eiuſdem numeri:abbates
prepoſuit : vt oſtenderet huius numeri
perfectionem:in vita monaſticha conſuma
nari:quamuis vite huius perfectio quarti
temporis fuiſſe manifeſtum ſit:quia ⁊ bea
tus re vera Benedictus quarto tempore
claruit:licet inſtitutio eius:quinto magis
tempori profutura precesſerit. Sunt igi/
tur patres ſpirituales in capite : infirmio/
res ad pedes: medij inter vtranq; vitam:
contemplatione ſuſpenſi. Sunt illi ad ca/
put:locum Chriſti gerentes:contempla/
tores medij:ducentes partem Marie:obe
dientes ad pedes : Marthe obſequium
adimplentes. Et in femineo ſexu:tria ipſa
genera commendantur . Sed quid eſt ꝙ
primo archa teſtamenti : viſa eſt : deinde
mulier amicta ſole:niſi quia ſigna teſtamē
ti veteris:concordant:cum ſignis noui te/
ſtamenti? Utiq; in archa illa tabule teſta/
menti : ⁊ virga Aaron que fronduerat : ⁊
manna intrinſecus ſeruabantur : in typo:
(haud dubium) vnigeniti dei quem vir/
go in vtero cuſtodiuit:cuius ſacro pecto/
re:nec poſt partum diſceſſit. Ipſe eſt enim
verbum dei : quod maxime commenda/
tur in talibus : ipſe virga virtutis : quam
emiſit dominus ex Syon:ipſe manna ab/ ps. 109
ſconditum diligentibus ſe .. Fuit igitur
prima perſona illius eccleſie : quam mu/
lier iſta ſignificat : virgo que dei filium
parturiuit : quem draco quidem deuora/
re ſe credidit : ſed nequiuit : quia raptus
eſt ad deum : ⁊ ad thronum eius : quia
non modo erat homo (vt a principio eſti/
mauit Dyabolus:) ſed ipſe qui verus
homo ⁊ verus deus : ipſe quem pater ge/
nuit ab eterno : ⁊ virgo in tempore par/
turiuit . Sane in die illo quo dominus
paſſus eſt : non paruum quid amaritudi/
nis ſuſtinuit ſancta mater eccleſia : Ma/
ria : ſcʒ : cum Apoſtolis ⁊ fidelibus ſuis:
(ipſomet dei filio predicente ⁊ atteſtaute)
qui ait . Mulier cum parturit : triſtitiam
habet : quia venit hora eius . Nemo itaq;
extimet Mariam expertem fuiſſe a do/
loris partu : quia que ſine dolore puerum
peperit : factum iam virum : ſpiritualiter
parturiuit . Egreſſus eſt ergo Chriſtus
ex anguſtijs eccleſiaſtici vteri : ⁊ peruenit
ad regnum ſuum : quem quidem Draco
rufus deglutire ſe vt ceteros poſſe : credi
dit : in hora partus : ideſt : in hora qua
moriens : Ade debitum ſoluit : ſi tamen
prout ⁊ Draco dubitabat:verus dei filius
non fuiſſet. Nam ſequitur.

¶ Et viſum eſt aliud ſignum T.2.
in cælo: Et ecce Draco magnus
rufus habens capita ſeptem, &
cornua decem: & cauda eius tra
hebat tertiam partem ſtellarum
cæli : & miſit eas in terram.

¶ Inferius ſcriptum eſt aſcendiſſe beſti/
am de abyſſo habentem capita ſeptem ⁊
cornua decem : ⁊ dediſſe ei draconem po/
teſtatem ſuam. Or vero corpus Dyaboli:
non aliud eſſe dicimus ꝙ̄ multitudinem
reproborum:extimari poſſet:ipſamet eſſe ca
pita ⁊ cornua draconis : que beſtie : ⁊ ipſa

bestie:que draconis:sed quia inferius scriptum est. Et reges septem sunt: manifeste septem capita bestie: ipsam septiformem multitudinem ꝑsequutorum designat: capita vero draconis:reges septem: qui pro eo ꝙ vicem gerunt draconis: non modo simpliciter capita: verumetiam: capita capitum dici queunt. Sicut enim aliqua episcopalis ecclesia caput dicit̃ subditarum ecclesiaꝝ: ⁊ tñ episcopus caput est illius ecclesie: ita in infidelium multitudine: qui eunt in ꝑditionem: ⁊ illi populi: capita facti sunt: in malitia qui audacter ꝯtra ecclesiam pugnauerunt: ⁊ multo amplius qui eisdem populis prefuerunt reges: ⁊ draconis capita dicti sunt: corpus v̊o draconis: reproboꝝ omnium innumera multitudo. Hoc tantummodo interest: ꝙ cum bestia septem capita habeat: ⁊ draco similiter: nõ tñ capita draconis ꝺm hunc intellectum: per singula capita bestie distinguẽda sunt: sed alio quodam modo: ⁊ altero tramite venientia: qđ in sexta parte libri: vbi proprius sup hoc locus erit: prout dominus donauerit: disseremus. Igitur septem capita: septem sunt nõia tyrannoꝝ. qui sibi ꝑsequẽdo ecclesiam per tpa successerunt. Decem vero cornua: decẽ reges: qui sunt (vt inferius dicit angelus) regnaturi sunt. Cauda vero: tyrãnus nouissimus: qui (sicut testatur Ezechiel propheta) in fine seculi venturus est. Tertia pars: qđ significet: in parte tertia dictum est. Notandum quoqꝫ est: ꝙ ⁊ hic dr̃. In capitibus suis septem diademata: ⁊ inferius de cornibus

Gog. Eze.38 bestie. Et sup cornua eius: decem diademata. Sed si nil aliud in eoꝝ diadematibus: ꝗ̃ regalem accipimus elationem: manifeste dat̃ intelligi ꝙ capita draconis reges: non populi intelligendi sunt: capita vero bestie: populi: non reges. Et idcirco cum sit. Sup capita draconis: septem diademata: septem ꝑfecto reges in capitibus intelligi voluit: sicut ⁊ decem cornua bestie diademata portare descripsit: vt reges esse ostenderet decem illos: aut quasi reges: qꝛ illi veraciter reges sunt: qui non sunt subuersores: sed rectores fidelium. Unde ⁊ inferius dicitur. Decem cornua que vidisti in bestia: decẽ reges sunt: qui regnum nõdum acceperunt: sed potestatem tanꝗ̃ reges: vna hora accipiẽt post bestiam. Illud autem cauendum est ante oĩa: ne cum audis mulierem amictam sole: ⁊ filium mulieris: draconem: ⁊ bestiam: ⁊ his similia: precipue quoꝝ partes diuiduntur in species: momentaneum aliqđ: aut ꝯtinue totum esse putes: sed magis velut aliquid opus: seu bonum: seu malum: quod semel quidem incipit: sed post multa tempora ꝯsumatur. Nõ igitur existimes draconem ita fuisse a principio qualis esse describitur in hoc libro: sed qualem per tempora futurus erat. Neqꝫ enim prophetia esse intelligeretur: si sola preterita ⁊ presentia: ⁊ non potius futura predicaret. Si autem queritur de his septem capitibus draconis: que sint: aut que esse putentur: in summa huius libri: sufficienter digessimus. Hoꝝ autem omnium signum visum est in celo: qꝛ qui incuruati sunt deorsum: vt solam terram littere intueantur: spiritualia mysteria videre non possunt: qui autem respiciunt in celum: sentiunt omnia hec esse signa: nimirum: quia ad aliquid significandum in libris canonicis scripta sunt. Sequitur.

¶ Et draco stetit ante mulierem quæ paritura erat: vt cum peperisset: filium eius deuoraret. T.3.

¶ Nouerat Dyabolus ea que scripta erant de Christo: adeo vt cum eum tentaret sciscitans ab eo: an ipse esset filius dei: scripture testimonijs vteretur. Sed si ea que de hoc scripta erant: plene caperet: nequaquam: an hoc esset: an non: callidis exquireret argumentis. Non ergo illi ex in- mat. tegro reuelatum erat mysterium dominice incarnationis: qui an ipse filius dei es-

set:dubitans:scripture testimonium intro
ducit:vt si eum non esse Christum ppen/
deret:tanquam sibi ꝯtrarium ad tormen/
ta rapere festinaret: si vero esse dei filium
manifeste cognosceret: ab eius persequu/
tione desisteret:si tamen euz desistere:eius
malitia pateretur. Sed quocunqz modo
id gestum sit:illud manifeste scimus:q in
trans in cor Jude Symonis Schario/
this:eum ad cumulum damnationis sue:
vsqz ad tormenta passionis ꝯduxit. Qua/
re hoc? Ut eum sicut:ꝛ ceteros deuoraret.
Stetit (inquit) ante mulierem. Quid est
stetit ante mulierem? Stetit ꝯtra mulie/
rem (hoc est) contra ecclesiam. Qui enim
volunt facere contrarium transeuntibus:
vel aliquid facere cupientibus: parant se
ante ipsos ad resistendum eis. Sed quid
facere cogitas:o infelix? Christum ꝛ si oc/
cidere potes (ipso permittente) q: homo
est:tenere tñ eum non potes: q: deus est.
Leo namqz prophetam occidere missus
est:de cadauere autem eius:non est deuo/
rare pmissus. Tu Christum occidere non
Reguz timuisti:sed teipsum:non dñm:nouo rur/
sum iaculo peremisti. Tu parturientis ec
clesie filium absorbere putasti:sed permis
sus nõ es:vt hoc faceres:q: te prostrato ꝛ
deuicto:raptus est ad deuz:ꝛ ad thronum
ipsius. Uocari autem ecclesiam apostoloꝝ:
matrem Christi:ipsuz interroga dei filium
Christum. Cum enim ei quidam diceret.
Ecce mater tua ꝛ fratres tui: foris stant:
querentes te. Ipse protinus respondit: ꝛ
dixit. Que est mater mea: ꝛ qui sunt fra
tres mei? Et extendens manus in discipu
los suos: ait. Ecce mater mea ꝛ fratres
mei. Sed de partu qd queritur? Immiñe
te (vt iam dixi) articulo passionis sue:hoc
inter cetera protestatus est: dicens. Mu
lier cum parit tristitiam habet:quia venit
hora eius. Sic igit ꝛ ecclesia mater Chri
sti est:ꝛ que eum peperit in carne de eccle
sia est: ꝛ ideo in Maria que prima est per
sona ecclesie: etiam corporaliter ecclesie fi
lius Christus est. Et quia omnes fideles:
vnum corpus sumus in Christo: etiam
nos omnes in Christo filij sumus eius:
cuius Christus filius est: iuxta illud apo
stoli. Si autem vos Christi: ergo Abrae
semen estis. Sed aliud est quod ptinet ad
caput aliud:quod ad membra sm quid:ꝛ
aliud quod ad laborez:aliud quod spectat
ad gloriam. Quod enim filij virginis ꝛ fi
lij dei sumus: siquidem heredes sumus
dei: coheredes autem Christi: domum
dei est:ꝛ felicitas nostra. Quod vero par/
turire mulier dicitur:dei quidem donum
est:posse in partu patienter agere: sed ta/
men in hocipso aliquid:vnde coronetur:
promeretur ecclesia. Miro autem modo:
ꝛ quasi per contrarium duo ista sibi con/
ueniunt:virgo ꝛ partus:vt duo perfectio/
nis genera demonstrarentur:pariter con/
uenire in vnum:habere:scz:perfectionem
iustitie:ꝛ tamen pro iustitia:ac si pro iniu/
stitia flagellari. Dicam ergo aliquid sm
carnem. Si virgo est: quare parturiens/
cruciatur? Aut si parturit quomodo vir/
go? Sed plane vtrunqz exigitur ab eccle
sia: quatenus ꝛ virgo sit ꝛ parturiat: vt
compleatur in illa magnum illud myste/
rium Marie:que ꝛ filium portauit in vte
ro:ꝛ virginitatis gloriam non amisit. Pe
perit ergo Maria vnigenituz suum:quez
tandem respiciens pendentem in cruce:
vna cum ecclesia apostolorum: non sine
gemitu parturiuit: qui tamen natus est
in alio regno:ꝛ factus primogenitus mor/
tuorum. Sane sm typicum intellectum:
sicut ecclesia doctorum designatur in mu/
liere: ita in filio mulieris: exercitus om/
nium iustorum: qui regnaturi sunt cum
Christo: ꝛ sessuri cum ipso in iudicio
(dicente eodem domino) in hoc libro.
Qui vicerit: dabo illi sedere in throno
meo:sicut ꝛ ego vici:ꝛ sedeo. Ascendit au/
tem Christus in celum: ꝛ sedet a dextris
dei: ita vt eleuatum in altum: terribilem
sustineret iudicem: quem se putabat dra/
co deuorare in partu. Hec de filio mulie/
ris. Quid de muliere?

T.4. ¶ Et mulier (inquit) fugiit in solitudinem: vbi erat ei locus præparatus a Deo: vt ibi pasceret illam diebus mille ducentis sexaginta.

¶ Numerus iste quid significet: liber quem propter ipsum: & sm ipsum edidimus: manifeste declarat. Quid autem sibi velit mulieris fuga in solitudinem: in repetitione dicetur. Ibi enim melius ostenditur: q̃ hic. Nam bis hocipsum scriptum est: licet dissimilibus verbis: interposito illo magno prelio: in quo prostratus est Draco: quod (sicut ostendemus inferius) sanctorum martyrum fuit. De ipsis enim non de angelis dicitur. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni: & propter verbum testimonij sui: & non dilexerunt animas suas vsq; ad mortem. Nec vacat a mysterio repetitio ista: que interposita pugna martyrum: de muliere facta est: quinimmo magna est huius causa mysterij. Duo sunt enim florum genera: que pre ceteris scriptura commendat: rose: que sanctos martyres: & lylia: que ob candorem castitatis: sacras virgines designant. Si enim queris: vnde salus processerit: reperitur virginitas. Si in quo mater ecclesia fundata sit queris: inuenitur martyrium. Siquidem & virgo precessit martyres: & martyres comitati sunt virgines. In hoc enim ciuitas illa nostra: omnibus suis filijs pacem prestat: quia vna est in ea pax omnium: & communis letitia vniuersorum: quandoquidem martyribus virgines: & virginibus martyres subscribuntur: vt in illa visione summe pacis: ille sit primus qui est vltimus: & qui primus vltimus: sicut vnigenitus dei: & spiritus sanctus vicissim sibijpsis in mysterijs inueniuntur subscripti. E quibus est illud: quod Christus dicit per prophetam. Ecce nunc misit me dominus & spiritus eius. Ipse postmodum per seipsum: de eodem spiritu loquitur: dicens. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: & annunciabit vobis. Et certe si rei huius similitudo queritur: videtur contemplantium Ioãnis vita virginum spectare proprie ad spiritum sanctum: vnde & qui caste viuunt: spirituales dicuntur: triumphus vero martyrum proprie refertur ad Christum. Quo circa non est mirum: si virginitas primo prelata martyrio. Secundo post ponitur versa vice: vbi tam magnum & euidens manet signum: quod non est ab hominibus: sed de celo directum. Habent enim sancti Martyres vnigenitum dei: paulominus ab angelis minoratum: qui ita se voluntarie spiritui Sancto humiliauit: vt de eo dicatur: conceptus est: ex Maria virgine: qui tamen post passionem suam: recepit ab eodem honorem: prout prestiterat ipse: iuxta illud quod superius diximus. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet: & annunciabit vobis. Oportebat ergo virginem Ioã. sacram: primo quidem matrem fieri omnium sanctorum martyrum: deinde sanctos martyres: virginum preire catervas: vt in nullo a dei filio martyres: in nullo a spiritu sancto virgines in hac parte mysterij discordarent. Tanta quippe est inter sanctos in illa ciuitate simplicitas: vt quodammodo: alteri alteros: credant esse maiores: tanta charitatis accensio: vt alijs q̃ sibi vicissim attribuant: immo & cupiant: dignitatem. Pertinent quoq; sancti martyres proprietate quadam ad filium dei: virgines: ad virginem Matrem: non sexus differentia: sed virtutis: nimirum quia fortitudo masculi: est pulchritudo proprie mulieris. Que cum ita sint: quid agit filius cum parturitur? Nunquid ipse non dolet: sed que parturit mater? Quinimmo: quia hoc clarum est: nullus enim dubitat: martyres post Christum: supplicia pertulisse. Illud multo magis in questionem ve/

nit. Cur mulier cruciari dicitur: que nequaquam per martyrium: ſed pacato ⁊ tranquillo fine: carnis debitum ſoluit. Sed heu: quis ſciret quantus dolor animum virginis cruciauit cum natum ſuum in cruce ſuſpenſum: fellis amaritudine: ⁊ aceto potatum: ⁊ alijs atqꝫ alijs contumelijs videret affectum: cui nec aquam in potum dare: nec (vt ſolet cuilibet morienti) permiſſa eſt: qualecunqꝫ exhibere obſequium. Qui hec ⁊ his ſimilia: pia mente penſaret: maiorem illius qꝫ Christi: putaret pro pondere cruciatum: quia nimirum Christus in carne illa (quod eſt grauius) cruciabatur in mente. Ille ⁊ ſi dolebat: volens tamen adimplebat: pro quo ⁊ venerat: hanc id ipſum eque ſentire pietatis viſcera non ſinebant. Cruciatur ergo qui naſcitur: ſed hoc ſemel: mater per ſetus ſingulos cruciatur ⁊ gemit. Recte ergo patientibus filijs: eccleſie aſcribitur cruciatus: quia illi pro ſeipſis ſigillatim: iſta vero per ſingulos (vt iam dixi) cruciatur ⁊ gemit: ⁊ plerunqꝫ mater ipſa filios imitatur quos deflet. Eſt ⁊ alius partus: ille quem deſcribit: ⁊ ſibimet aſcribit Apoſtolus: cum his quos Christo genuerat: ⁊ pene apoſtatauerant: dicit. Filioli mei: quos iterum parturio donec Christus formetur in vobis. Sed ibi per predicandi laborem parturiuntur filij in ſinu deſudantis eccleſie: hic parturiuntur de mundo tranſeundo ad patriam. Ibi parturiuntur per fidem: hic per ſanguinem. Ibi vt Christi crucem accipiant: hic vt perlate Crucis conſequantur mercedem. Et quia ſacrarum mentes Uirginum in celis ſunt: ⁊ illius (que ſurſum eſt) ciuitatis: in terra licet poſite vitam ducunt: in Sanctorum tormentis Martyrum cruciantur ⁊ ipſe: que eo magis penſare poſſunt: quo ſecum ſunt: ⁊ quo plus diligunt magis dolent. Et quia eaſipſas vere matres exhibet pius amor: eiſdem in regno dei ſoluta paſſione naſcuntur: nimirum: quia illuc iſti per amorem tranſeunt: vbi ille iam ſunt: ⁊ illuc iſti poſt mortem veniunt: vbi ille ⁊ ante mortem per contemplationem quieſcunt. Notandum tamen illud eſt: ⁊ ſumma diſcuſſione ſcrutandum: qꝫ Christus in cruce poſitus: alterum pro ſe filium dedit matri: Joannem: ſcilicet: euangeliſtam: in quo non illi deſignati ſunt: qui ex hoc mundo per martyrium tranſeunt: ſed de quibus ſupra fecimus mentionem: ad quos profecto illud refertur: quod de Joanne a Christo Symoni dictum eſt. Sic eum volo manere donec veniam. Non ſolum autem iſtud: ſed ⁊ illud quod mater Jacobi ⁊ Joannis a domino poſtulauit: vt: videlicet: duo filij eius: alter a dextris eius: alter a ſiniſtris ſedere debuiſſent: non parum pertinet ad rem: nimirum: quia ⁊ ordo Martyrum ſignificatus in Jacobo: ſiniſtram pertulit paſſionis: ⁊ ordo contemplantium: collocatus eſt ad dexteram Christi. Sed de Martyrum pugna cernere locus cogit: non immemores illius ſententie: (qua ſpeciales libri partes) generalia tangere ſepe diximus: ⁊ ſine generalibus nil eſſe in partibus ſpeciale.

Explicit diſtinctio prima.

Incipit diſtinctio ſecunda.

Factum eſt prælium magnum in cælo: Michael: & Angeli eius præliabantur cum Dracone. Et Draco pugnabat: & Angeli eius: & non præualuerunt: neqꝫ locus inuentus eſt amplius eorum in cælo. T.51

RECte ad auxilium virginum: angelorum mittitur turba: quia cognata est ⁊ amica angelorum virginitas. Attende diligenter Christi virgo: attende sollicite miles Christi. Non enim querit desides: tanti pondus agonis: non pigros approbat ⁊ tepentes: sed fortes in prelio: ⁊ feruentes in fide. Factum est prelium in ecclesia sanctorum: que celum: ⁊ celorum regnum: vt sepe sepius nominatur. Dicitur autem sancta ecclesia celum: quia in alto consistit: respectu synagoge: que sola terrestria concupiscit: ⁊ respectu illorum hominum: qui quamuis celestis hominis signum acceperint in baptismate: potius tamen terrenum hominem: q̃z celestem sequuntur. In celo tamen factum est prelium: quia occultus est hostis qui impugnat fideles: ⁊ occultum mysterium pro quo pugnatur. Ad hoc sane prelium fideles animabat apostolus: ⁊ vt se prudenter agerent: instruebat cum diceret. Non est nobis colluctatio aduersus carnem ⁊ sanguinem: sed aduersus aereas potestates tenebrarum harum: contra spiritalia nequitie in celestibus. Sed nũqd inuisibile erat tantum? Nunquid non inuisibiles erant satellites ipsius hostis: qui visibiles Christi milites impugnabant? Attende diligẽter ordinem preliorum ⁊ militum: qualiter Christi acies contra prauas acies dirigun tur: siue pro castitate corporis: siue pro integritate fidei que seruatur in corde. Michael celestis exercitus: princeps est a domino constitutus. Dyabolus per seipsum vsurpauit sibi regnum super angelos malos. Hi vero sicut inuisibiles sunt: ita inuisibiliter preliantur. Sed non de angelis dictum est: quod sequitur. Et ipsi vicerunt eum propter verbum testimonij sui: ⁊ nõ dilexerunt animas suas vsq; ad mortem. Non hoc inquam de angelis dictum est: sed de martyribus: qui re vera non dilexerunt animas suas vsq; ad mortem: iuxta veritatis vocem: dicentis. Qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eam. Quid igitur esse dicimus: q̃ in angelorum prelio de victoria martyres approbantur: nisi q̃ ⁊ bonis hominibus: boni angeli assistunt: ⁊ mali malos acuunt vt profundius ruant? Erat ergo in ecclesia Christi alius q̃z Michael: princeps a domino constitutus. Petrus: sc; ⁊ successor eius: quod presens adhuc seculi probat dies. De quo ⁊ illud quoq; scriptum esse ostenditur: quod in opere concordie exposuisse me recolo. In tempore illo consurget Michael princeps magnus qui stat pro filijs populi tui. In synagoga nihilominus Sathane: Herodes maior tenuit principatum: gerens in ea vicem draconis: qui tandem Herodi filio successionem relinquens: nouissime Romanorum principes habere promeruit successores. Quem enim interemptor Jacobi Tetrarcha Herodes infeliciter obeundo: deposuit sceleratissimus Imperator Nero: mox resumpsit mucronem: ne ijs qui cruentas Herodis portas absolutus euaserat: Neronis quoq; manus impunitus exiret. Erat ergo Michael angelorum prelatus: prelians in Petro principe christianorum. Erat ⁊ Dyabolus princeps Demoniorum: dimicans in Herode Judeorum prelato. Uidens in his prelijs quadripartitas preliantium turmas: terribiles renitentium congressiones annorum. Uere magnum prelium. Uere singulare certamen: in quo cum fidelibus infideles: in quo celestes spiritus cum ministris tartareis preliantur.

¶ Et (proiectus inquit) Draco ille magnus Serpens antiquus: qui vocatur Dyabolus & Sathanas qui seducit vniuersum orbem: proiectus est in terram: & angeli eius missi sunt cum ipso. C.6

¶ In beati Job libro scriptum est. Quadam die cum venissent filij dei vt assisterẽt

Job.I. coraꝫ dño:affuit inter eos etiam Sathan.
Si autem conuentio filioꝝ dei:sanctoꝝ ec
clesia fore credit:cum ꝛ ecclesia celum esse
dicatur:Sathan inter filios dei affuisse de
scribitur:tunc ꝑfecto Sathan habuisse in
celo locum ostenditur:cum adhuc ab hu/
mano genere non erat eiectus foras:qꝛ ra
tio (vt ita dixerim) iuris sui qđ dꝫ exqui/
rere:deposcebat. In solo namqꝫ illo nihil
qđ quereret:inuenit: qui sine peccato na/
tus est ꝛ permansit:ꝛ qui veraciter dicere
potuit.Uenit enim princeps mūdi huius
Joānis ꝛ in me non hꝫ quicq̄ꝫ.Et qm̄ in euꝫ mit
tere manum non timuit:in quo suuꝫ nihil
Reguꝫ erat:sicut Golyath quem occidit Dauid:
ꝓprio se mucrone ꝓstrauit. Affuit (inqt)
inter illos (hoc est) inter filios dei: etiam
ꝛ Sathan.Sed aliqd:Nungd ad laudan
dum pariter bonoꝝ omnium creatorem?
Non.Ad qd ergo? ad detrahēdum fidei:
ad accusandum opa electoꝝ.Ut accusaret
(inquit) illos ante ꝯspectum dei miro illo
accusationis genere:quo simplicitateꝫ san
cti Job obfuscare quesiuit.Hinc est ꝙ vni
genitus dei:imminente passionis sue tpe:
ait Petro.Ecce Sathanas expetiuit vos
vt cribraret sicut triticum. Ut ergo San/
ctum Job expetiuit Dyabolus:sic expeti
uit sanctos apostolos:ꝛ sanctos martyres:
vt cribraret eos sicut triticum:ꝛ inueniret
in eis:quid obijceret:vt oēs reprobos esse
monstraret.Et sicut illum (ꝑmittēte deo)
ꝑcussit a planta pedis vsqꝫ ad verticem:
sic ꝛ in sanctos martyres oīa pene genera
tormentoꝝ expendit.Qꝛ vero (prestante
dño) probati igne tribulationis: puriores
auro mundo:repti sunt in tormētis:iusto
dei iudicio: ꝓiectus est draco ille seuus in
terram:precipitatus est ab alto hostis ille
antiquus:vt non amplius ei locus inueni
retur in celo:qꝛ nequaqꝫ post hoc inter ele
ctos accusaturus illos in ꝯspectu dñi ades/
se potuit:sicut prius:qui non modo pelleꝫ
pro pelle:sed ꝛ seipsos libentissime impen/
Job. derunt.Quid enim ad examen fidei am-
plius agere potuerunt:q̄ꝫ vt Christum lu
crifacerent:aīas posuerunt?Quis igit ac/-
cusabit aduersus electos dei? Deus qui iu
stificat:qs est qui condemnet? Sed qualis
est iustitia ista?Nungd qualis erat iustitia
legis:quam qui opabatur: viuebat in ea?
Absit. Sed qualis esse pōt iustitia que de
celo descendit:fides.s.que per charitatem
opatur. Sunt auteꝫ pleriqꝫ intra sanctam
ecclesiam:qui idcirco dñm colunt ꝛ vene
rantur: qꝛ se in oībus rebus suis ꝓsperari
ꝯspiciunt:quia in oibus que iocunda sunt
eis:vite huius ꝓsperitas arridet. Et qui/
dem pro ꝓceptis tpalibus beneficijs gra/
tias agere creatori: eo magis necesse est:
quo nihil est deterius ingratitudine:tum
apud hoīes:q̄ꝫ ꝛ apud deum:sed tñ ab illa
gratiaꝝ actione: que fit pro spiritualibus
donis:ꝛ regno dei:longius dispar est:quā
tum distat ortus ab occidente:ꝛ huiusce/
modi cultus dei:ad modicum vtilis iudi/
catur. Qui enim pro eo tm̄ deum colit ꝛ
timet:qꝛ sibi impartitur tpalia bona:profe Job.
cto non veraciter:sed quasi fallaciter colit
deum:qꝛ si illa deficiunt:pro qbus colebat
deum:superueniente accidia:immutatur de
uotio:ꝛ oīs illa gratiaꝝ actio:velut de pre
ciso fonte vnde manare ꝯsueuerat: abspi/
rat:quam non pro spiritualibus donis:sed
pro carnalibus exhibebat: qđ optime in/
telligens hostis antiquus:in eo:accusatio/
nis sue exordium fundauit:dicens.Nun/
qd frustra Job timet deum? Nōne valla/ Job.
sti eum ac domum eius vniuersamqꝫ sub/
stantiam eius per circuitum? Opibus ma
nuuꝫ eius benedixisti:ꝛ possessio eius cre/
uit in terra. Sed extende paululum ma/
num tuam: ꝛ tange cuncta que possidet:
nisi in faciem benedixerit tibi.Et sunt nō/
nulli qui in amissione reꝝ tpalium:maxi/
me filioꝝ:ꝯtra oīpotentis sententiam (qđ
deus auertat a cordibus fideliuꝫ) blasphe
mie quoqꝫ spiritu impelluntur:sed metuē
tes ne ꝯtra se ꝓuocent iram dei:ꝯceptum
in corde virus:in vocem effundere perti/
mesunt. Certumqꝫ est iudicium vltionis
incurrere:q idcirco ꝯcepta mala nō effun/

dunt:quia metuunt : ⁊ supplicij tantum/
modo arcentur minis : ⁊ non etiam : ve/
lutcunqꝫ amoris dulcedine temperantur.
Solent enim qui huiusmodi sunt : extor/
quere aliquando a semetipsis : vt qui gra/
tias in prosperitate exhibebant : pro pena
quoqꝫ timore in rerum amissione repen/
dant. Sicqꝫ fit : vt cum iam in oculis su
perni spectatoris : per mentis rancorem
iaceant : adhuc tamen in conspectu homi
num stare per patientiam videantur.
Hoc ergo secundo accusationis genere :
iustitiam sancti Job obfuscare Dyabolus
Job. nittebatur : quando dicebat. Pellem pro
pelle : ⁊ cuncta que habet dabit homo
pro anima sua . Sed queri potest : quid
sibi occultus aduersarius volebat in ver/
bo isto : vt coram internorum mentium
scrutatore accusaret archana : quasi deus
scire non posset : nisi Dyabolus detulisset.
Sed hoc nostre facillime patet intelligen
tie : si alicuius superbi animi tumorem
vigilanter pensamus. Cum enim contem
ptores iustitie durius volumus increpa/
re : vitam eis ex aduerso proponimus obe
dientium fratrum : quatenus qui verbis :
aut monitis exsuperari nequeunt : ex illo
rum comparationibus conuicti : erube/
scant : vt aut corrigant : si corrigibiles sunt :
aut si incorrigibiles : obmutescant . Sed
non sic semper accidit : non sic : quia vnde
bonorum vita proficit : inde reproborum
prauitas supra modum excrescit . Nam
pro eo ꝙ comparatione bonorum : illo/
rum prauitas superatur : ad illorum mox
iniurias : verba detractoria fingunt ⁊ sini/
stris peruertunt obloquijs : quicquid illi
pro iustitia patiuntur. Quid ergo sibi vult
ꝙ sancti viri iustitiam cōmendat deus co
ram patre mēdacij : nisi vt supbiam ipsius
exprobrando ꝯfundat : qui relicta simplici
tatis gratia totius se esse voluit prauitatis
auctorem? Sed ijs qui modis omnibus
veritatem deserendo ceciderat : ⁊ per hoc
incorrigibilis vt Dyabolus erat : ad eius
accusationem prosilijt : quem tanta au/
ctoritas commendabat : vt dum alterius
prodit infamiam excuset suam : ⁊ dum nul
lum esse iustum probare contendit a sin/
gulari nota perfidie semetipsum absoluat.
Dum enim suam sibi confusionem im/
properari non patitur : non solum crea/
ture bonum (quod ex deo est) quantum
ad se detrahendo destruit : verumetiam
in hocipso conuitiari ex obliquo : con/
uincitur creatori : qui talem ſm eius sen
tentiam fecerit creaturam : que nunquam :
⁊ si velit : in veritatis semita stare possit :
quasi impossibile sit deo dare creature iu/
stitiam : cui dedit essentiam : facere vt iu/
sta sit : cui potuit impendere vt creatura
sit. Ait ergo Dyabolus . Pellem pro pel Job.
le : ⁊ omnia que possidet dabit homo pro
anima sua. Quod tale est : ac si diceretur.
Non ideo patienter sustinet Job : quia
deum timet filiali timore : nec quia pure
amat opificem a blasphemijs tacet : sed
ne blasphemum : durius punias sese a ma
ledicto compescit . Alioquin mitte ma/
num tuam : ⁊ tange os eius : ⁊ carnem : ⁊
videbis nisi in faciem benedixerit tibi.
Si non ita est (inquit) vt ego dico : pre/
sto est in quo possit probari. Incipe eum
affligere ⁊ torquere : ⁊ tunc apparebit in/
nocentia ipsius. Traditur ergo iustus im/
pio : timoratus iniquo : non vt fidem eius
experiretur dominus : cui nuda sunt om
nia ⁊ aperta : sed vt iusti viri merita pro/
ficiant in flagellis : ⁊ Dyaboli menda/
cium rerum euidentia probaretur. Nem
pe : quia dignus non est Dyabolus in
spiratione diuina : vt se sponte quasi hu/
milis confiteatur esse mendacem : aut
quasi ad nudum verbi dei : qui semel est in
duratus : a mendacio recedere possit : ad
gloriam ptinuit veri dei suscitare militem
ꝯtra hostem : quatenus superatus in cam/
po : ipsa experientia veritatis : patrata tan/
te pugne victoria : deuictus abscederet ⁊ cō
fusus. Quid enim? Nunquid gloriabatur
deus in creatura sua : ꝙ esset innocens a se
ipsa? Absit. Sed qꝛ poterat illam facere in

nocentem: si stetisset in veritate: ꝯfitendo
exhilitatem ꝛ inopiam suam: quod qꝛ ipse
qui est pater mendacij facere ꝯtempsit: fa/
ctus est: qui nullum timeret: ꝛ conatus est
hocipsuꝫ ascribere corrupte nature: ꝛ non
potius arbitrio suo: quo nequaquaꝫ bene
vsus: sed voluntarie abusus est. Proprie/
tas enim veritatis hec est: cognoscere non
esse aliquod bonuꝫ: nisi a solo deo: ꝛ apud
eum qui est summa veritas: non esse ali/
quam iniqtatem. Si hoc cognoscis: ꝛ con
fiteris: prope es vt accipias donum: quod
habere a temetipso non potes. Sed neqꝫ
istud bonum habere potes nisi a deo Un/
de ergo iudicium? Quia habuit ꝛ pdidit
istud: ꝛ angelus ꝛ homo: supbiendo, vtiqꝫ.
Sed ille irrecuperabiliter: iste ad tempus.
Quod cum ita sit: quid mirum o apostata
spiritus: si charitatis spiritum non accepi
sti: qui vt hunc posses accipere: in verita/
te non stetisti? Uere (vt saluator ait.) Ille
homicida erat ab initio: quia qui odit: ho
Joánis micida est. Fuit (inquit) homicida: ꝛ in
veritate non stetit: quia infectus liuore
odij: noluit agnoscere reatum suum: ꝛ im/
putare sibijpsi: ꝙ malus esse cepit: sed co/
gitando contraria veritati: factus est Dya
bolus ꝛ Sathanas. Ex deo igitur est om/
ne bonum: ex deo dilectionis gratia: ꝛ iu/
stitie munus: sed ne hoc accipiant repro/
bi: arbitrij renuunt prauitate. Quod bo/
num: quia electi dei nequaquam a semet
ipsis: sed a bonorum omnium largitore se
se accepisse cognoscunt: frustra Dyabolus
accusare nititur: quos iustificat deus: qꝛ
charitas dei: etiam gehennam exsuperat:
si hanc ad tempus ingredi licuisset. Om
nia enim vincit: omnia sustinet. Unde
enim ostenderet apostolus charitateꝫ cau
sam esse victorie: dicens. Quis accusabit
aduersus electos dei? statim sequutus est
dicens. Quis igitur nos separabit a cha/
ritate Christi? Tribulatio: an angustia:
an persequutio: an fames: an nuditas: an
periculum: an gladius. Et vt hocipsum
auctoritate maiorum tenacius imprime/
ret cordi nostro: adiecit ꝛ ait. Sicut scri/
ptum est. Propter te mortificamur to/
ta die: extimati sumus sicut oues occi/
sionis. Ecce quomodo sibi conueniunt
testes veritatis. Quod dicit Apostolus.
Quis accusabit aduersus electos dei: ꝛ
propter te mortificamur tota die. Hoc
se Joannes audiuisse manifestat: cum
dicit.

T.. 6

¶ Et audiui vocem magnam
in cælo, dicentem. Nunc facta
est salus: & virtus: & regnum
deo nostro: & potestas Christi
eius: quia proiectus est accusa/
tor fratrum nostrorum qui accu
sabat illos in conspectu dei no/
stri die ac nocte: & ipsi vicerunt
illum propter sanguinem agni:
& ꝓpter verbum testimonii sui:
& non dilexerunt animas suas
vsqꝫ ad mortem. Propterea læ/
tamini cæli: & qui habitatis in
eis.

¶ Si huic tam magno prelio: quod fa/
ctum est in ecclesia dei: in diebus Con/ Benedic
stantini imperatoris impositus est termi/
nus a iusto deo: ad tempus profecto ipsuꝫ
referenda est vox ista exultationis sancto/
rum: qꝛ ꝛ ipsi qui vicerunt: coronati sunt
gloria: ꝛ honore: ꝛ hi qui remanserunt
sancti: animati de ruina ipsius: fortius
aduersus eum dimicare ceperunt. Por/
ro: Sanctus Joannes: vocem magnam
audiuit in celo: quia viri contemplato/
res: ꝛ qui poterant intelligere: quãti timo
ris sit pugnare cum auctore malorum: in/
tellexerunt magnum iustorum gaudium
factum esse in ecclesia dei: de victoria san
ctorum Martyrum: ꝛ ruina Sathane
confitentium Domino: ac dicentium.

Nunc facta est salus ꝛ virtus deo nostro: ꝛ potestas Christi eius:qꝛ proiectus est accusatoꝛ fratrum nostroꝝ:qui accusabat illos in conspectu dei die ac nocte.Quid est die ac nocte? Sine intermissione. Quid est die ac nocte? In prosperis ꝛ aduersis. Quasi autem a tpe Constantini facta dicitur esse salus ꝛ virtus dei nostri:ꝛ potestas Christi eius:cum:vz:proiectus est accusatoꝛ electorum dei:qꝛ extunc oꝛdinata cepit esse ecclesia ad salutem ꝛ virtutem multorum:ꝛ vicarius Christi Jesu cepit habere liberam potestatem ad faciendam vindictam in nationibus:ꝛ increpationes in populis.Qua ex re letati sunt celi:ꝛ qui habitant in eis:qꝛ data pace agminibus sanctorum:veluti in quodam sabbato ab attrocissima illa tentatione Dyaboli:qua querebat sibi etiam in sanctis viris vendicare hostiliter ius antiquum:ꝛ ipsa agmina sanctoꝝ martyrum letata sunt de triumpho: ꝛ qui parati erant seq illos in moꝛte:gratulati de pace.Letamini (ait) celi:ꝛ qui habitatis in eis. Letamini cohoꝛtes sanctoꝝ martyrum:ꝛ qui cupitis per martyrũ palmã ad illoꝝ ꝯsoꝛtia puenire. Quasi enim celi facti sunt qui vicerunt hostem:ꝛ quasi habitatoꝛes celoꝝ: qui cogitantes illoꝝ triumphales victoꝛias:fieri quasi vnus eorum in agone q̃z ardentissime affectabant esse possibile ꝯfidebant. Igitur accusatio Dyaboli que prius deuicta est in patientia Job:de signabat eam que supata est in victoꝛia martyrum:qñ non solum tpalia bona:verumetiam pro fide catholica sponte ꝛ aĩas posuerunt.Unde ꝛ proiectus est de celo hostis ille antiquus:ne amplius permitteretur astare inter filios dei:quasi ius ppꝛium quesiturus in eis:sicut prius facere ꝯsueuerat:qui etiam vt tentaret:si aliqd de suo iure haberet in eumipsũ celi deũ insilire presumpsit.Et proiectus est (inqt) in terram (hoc est) in eos qui terrena sapiunt: ꝛ terrena ꝯcupiscunt:de qbus non potest dici:quin multa habeat Dyabolus in eis:sicut ꝛ in populo infideli:designato

Fo.149

in mari. Ad iustum enim dei ptinet iudicium:vt ereptis a faucibus eius his qui recti sunt coꝛde in omnibus aliis pmittatur exigere iura sua. Unde ꝛ hic subditur.

C Veh terræ & mari : quia descendit Dyabolus ad vos habẽs iram magnam:sciens ꝙ modicũ tempus habet. T.8.

C Quia deuictus a martyribus : passus est ab eis inexptam ruinam ꝓfecto cognouit:ꝙ modicum esset tempus:ꝛ quasi momentaneum regni sui. Unde ꝛ inimanius agere cepit in suos : debellatus a sanctis: querens in eis:qui sibi obtemperarẽt:qua si dupplicia talenta facinoꝝ : quatenus in eis recuperaret:qđ se dolebat perdidisse in sanctis:faciens eos duplo q̃z erant prius filios gehẽne. Uerumtamen qꝛ humilitas quiescentis ecclesie:terre vicinioꝛ visa est: aduersus eam tertium prelium attentare presumpsit.

C Explicit distinctio secunda. Incipit distinctio tertia.

C Et postquam vidit draco, ꝙ proiectus esset in terram:psequutus est mulierem, quæ peperit masculum. T.9.

Postq̃z vidit Dyabolus qꝛ locum accusandi sanctos martyres:ꝛ infamãdi fidem illoꝝ:in prelio deuictus amisit: ad violandam simplicitatem fidei : quam tenebat ecclesia:noua adhuc genera preparauit armoꝝ. Et qui prius sanctoꝝ sanguinem sitiebat: vbi se per effusionem sanguinis ꝓstratum vidit:alio psequutionis genere:ꝓstrare se posse fideles tanq̃z minus peritos ꝛ indoctos sciẽtia:ꝯfisus est. Sub Constantini namq̃z tpe triumphante ecclesia:blasphema moꝝ arrianoꝝ heresis ex aduerso surrexit:ꝛ qui fide se deuictũ hostis callidus

stis callidus voluit: ad soluendam soliditatem fidei: belli vota ꝯuertit. Sed quid agis o impie? quid inuentor doli componis? Nouit dominus a faucibus tuis eripere humiles per doctrinam spiritualez: qui potuit fortes in fide: inuictos facere in tormentis. Nam sequitur.

T.10 ¶ Et datæ sũt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ vt volaret in desertum: in locum suum: vbi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis a facie *Ser*pentis.

¶ Siue hic alis aqle: siue in psalmis: pennis columbe: contemplationis gratia designatur. In huius sane ecclesie psona draconis faciem fugientis: psalmista longe ante

Psalm. predixerat. Quis mihi dabit pennas sicut columbe: ⁊ volabo ⁊ requiescaz? Ecce (inquit) elongaui fugiens: ⁊ mansi in solitudine: expectans eum qui saluum me facit a pusillanimitate spiritus ⁊ tempestate. Due sunt autem ale iste que date sunt mulieri: qbus possit ⁊ ipsa eleuari in altum: ⁊ fugere a ꝯspectu draconis: qꝛ due sunt precipue super oẽs alias necessarie virtutes: scire cupientibus veritatem. Sapientia .s. que desursum est: ⁊ charitas dei. Harum vna .i. sapiẽtia: ꝓprietate quadam mysterij ascribitur Christo: quem nominat apostolus dei virtutem: ⁊ dei sapiẽtiam. Alia .i. charitas spiritui sancto: de quo dicit apostolus. Deus charitas est. Absq; his duabus virtutibus nulla põt esse ꝯtemplationis pfectio: nimirum: qꝛ vt splendor solis ⁊ calor ad bene operanduz: faciunt liberum terre cultorem: ita duo ista dona ꝯtemplatori necessaria sunt. Hee igitur ꝯtemplationis ale: date sunt ecclesie Christi: quatenus volaret altius: cõtemplando celestia: ⁊ fugiẽdo a curis mundi: vitaret dyabolicas suggestiones. Qđ vero in desertum siue in solitudinez fugijt: quãuis in deserto manere: a mundanis sit opibus requiescere: iuxta illud psalmiste dicentis. Uacate ⁊ videte: qm̃ suauis est dñs: in veritate tñ plures tunc tpis elegerunt heremiticam vitam: melius decernẽtes: cum bestijs manere in siluis q̃z cuz arrianis participare in foro. Utiq; ⁊ Helyas regum tpibus: cum cerneret israeliticam plebem deditam errori per tp̃s ⁊ tpa ⁊ dimidium tpis: ab illorum se aspectibus absentauit: accipiens a coruis primo: deinde a muliere vidua cibum carnis: vt qꝛ ipse vir- Helyas ginee: atq; heremitice vite prefigurator erat: tam in annorum numero q̃z in fuga: taz in mora solitudinis q̃z i cibo: ipsius: ⁊ mulieris huius: idem esse mysterium (mediãte ꝯcordia) sentiremus. Et bene mẽsibus quadraginta duobus manere: seu mulier: seu Helyas: in solitudine dictus est: qꝛ in eisdem mẽsibus designatum est oẽ tp̃s draconis: in quo ⁊ vniuersa mysteria: ꝯsumationem accipient. Fugere vero: est a secularium societate virorum: tum spiritu: tum ⁊ corpore: oi sestinatione priuari. Sed quo fugijt? In locum (inqt) suum. Hoc ipsum iam supius alijs verbis intimauerat dicẽs: Et mulier fugijt in solitudinem: vbi hz locum paratum a deo: vt ibi pascat illam diebus mille ducentis sexaginta. Quis igitur locus iste creditur esse? Et si simpliciter latibula illa: in qbus singulariter: vel etiam cõiter perpauci morabantur: in siluis: intelligenda sint: fuere tñ q̃zplures qui ⁊ infra vrbium claustra: mulieres precipue cõmorate sunt: que ⁊ ibi vitam castam ⁊ ꝯtemplatiuam seruauerunt: ⁊ fidei integritatez inuiolabiliter tenuerunt. Locus ergo iste in quo mulier requiescit: spiritualis est: ⁊ ꝯtemplatiua religio: que ⁊ mentes seruat sobrias a facie Colubri: ⁊ deuotas Christo aĩas: spiritualibus reficit alimentis. Nempe serpentis faciem videre: est prauam reproborum doctrinam cordetenus intueri. Facie enim sua vnusqsq; dignoscitur. Serpens vero in absconditis latitat: quatenus ex improuiso feriat: qui per semitam incautus incedit. Sed ⁊ Dyabolus in cordibus reproborum latens: tunc faciem detegit suaz:

cum occultatum diu errorez in publicum protrahit ⁊ ostendit. Hanc itaqꝫ serpentis faciem cautius electi videre metuunt: ne quãdo decepti in eius specie: ad imitationem trahãtur. Quasi võ in desertũ fugiũt: dum se in secreto cordis: in scripture sacre abditis vigilanter abscondunt. Est enim scriptura sacra quasi facies Christi: in qua se (celestia ꝯtemplando) ꝓuidenter abscõdunt: qcunqꝫ faciem serpentis intueri formidant. Unde quoqꝫ ⁊ in psalmis de talibus scriptum est. Abscõdes eos in abscondito faciei tue a ꝯturbatione hoium ꝓteges eos in abscõdito tabernaculi tui a contradictione linguaꝝ. Que enim detestabilior linguaꝝ ꝯtradictio: doctrina hereticorum? Sed abscõduntur electi in abscondito faciei dñi: qꝛ dum diuinam speciem intẽta cordis speculatione aduertunt: qd foris agatur: ac si nõ ageretur: ignorant. Quasi enim ꝓteguntur in tabernaculo dñi: a cõtradictione linguaꝝ: qꝛ dum sacris lectionibus vigilãter intendunt: seuiẽtium hereticoꝝ strepitus: ac si spinaꝝ ardentium stridore ꝯtẽnunt. Et qꝛ tãto seui draconis amplius inflãmatur: q̃zto sibi hincinde illatam ꝯtumeliam dolet: fugiẽtem in solitudinem mulierem arriana ꝑsequitur prauitate: vt que volẽs reuerti renuit: facta violentia raperetur ad culpam. Nam sequit.

T.11 Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen: vt eam faceret trahi a flumine.

Non oĩs aqua fluminis est: sꝫ aqua fluminis violẽta. Sic cum plura sint hoium genera: non tñ oẽs heretici: vim facere potuerunt: Arrianoꝝ vero ꝑfidia: quanta catholicos violentia ꝑsequuta sit: multiplex sanctoꝝ patrum ꝓtestatur auctoritas. Sꝫ hanc precipue ecclesiastice libri hystorie seriatim ꝓsequitur: que quanto tempestatis impetu sanctaz vniuersalem ecclesiam cõpulerit ad errores: non breui põt: aut simplici enarrari sermone. Sequitur.

Sed adiuuit (ait) terra mulierem: & aperuit terra os suum: & absorbuit flumẽ quod misit draco ex ore suo. T.12

Si per celum qd̃ supra est: sanctoꝝ designatur ecclesia: non incõgrue per terram: ꝯuentio intelligitur hoium peccatoꝝ. Accidit autem plerunqꝫ illud qd̃ in libro sapientie ꝯtinetur. Justus de angustia liberatus est: ⁊ tradetur impius pro eo. Manifestum est: enim ⁊ luce clarius manifestuz: ꝙ ꝓpterea plurimi errores melius cauentur a bonis (qꝛ in eis ꝓlapsi reprobi) istos attonitos reddiderunt. Sed ⁊ plerũqꝫ culpam aliorum statim: ⁊ ad horam cognoscimus: ⁊ agnoscentes vitamus: que nequaquam a nobis caueri posset: si nequaquam prius hãc ipsam: dijudicando in alijs culparemus: qꝛ ⁊ sepe in alterius lapsu: alius timore ꝯcutitur: ⁊ qd̃ arguit in altero: ipse deuitare festinat.

Explicit distinctio tertia. Incipit distinctio quarta.

Et iratus est draco in mulierem: & abiit facere bellum cum reliquis de semine eius: qui custodiunt mandata dei: & habent testimonium Iesu Christi. T.13

Nota ꝙ ait. Abijt facere bellum cum reliquis de semine eius. Semen mulieris illud est: qd̃ raptuz est ad deum ⁊ ad thronum eius: xp̃s. s. cuz martyribus suis. Ipse enim (vt iam supra cõmemoraui) dicit in angelo laoditie. Qui vicerit dabo illi sedere mecuz in throno meo: sicut ⁊ ego vici: ⁊ sedi cum patre meo in throno eius. Quõ ergo nũc dĩ ꝙ abijt draco facere bellum cum reliquis de semine mulieris: nisi qꝛ semen mulieris geminuz est (vt dixi) ⁊ alteꝝ quidem precessit ad gloriam (hoc est) exercitatus martyrum: cuius caput est

Christus:alteꝝ remansit in terra:designa/
Ordo Monachorum Pars meridiana. tum in Joanne euangelista ordo.s.mona/
choꝝ quarti tpis : meridianam maxime.s.
partem:vbi calor est maximus incolẽtiuꝫ?
Ipsi sunt illi viri sancti:quoꝝ summa col/
ligit in subscriptis (dicẽte Joãne) Vidi su
pra mõtem Syon agnum stãtem:ꝛ cuꝫ eo
cẽtum quadraginta quatuor millia:habẽ/
tes nomen eius ꝛ nomen patris eius scri/
ptum in frõtibus suis. Primum itaqꝫ bel
lum:fuit eius quem genuit mulier. Scõm
Michaelis ꝛ angeloꝝ eius. Tertium mu/
lieris. Quartũ eoꝝ qui sunt de semine mu
lieris. Primum Xpi ꝛ apostoloꝝ. Scõm
martyꝝ. Tertium ecclesie ꝯfessoꝝ. Quar/
tum eoꝝ qbus datum est vacare orationi/
bus ꝛ psalmis. Sẽtis ne prudẽs lector:qꝫ/
te subtilitatis sit liber iste:in quo nihil põt
assignari:sine gñalibus speciale? Sꝫ de his
supius satis dictũ. Sane draco rufus pgẽs
ad faciẽduꝫ preliũ cũ his q sunt de semine
mulieris. Quid fecerit audiamus. Seqt.

Cap. 13 T. 1. Et venit et stetit sup arenã maris.
¶ Et vidi de mari bestiam ascẽ
dentem:habẽtem capita septem
& cornua decem : & super cor/
nua eius:decem diademata.

¶ Arena maris terra sterilis est:que mo/
do aqs maris infundit:modo solis ardore
calescit. Significat illos hoies qui medij
sunt inter vtrũqꝫ:ꝛ nec oino infideles esse
vident:nec pietati christiane tota fidei pu
ritate adherẽt. Sup istos ergo stetit dya/
bolus:ꝛ bestiaꝫ de mari ascẽdentem vidit:
q: per hoc ꝙ falsi christiani qui recesserũt
a sinu matris ecclesie:assentiẽtes dyabolo
ꝛ pompis eius:exempla prauitatis sue:q
bus matri ecclesie infecti sunt:infidelibus
ostẽdunt ad psequẽdam christianoꝝ eccle/
siam : infideles fortius accẽduntur. Vidit
autem hoc Dyabolus:q: prauitatis sue astu
tia simulatus presensit. Ut enim pauca de
multis accipiamus exẽpla. Vix vnqꝫ pos/
sent Judei inuenire oportunitatem capiẽ/
di Xpm:nisi hũc in quo intrauit Sathan
neqꝫ discipulus:tradidisset. Vix vnqꝫ Ne
ro impator inquietaret apostolos:nisi hũc
aduersus illos:Symon ille pfidus:com/
pulisset. Vix vnqꝫ Cõstatinus arrianus:
accipet arma ꝯtra pios:nisi hũc impij epi
(vt hoc presumeret) ꝓuocassent. Stat er/
go Dyabolus sup arenam maris : ꝛ videt
de mari bestiam ascẽdẽtem:q: dum ijsdem
in reprobis christianis regnare cernit:du/
bium non est illi:quin sibi de ꝓprio regno
suo:ad ferẽdum sibi auxilium ꝯtra Xpm:
multitudo ꝯsentiat infideliuꝫ. Notãdum
vero:ꝙ significatum huius bestie:Daniel Dan.
ꝓpheta in quatuor bestijs diuisum vidit.
Et lꝫ de eis in hoc ope mentionem feceri/
mus:q: tñ id causa exigit:necesse est vt de
eis in hoc loco loquamur. Quatuor (in/
quit) venti celi pugnabãt in mari magno:
ꝛ ecce quatuor bestie grãdes ascendebant
de mari:diuerse inter se. Celi noie significa
ri ecclesiam:vel scripturam diuinam sepe
dictum est in hoc libro. Mare quoqꝫ ma/
gnum:designare hoc seculũ nulli dubium
esse põt. Quatuor venti celi:quatuor sunt
intelligẽtie speciales:fm qd ꝛ quatuor euã
gelia. Haꝝ prima dr typica:scda hystorica:
tertia moralis : quarta ꝯtemplatiua. Haꝝ
prima pastoribus specialr ꝯgruit:scda dya/
conibus:tertia doctoribus:qrta vginibus
ꝛ heremitis. Quare? Q: prima docet eccle
siastica opa : olim in rebus scriptis ꝛ patꝝ
opibus designata:ac per hoc ꝓbãt pastores
ecclesie:veram esse ꝛ fidelem ꝯfessionem fi
dei christiane. Scda : quos fideles recipit:
quasi paruulos in Xpo:ꝓpositis exemplis
veteꝝ:lacte nutrit. Tertia pfectuꝫ discipu
luꝫ ꝛ ad altiora iam tendẽtem:regrit. Hec
enim mores instruit:componit actus:ostẽ
dit deceptiones vitioꝝ:que se nõnunqꝫ si
mulãt esse vtutes:ꝛ qr vtutes supent a vi
tijs. Accipit aũt in his oibus reꝝ olim ge
staꝝ ꝯgruẽtes figuras:vt p ea que facta sũt
in carne:intelligat qd quottidie ꝯtingit in
spũ:ꝛ tãto magis studeamus:calcatis vitijs
vigilãter vtutibus isudare:qꝫto nõ eẽ vanũ

intelligimus:q pro sola hoiuz salute:spiri
tus oipotētis dei ordinare curauit. Quar/
ta intelligentia que vocatur ɔtemplatiua:
assumens sibi pēnas quasi aquile in figura
terrenaꝝ rerum:de celestibus agit. Hec q̄z
maxime intelligentia docet nos terrena de
spicere:ꝛ amare celestia:ɔtemnere tpalia:
ꝛ affectare eterna. Hi sunt illi quatuor spi/
rituales intellectus:qui velut quatuor flu
Genesis mina paradisi:rigant corda hoium haben
tium fidem dei:q: tñ ɔtrarie potestates la
titant in hoc mundo:ac si qdam venti celi
in aqs fluctuantibus pugnare noscuntur.
Quatuor ergo venti celi pugnant in mari
magno:q: quatuor speciales intellectus:q
bus vt terrena hoies despiciant:impugna
tur hic mundus. De qbus intellectibus si
mul:ꝛ de quatuor aialibus scriptum est in
Ezechi. Ezechiele ppheta. Ubi erat impetus spi/
ritus illuc gradiebantur:nec reuertebātur
cum ambularent. Sed qūo isti quatuor vē
ti celi pugnauerunt in mari magno? Sed
qūo non pugnauerunt:qui totum orbem
pturbauerunt? Turbatur enim mare cum
celi pducunt ventos. Turbat ꝛ mundus
cum sancti predicant verba dei:q: ɔtraria
sunt opibus ꝛ votis eoꝝ. Et bene quatuor
sunt euangeliste qui euangelia scripserunt:
q: quatuor: sunt (vt iam dixi) ordines pre
dicantium qui illis quatuor intelligētijs
innituntur:apostoloꝝ: martyꝝ:ɔfessoꝝ:ꝛ
virginum. Sed forte virgines ꝛ heremite
non predicant verbum dei:q: (vt aiunt q
dam) mortui sunt mundo. Predicant in/
quam ꝛ ipsi:ꝛ bene predicant:q: qd̄ voci/
bus clamant:moribus ostendunt. Ut au/
tem cetera taceamus:predicant: ꝛ si non
alijs:saltem sibi:ꝛ discipulis suis quoꝝ le/
giones sacre ɔualentes in monasterija:mū
di latitudinem repleuerunt. Nunc igitur
quatuor ordines in quatuor aialibus desi/
gnati sunt:ex quoꝝ ore:velut e celorum ar
chanis quatuor quasi spiritus ventoꝝ pro
dierunt:qui ad congregandas turmas pi/
scium:in mari huius seculi pugnauerunt.
Sed factum est eisdem certantibus:vt nō
solum pisces plurimi caperentur:ꝛ extra
herent ex equore: verumetiam bestie gran
des ex eo pcederent:que piscium multitu
dinem:de his quos sancti cepant:deuora/
rent. Prima ergo bestia:est synagoga Ju/
deoꝝ:scda:paganoꝝ:tertia:arrianoꝝ:quar
ta:agarenoꝝ. Spirantibus sane apostolis:
quoꝝ ordo assimilatur leoni:precessit ɔtra
illos:leena de populo iudeoruz. Spiranti
bus euangelistis:qui altero noie dyacones
dicti sunt: quiminimo illis veris dyaconi
bus:sanctis.s.martyribus:qui fuerunt obe
dientes vsq3 ad mortem: processit ɔtra il/
los:vrsus de populo paganoꝝ. Spiranti/
bus doctoribus:qui ꝛ ɔfessores dicti sunt:
pcessit ɔtra illos pardus:de secta arriano/
rum. Spirantibus heremitis pcessit ɔtra
illos bestia quarta dissimilis ceteris:de gē/
te effera:sarracenoꝝ. Qd̄ ergo ait Daniel. Dan.
Bestia prima similis erat leene: Joānes de
signauit in vna illa bestia quā vidit qñ ait.
Et os eius:sicut os leonis. Et qd̄ ait Da/
niel. Bestia scda similis vrso: Joannes de
monstrauit in eo qd̄ ait. Et pedes eius:si/
cut pedes vrsi. Et qd̄ infert Daniel. Be/
stia tertia similis pardo: Joānes intimauit
in eo qd̄ ait. Et bestia quam vidi:silis erat
pardo. Et qd̄ dicit Daniel. Ecce bestia qr
ta terribilis atq3 mirabilis ꝛ fortis nimis.
Et paulopost adiecit. Et habebat cornua
decem ꝛ cetera. Joannes in decem corni/
bus:ꝛ in capite qd̄ vidit quasi occisuz. Et
paulopost. Excitatum a mortuis:compe/
tenter assignat. Porro vnaipsa bestia quaz
vidit Joānes:septem simul capita habere
describitur:q: quatuor ipse bestie quas scri
bit Daniel:septem oino capita habere no
scunt:in hoc.s.qd̄ tertia bestia quatuor ca/
pita habēre narrat. Sed melius ista intel
ligimus:si ea que summatim tetigimus:ex
ponendo quoq3 iterare non piget. Mare
siue abyssus:presentem mundum: ꝛ cum
terre respectu describitur:populum signi
ficare infidelem. De quo nimiꝝ mundo:
seu populo infideli:diuerse hominuz secte
egresse sunt in tpibus suis:que bestiali feri

Prima ſynagoga. ritate perſequuntur eccleſiam. Hax prima
que ſimilis ē leene fuit ſynagoga iudeoꝝ:
cuius due ale q̄bus ferebaẗ in altum: haud
dubium: ꝙ tumore ſupbie deſignat duas ſe
ctas ipſius populi q̄bus pro partibus in/
mittebaẗ: Saduceoꝝ vna: altera Phariſeo
rum. Hee autē ale citius auulſe ſunt a lee
na: q: tradita eadē beſtia exercitui Roma
noꝝ: mox ipſe due ſecte: ⁊ ſique erāt alie:
pierunt. Unde ⁊ bene ſubdiẗ. Et ſtetit in
terra ſicut hō: q: que prius (quaſi nō eſſet
⁊ ipſa de maſſa peccatrice progenita) dete
ſtabaẗ gētiles: tradita tādem poteſtati Ro
manoꝝ: eiuſdē ſe eſſe nature: ⁊ miſerie cu
ius erāt ⁊ ceteri hoīes: caſtigata tam attro
citer: ⁊ ſi nōdum ad fidem dei reuocata co
gnouit. Ob autem ſeq̄tur. Et cor eius da/
tum eſt ei: nō eſt ꝯſumatum: vſq: in preſen
tem diem: q: nō eſt ei datū vſq: adhuc co
gnoſcere eum qui paſſus eſt ꝑ ſua ⁊ totius
mundi ſalute: niſi forte dictū ſit yronice.
Cor eius: quaſi cor duꝝ: q: ſemp fuerūt du
Eſaye. re ceruicis: ⁊ indomabiles corde: ⁊ ſi nō eo
modo quo ex illo tpe vſq: ad preſentē di/
Secunda Beſtia. em. Scda vero beſtia ſimilis vrſo: imma/
niſſimam paganoꝝ multitudinem: ꝓtēde
Dan. bat. Nec immerito dictum eſt ei. Surge:
comede carnes plurimas: cū infinita ſan/
ctoꝝ multitudo pempta ſit a paganis: ſm
ꝙ pſalmiſta longe ante predixerat: dicens.
Pſal. Deus venerūt gētes in hereditatē tuam:
polluerūt templum ſanctum tuum: poſue
rūt Hieruſalem in pomoꝝ cuſtodiā. Po
ſuerūt morticina ſeruoꝝ tuoꝝ eſcas volati
libus celi: carnes ſanctoꝝ tuoꝝ beſtijs ter
re. Effuderūt ſanguinē ipſoꝝ tanq̄ aquā
in circuitu Hieruſalem: ⁊ nō erat qui ſep/
liret. Et paulopoſt. Effunde iram tuam in
gētes que te nō nouerunt: ⁊ in regna que
nomen tuum nō inuocauerunt: Q: come
derunt Jacob ⁊ locum eius deſolauerunt.
Sic ergo dictum eſt huic beſtie. Surge co
mede carnes plurimas: qūo ꝑ pſalmiſtam
dī. Q: comederūt Jacob ⁊ locum eius de
ſolauerunt. Tres ordines dētium quos ha
Pſal. bebat in ore: tyrānos ⁊ ſacerdotes templo
rum: ⁊ cultores ydoloꝝ deſignare puto:
qui audacius in ſanctoꝝ necem pre ceteris
infidelibus ſeuiebant. Tertia beſtia ſimilis Tertia
pardo: Arrianoꝝ multitudinem deſigna/ Beſtia
bat. Que. ſ. beſtia idcirco q̄tuor capita ha/
buiſſe deſcribiẗ: q: quatuor tunc tpis gen/
tes in vnam hereſim ꝯuenerunt: Greci. ſ. a
q̄bus ⁊ inchoata eſt: Gothi: Uuandali: ⁊
Longobardi. Quatuor inq̄ capita: tertia
beſtia habuiſſe deſcribiẗ: q: quatuor ſupra
ſcripte gētes ad pſequēdam eccleſiam: ſub
tertij curſu tpis ꝯuenerunt: nō q̄dem cor/
poribus: ſed maledictione ꝯiuncte. Et re/
cte eadem beſtia ſimilis pardo eſſe dī: que
albo nigroq: colore ſparſa eſt: q: q̄dam Ar
rianoꝝ pagani fuerūt: ⁊ ex paganis: effecti
ſunt arriani: quidam chriſtiani: ſed pfidi: ſi
mul autē oēs (ad catholicos pſequēdos)
vnanimes. Quatuor vero alas ſicut auis
habebat: q: aliter in ipſa hereſi: arrianos:
aliter macedonianos: aliter eunomianos:
de Chriſto ⁊ ſpiritu ſancto: hyſtoria eccle/
ſiaſtica ſenſiſſe ꝓhibetur: ſed aliter euiticia
nos: qui ⁊ ipſi ſub eodem tpe arrianoꝝ: bla
ſphemauerunt de Chriſto: ⁊ ſup dolorem
vulneꝝ eccleſie addiderunt: ita vt pp hoc
Martinus papa (iubēte impio Cōſtanti/
no) in exilio moreretẗ. Quatuor itaq: im̃/
dis errauerūt in filium ⁊ ſpiritū ſanctū.
Sed tñ ſub noīe Arrij plerūq: intellguntẗ
⁊ ceteri: q: ipſe primus inter q̄tuor os ſuū
in celum ponere auſus eſt: vt naturam in/
effabilem: pro ſuo arbitrio mētireẗ: vt cū
ipſe ⁊ ſequaces eius: a via veritatis: que
xp̄s eſt: errare ſemel incipent: p diuerſa he
reſiū precipitia: multiplicatis erroribus du
cerentur. Sic ergo tertia beſtia in quatuor
capitibus: ⁊ in alis totidem diuiſa: catholi
cam laniauit eccleſiam: quouſq: ſuccederet
beſtia quarta: que ceteras tres beſtias: be/
ſtiali ſeuitia ſuparet. Et beſtia (inq̄t) quar Dan.
ta: terribilis atq: mirabilis: ⁊ fortis nimis: Quarta
dētes ferreos habebat magnos: comedens Beſtia.
atq: cōminuens: ⁊ reliq̄ pedibus ſuis ꝯcul
cās. Diſſimilis autem erat ceteris beſtijs:
q̄s videraz antea: ⁊ habebat cornua decē:

Danie. Et infra. Accessi ad vnuz de assistētibus ꝛ veritatez q̄rebam ab eo de oibus his. Qui dixit mihi. Hec bestie magne. Quatuor regna ꝯsurgēt de terra. Suscipiēt aūt regnū sancti dei altissimi: ꝛ obtinebūt regnū vsq3 in seculum ꝛ in seculum seculoꝝ. Si hystorias ecclesiasticas diligēter notamus: cum iaz moderata esset ꝑsequutio Arrianoꝝ: ꝛ etiam in q̄busdam deleta: inchoante Cosdroe rege Persarum: qui in ꝑsequutione orietali precessit Mahometh ꝛ successores eius: ꝑsequutio ipsius secte: sequuta est taz immanis: vt re vera: nō hoiu: sed bestie cuiusdam terribilis esse putaret: presertim cum ipsius error: nō aliqua rōne humana videat esse munitus: 3 solo detestādi furore mēdacij: ꝛ tyrānica armoꝝ potestate defensus. Quam vō inualuerit in breui ꝛ q̄3 cito ꝓfecerit in malitia sua: haud dubium ꝙ pp peccata. Testat desolatio ecclesiaꝝ: Syrie: ꝛ Phenicis: Palestine pariter ꝛ Egypti: necnō ꝛ Affrice: ex Mauritanie: ꝛ isulaꝝ maris: in q̄bus abolito Christi nomine: ipsius Mahometh detestanda traditio: q̄si magni ꝓphete dn̄i: ꝛ preconis altissimi predicat. Heu si tāta mala faciet Antichristus: q̄ta iste fecit in mēdacio suo. Ut enim Moyses legis lator: longo ante tpe precessit Christum: ita ꝛ iste lator mēdacij parauit itinera Antichristi. At ne cui immanitas huius bestie videatur esse similis aliaꝝ bestiaꝝ. Judei q̄dem pugnauerūt cōtra fidem Christi: sed tn̄ eis renittētibus ꝛ inuitis: edificate sunt ecclesie Hierosolymis: ꝛ nō post multos dies absorti sunt a Romanis: ita vt extūc: quo ad eos: finem accipet: ꝛ ꝑsequutio ecclesiaꝝ ꝛ regnum. Pagani pugnauerunt ꝯtra Christum: sed quottidie vincebant a militibus eius: ita vt in diebus Siluestri Pape: pene reddērēt arma: ꝛ eidem Christi vicario: sceptꝛ impij assignarēt. Gothi: ꝛ Uuādali: ꝛ Lōgobardi: ꝛ alij Arriani heretici: partim deleti sunt ab exercitu Romanoꝝ: partiz ad catholicam fidem ꝯuersi. Hec vō quarta bestia indomabilis fuit: vt l3 apparuerit ad tps humiliata ꝛ quasi mortua: q̄3 iteꝝ magnificata sit: ꝛ ad deuorandum parata: plus timere est q̄3 exprimere. Hec igit est illa bestia quam sanctus Daniel noiat terribilez nimis. Joānes vero: tam ipsam: q̄3 tres alias comprehēdit sub vna habēte septem capita: ꝛ in vno eoꝝ cornua decem. Sed de hoc in sequētibus. Nūc de prelio videmus. Diximus supius quartum tps ptinere ad virgines ꝛ heremitas (hoc est) ad illos viros sanctos: quos dicit Sāctus Joānes esse de semine mulieris: ꝛ ꝙ deuictus tribus ꝓlijs draco rursus: abierit amarus in indignatione sua: facere prelium cuz eisdez viris sanctis: qui sunt de semine mulieris: qui custodiunt (inq̄t) mādata dei: ꝛ habent testimonium Jesu. Deinde occasione vnius bestie: quam vidit draco ascendētem de mari: adducte sunt in medium quatuor ille bestie: quas viderat antea Daniel ꝓpheta: ꝛ assignata sunt quatuor prelia bestiaꝝ: immo ꝛ draconis: qui pugnat ꝛ pugnauit in ipsis: quoꝝ quartum est hoc prelium: qd̄ designatum est in prescriptis verbis Joannis dicentis. Iratus draco in mulierem: abijt facere prelium cum reliq̄s qui sunt de semine mulieris: qui custodiūt mādata dei: ꝛ habēt testimoniū Jesu. Qd̄ tale est ac si diceret. Sciēs draco rursus ꝛ inuidus: ꝙ nō solū illi sancti coronādi sunt: honore ꝛ gloria: qui seipsos causa dei: tortoribus exposuerunt: aut saltem capti ab infidelibus ꝑstiterunt in fide: verūetiam illi qui vitam solitariam ducerēt: castitatis victoria: sublimandi: non rectis oculis aiaduertere potuit: ꝙ nouum genus martyꝝ: heremus: mittebat ad regnum: sed aliq̄n Judeos ꝯtra aplos. Paganos ꝯtra martyres: Arrianos cōtra catholicos direxit in bellum: nouissime ꝯtra heremitas Agarenoꝝ sectā imaniorez ceteris delegauit: que idcirco bestia q̄rta dcā est a Daniele: q: q̄rto (vt iā diximus) ecclesie tpe: preeūtibus tribus alijs: ꝯtra quartuz ordinem bellatura surrexit. Post hec (inquit) aspiciebam in visione noctis: ꝛ ecce bestia quarta terri Dan.

Siluester.

bilis atq; mirabilis ⁊ fortis nimis: dentes ferreos habebat magnos: comedens atq; cōminuens: ⁊ reliqua pedibus suis ꝯculcans. Et cum ei diceret ab angelo. Hee bestie magne: quatuor regna ꝯsurgent de terra: qbusdā interpositis: adiecit ⁊ ait. Post hec volui diligenter discere de bestia q̄rta que erat dissīlis valde ab oībus: ⁊ terribilis nimis. Dētes ferreos habebat magnos comedēs atq; cōminuēs: ⁊ reliq̄ pedibus ꝯculcās. Ex verbis istis manifeste colligit nullas fuisse ferocitates aliaꝝ que se precesserant bestiaꝝ comparatione istius: que q̄rto loco successit. Ideoq; sanctus Joānes: ⁊ si totam ꝑsequutionem ecclesie: que a primo ꝑsequutore Herode inchoasse cognoscit in vna magna bestia habēte septem capita ⁊ membra corporis dissimilia comprehēdit: in q̄rta tn̄ libri parte: ⁊ in q̄rto capitulo q̄rte partis: de ea loq exorsus est: tum q: per hāc Dyabolus meridianam incolētes heremuz viros solitarios impugnauit: tum q: per hāc bestiam talia facturus est: ⁊ expte iam fecit: q̄lia nō est ꝑmissus in tꝑibus alijs: nec etiaz cum sanctos martyres laniare ictibus sineret. Qđ vero ait. Super cornua eius: decem diademata: in sexta huius libri parte: angelus exposuit dicēs: decem cornua bestie: intelligēdos esse decem reges futuros (hoc est) in illa extremitate tꝑis erumnosi: cum regnum bestie finiet. His de quatuor bestijs quas vidit Daniel breuiter prelibatis: ad expositionis ordinē redeundum est. Sequitur.

T.2. ¶ Et super capita eius nomina blasphemiæ.

¶ Oē nomen qđ contrarium est noi christiano: nomen blasphemie dici pōt. Quicqd enim fit: aut d: ad iniuriam creatoris: blasphemia est: q: p ipsum blasphemat nomen sanctum dn̄i: dum non esse credit ijs qui est. Unde ⁊ latro ille blasphemasse phibet: q: dixit Christo pendēti in cruce. Si filius dei es: salua temetipsum ⁊ nos. Uel certe: q: vt nomen sibi faciāt filij Dyaboli: trahunt sectas hoium p̄ditoꝝ post se: idcirco nomine blasphemie super capita sua bestia habere describitur. Dicūtur autem noia ipsa: noia blasphemie: q: cum sibi super bi nomen faciūt: nomē regis humilis blasphematur: nimiꝝ: q: pro nihilo habetur humilis: vbi regnat superbus. Sequitur.

¶ Et vidi vnum de capitibus eius quasi occisum in morte: & plaga mortis eius curata est. Et admirata est vniuersa terra, post bestiam: & adorauerunt draconem qui dedit potestatē bestiæ: & adorauerunt bestiam, dicentes. Quis similis bestiæ: & quis poterit pugnare cum ea? Et datum est ei os loquens magna: & blasphemiam: & data est ei potestas, facere menses quadraginta duos: & aperuit os suum in blasphemiam ad deum blasphemare nomen eius, & taberbaculum eius: & eos qui in cælo habitant. Et datum est illi bellum facere cū sanctis, & vincet eos: & data est ei potestas ī oēm tribū, et populū, et linguā, & gentem. T.3.

¶ Si verba ista Joannis conferunt cum verbis Danielis: aperte datur intelligi: ꝙ totum hoc maluz quod factura est bestia: gens: scz: bestialis: ⁊ ab humanis visceribus aliena. Post curationem plage eius: ad tempus illud referendum est: in quo regnaturus est Rex ille vndecimus: qui putabit: ꝙ possit mutare tempora ⁊ leges: ⁊ tradentur in manu eius: in tempus Dan. ⁊ tempora ⁊ dimidiuz temporis. Sed melius hec ostendi queunt si verba ista Danielis subscribimus. Post ea siqdem: que

ipſe Daniel ſcripſerat de decem cornibus:
vidiſſe ſe ꝑhibet vnum cornu modicuꝫ exi
re de medio eoꝝ: euulſa vero eſſe tria cor/
nua a ꝯſpectu illius. De quo vꝫ cornu poſt
predicta: ſubiungit. Ecce oculi: quaſi oculi
hoīs erāt in cornu iſto: ⁊ os loquēs ingen
tia. Et poſt aliq̄. Accipiebam: ⁊ ecce cornu
illud faciebat bellum aduerſus ſanctos: ⁊
preualebat eis. Et rurſum de eo: angelus
qui interpretatus eſt viſionem. Decem cor
nua que vidiſti in beſtia: ipſius regni: de/
cem reges erūt. Et alius ꝯſurget poſt eos:
⁊ ipſe potētior erit prioribus: ⁊ tres reges
humiliabit: ⁊ ſermones ꝯtra excelſum lo/
quet: ⁊ ſanctos altiſſimi ꝯteret: ⁊ putabit
ꝙ poſſit mutare tpa: ⁊ leges: ⁊ tradent in
manu eius in tp̄s ⁊ tpa ⁊ dimidium tpis.
Et hoꝝ qdem in precedēti parte (hoc eſt)
ſub ſexto angelo tuba canente: pp ſanctos
qui occidēdi ſunt ab hac beſtia: memorati
ſumus: ſꝫ tū ⁊ nūc pro his que ſcripta ſunt
in hoc loco: repetenda fuere: quatenus ex
ore duorū teſtium vna veritas euceſcat.
Neqꝫ enim aliud eſt qd̄ dicit Joānes. Da/
tuꝫ eſt ei os loquēs magna ⁊ blaſphemiā:
q̄ꝫ qd̄ dicit Daniel de cornu illo (hoc eſt)
de rege illo qui regnaturus eſt ſup beſtia.
Et datum eſt ei os loquens ingentia. Nec
aliud qd̄ dicit Joānes. Datum eſt ei facere
mēſes quadraginta duos: q̄ꝫ qd̄ dicit Da/
niel. Putabit ꝙ poſſit mutare tpa ⁊ leges
⁊ tradent in manu eius in tp̄s ⁊ tpa ⁊ di/
midium tpis. Deniqꝫ ⁊ qd̄ dicit Joānes.
Et datum eſt illi bellum facere cū ſanctis:
⁊ vincet eos. Hocipſum exprimit Daniel
cum dicit. Et ecce cornu illud faciebat bel
luꝫ aduerſus ſanctos: ⁊ preualebat eis. Ex
cepto ꝙ Joānes hoc attribuit multitudi/
ni illi que vocat beſtia: Daniel regi illi ini/
quo: qui regnaturus eſt in ea: nimirum: qꝛ
vna erit ipſius: ⁊ exercitus eius voluntas:
vt nomē chriſtianoꝝ auferat de terra. Ue/
rum hoc in fine ipſius regni: qd̄ deſignat
in beſtia. Ceteꝝ: qd̄ dicit Joānes. Uidi vi
rum de capitibus beſtie: quaſi occiſum in
mortem: ⁊ plaga mortis eius curata eſt:
nō eſt dictum quin ⁊ alia capita nō viderit
occiſa: ſed qꝛ hoc ſolum vidit quaſi occi/
ſum in mortem: ⁊ poſt ꝑcuſſionem a plaga
mortis eius eſſe curatum. Uiuit enim be/
ſtia ipſa: quādiu viuit: vel vnum de capiti
bus eius. Et qꝛ oīa capita viſa ſunt mor/
tua: viſuꝫ eſt de beſtia: ꝙ penitus eſſet mor
tua. Uerumtamen non eſt ita: qꝛ aliud de/
mōſtrat in fine. Mortua ſunt enim re ve/
ra cetera: vnum vero nō fuit mortuum: ſꝫ
quaſi mortuum. Nam qs vnq̄ꝫ audiuit a
tpe illo quo in manu Romanoꝝ contriti
ſunt Judei pro legis ſue tuitione: eos ꝯtra
chriſtianos arma leuaſſe? Quis aliqd̄ paga
noꝝ regnum: ⁊ pro cultura ydoloruꝫ poſt
Juliani obitum aduerſus chriſtianos pu/
gnaſſe? Quis Gothos: ⁊ Uuandalos: ⁊
Lōgobardos ꝯuerſos tandem ad catholi/
cam fidem: ad rigorem antique ꝑfidie re/
meare ꝯſenſit? Sarracenoꝝ vero ex tot an
nis ſemel inchoata ꝑfidia: ꝑſeuerat in ma
lo: ⁊ vbiqꝫ chriſtianum nomen impugna/
re pro viribus: non deſiſtit. O quot millia
chriſtianoꝝ: in eoꝝ manibus data ſunt: ⁊
q̄ꝫ multos: ⁊ q̄ꝫ varijs tormentis cruciant
in odium crucifixi. Caput iſtud mori non
potuit vſqꝫ ad preſens: viuit vſqꝫ adhuc:
vt operetur adhuc mortem multoꝝ: vt ꝑfi
ciat dumad viuit opera Regis ſui. Sed
cur ſe illud Joānes quaſi mortuum vidiſ/ De turcbis plura.
ſe perhibuit? Forte futuꝝ eſt: vt apud il/
lud chriſtiani preualeant: predicando ma/
gis q̄ꝫ preliando: vſqꝫ pene ad defectum ⁊
interitionem ꝑducant: ⁊ iteruꝫ reſumptis
viribus ad priſtinam redeat feritatem. Sꝫ
completuꝫ nōdum eſt: breui ſpatio tempo
ris: vtrunqꝫ poterit conſumari. Sed non
deerit forſitan qui completum exiſtimet
materialibus armis: nequaq̄ꝫ exiſtimans
ꝯtemnenda: que ante annos aliquot in ec/
cleſia acciderūt. Anno etenim (vt fertur)
1015. incarnationis dn̄ice ſignum in ae/
re: ſatis apparuit admirādum: ſtellas. ſ. in/ Anno 1015.
numeras circumquaqꝫ diſcurrere: ⁊ velut Papa
in modum auium aereas ſemitas ꝑuaga/ Urba/
ri. Quo precedente ſigno: ad exhortatio/ nus.

nem Urbani pape:christiani vndiqz com
moti statuere ire vltra mare ad liberãduz
sepulchꝝ:qd̕ ⁊ factuz est. Tanta vero post
hoc data est audacia christianis:vt iam pe
ne paganoꝝ multitudinem credẽs annul
latam:⁊ veluti ad nihilum (Christo preua
lẽte) redactam. Ut enim multa in vnum
restringam: christianis qui vltramarinas
partes aggressi sunt:Sarraceni qui erant
in Egypto prestiterunt tributa:Constan-
tinopolitanis hi qui possidebant Asyam.
Affrica ⁊ que ꝓpe sunt ciuitates capte a re
ge Sicilie:christianos ceperãt habere colo
nos. Reges Hyspaniaꝝ: sepe de hostibus
triumphabant. Quis igitur tot victorijs
de gente illa indomabili:glorificatos cerne
ret christianos:⁊ nõ secure caput bestie ex
timaret defunctũz? At siqs sano capite cir
cunspicere sufficeret:videmus in hac die
quãtulecunqz pacis:gentes in circuitu no
stro intumescere quasi mare:⁊ caput quod
erat quasi mortuum:restitutum pristine so
spitati:vndiqz ad cedendas victimas:vn
diqz ad occidẽdum ⁊ deuorandum: para
tum factuꝝ qd̕ per eum dñs faciẽdum pre
sciuit. Si vero (vt supra diximus) comple
tum nõdum est:possibile est alio ordine si
ne mora:compleri. Spiritualis autem sen
sus huic opinioni magis assentire videt̃:
vz:ꝙ adhuc nõ sit completum: sed alio ⁊
solẽniori ordine sine mora complendum.
Qd̕ autem seqtur. Et admirata est vniuer
sa terra post bestiam. Lz in die suo complẽ
dum sit:iam tñ non desunt plurimi qui ad
mirent̃:⁊ quasi titubare incipiant: dicen-
tes. Qd̕ esse creditur:hoc iudicium:ꝙ tã
ta multitudo hoium aduersat̃ fidei: ⁊ ꝙ
ita preualere ꝑmittit̃ ꝯtra populum chri-
stianum? Putas tot millia hoium dãnan
di sunt quasi vnus hõ? Putas sine causa
ꝑmittit deus illos in tantam excrescere in
finitatem? Hec dicẽtes miseri: exciderunt
a fide:nescientes illud quod scriptum est.
Psal. Quam magnifica sunt opera tua dñe: ni
mis ꝓfunde facte sunt cogitationes tue.
Uir insipiens non cognoscet:⁊ stultus nõ
intelliget hec. Cum exorti fuerunt pecca-
tores sicut fenum: ⁊ apparuerunt oẽs qui
operant̃ iniqtatem:vt intereãt in seculuz
seculi:tu autem altissimus in eternum do
mine. Hoc re vera nesciunt stulti:qui ad-
mirant̃ post bestiam ⁊ deserũt fidem Chri
sti:inclinãtes se bestiali potestati:⁊ transe-
untes ad immunditiam eius:⁊ ipsius se ꝑ
fidie faciẽtes heredes. Uerꝫ hoc hactenus
⁊ ꝺm partem. Futuꝝ est autem ⁊ hoc in ꝑ
ximo:vt compleat̃ hocipsum ꝺm totum:
vt:vz:⁊ admiret̃ vniuersa terra post besti-
az:⁊ adorẽt:qui terrenis inhiãt desiderijs:
draconez qui dedit ptãtem bestie:⁊ adorẽt
bestiam dicẽtes. Quis similis bestie: ⁊ qs
poterit pugnare cum illa? Neqz enim ob
aliam causam arbitror:Joãnem loquẽtem
de decem cornibus:pretermisisse cornu il-
lud vndecimum:de quo tam terribilia lo   De vndecimo cornu.
quutus est Daniel:nisi vt patẽter daret in
telligi:qr non tam hõ erit:qui faciet tanta
illa mala:qz ipse per seipsum auctor malo-
rum: Draco.s.rufus:qui est Dyabolus ⁊
Sathanas: qui principaliter habitabit in
illo rege:quasi in ꝓprio templo: ⁊ ydolo
regni sui:quinimmo:vtens illo:quasi pro-
pria pharetra habitationis sue:vt loquẽs
per os eius ingentia:non sit qui possit sta-
re ante faciem suam. Et recte Daniel:pra-
uum hoiem: Joãnes autem Dyabolum   Dan.
introducit:ne aut aliquis putet ipsum re-
gem a seipso terribilia illa factuꝝ:⁊ nõ po-
tius per virtutem Dyaboli:qui erit in eo:
aut aliquis extimet ipsum Dyabolum in
sua natura visibiliter manifestãdum ⁊ ado
randum a filijs huius mundi:⁊ nõ potius
in illo iniquo rege:qui erit fictor veri:⁊ si
mulator iustitie. Ut autez ad expositionis
ordinez sermonis vnda recurrat. Admira
ta est (vt ait Joãnes) vniuersa terra post
bestiam:qr multitudo eoꝝ qui terrena sa-
piunt:⁊ terrena ꝯcupiscunt:acquiescet pre
ceptis ⁊ voluntati infidelium:relinquens
veram fidem que est in Christo Jesu:⁊ su-
scipiens pro lege dei traditiones hoium
impioꝝ. Et adorauerunt (ait) draconem:

qui dedit potestatem bestie: qr reuerebuntur regem illum qui erit vnus & maximus de septem capitibus draconis: & vnus. s. sextus de septem regibus qui scripti sunt: in sexta parte libri. Ille. s. qui dicitur. Cornu
11. cor. bestie: vndecimum in Daniele propheta. Et adorauerunt (inquit) bestiã dicentes. Quis similis bestie: & quis poterit pugnare cum ea? Inequales quiqz & qui inhabitant terram: in die illo terribili frangetur & dissoluentur a compage fidei: timore pcussi: nec videbitur illis posse sustinere flagella: qui positi in pace ecclesie: nequeunt
Ecclesia vel leuissimam ɔtumeliam pati. Dicent ergo. Quis similis bestie: & quis poterit pugnare cum illa? Prius desperabunt de victoria: qz pueniant ad bellum: & territi ad vocem bestie: pdent fidez: quam ficte & inaniter pacis tpe tenuerunt. Heu heu: quot esse arbitror natos in mũdo: q tãte huius calamitatis angustiam nõ euadẽt: & nunc abscondita sunt ab oculis eorum. Infelices matres que genuerunt tales: & vbera que lactauerunt: miseri parentes qui pro talibus thesaurizãt nescientes quid cogitet dominus sup diuites terre. Audite: audite obsecro omnes qui diligitis natos vestros: audite omnes qui paruulos delicate nutritis. Docete filios vestros habitare in siluis: viuere in deserto de radicibus herbarꝫ: delitias assuetas relinquere: & carnis epulas euitare: vt discant in montibus cõmorare cum feris donec pertranseat indignatio. Deniqz audite quid seqtur. Et datum est ei (hoc est) bestiali caterue: os loquens magna & blasphemiam: & data est ei potestas facere mẽses quadraginta duos: & aperuit os suum in blasphemiam ad deum: & blasphemare nomen eius: & tabernaculum eius & eos qui in celo habitant: & datum est illi facere bellum cum sanctis: & vincet eos. Quod Danieli dictum est de capite: hoc Ioãnes dicit de corpore: vt qd alter pretermisit: alter diceret: & vna ex vtroqz veritas redigatur in summam. Ille ait. In tempus & tpa & dimidium temporis (hoc est) in tribus annis & dimidio. Iste verbo dissimili: sed re eadem: datum est ei (inquit) facere menses quadraginta duos (hoc est) annos tres & dimidium. Qualiter autem anni isti: ad totius bestie vniuersitatem ptineant: in opere ɔcordie dictum est. Re vera tñ anni tres & dimidius: esse creduntur: quibus maxima hec tempestas deseuiet. Quam vo intollerabilis sit tribulatio ipsa: eoipso demõstratur: quo dicitur. Et aperuit os suum in blasphemiam ad deum: blasphemare nomen eius. s. Christũ: a quo dicimus christiani: & tabernaculum eius (hoc est) ecclesiam: & eos qui in celo habitãt: iustos. s. & sanctos: & qui seruãt vnitatem & fidem sancte vniuersalis ecclesie. Et datuz est illi facere bellum cum sanctis: & vincet illos: q: in astutia verboꝝ confutabit & deridebit sanaz & catholicam doctrinam sanctoꝝ: protestantibus oibus: ac dicentibus: falsam esse doctrinam seruoꝝ Christi: veram vero & catholicam bestialis potẽtie. Et ne qs in aliquo terre angulo putet hec oia esse complenda: quid protinus adiunxerit audiamus. Et data est ei potestas in omnem tribum: & populum: & linguam: & gentem. Sequitur.

¶ Et adorauerunt eam omnes qui habitant terram: quorum nõ sunt scripta nomina in libro vitæ agni: qui occisus est ab origine mundi. T. 4.

¶ Qd dicit: ab origine mundi: non ad occisionem agni referẽdum est: sed ad descriptionem nominum: qd sane intelligitur: si vsque ad occisus est: protenditur metrum: quatenus qui occisus est: referat ad agnũ: & conuersa oratione: intelligatur: quorum non sunt scripta nomina ab origine mundi: in libro vite agni qui occisus est. Sz terribile est valde quod sequitur.

¶ Siquis habet aures, audiat. T. 5.

Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadit: & qui in gladio occiderit, oportet eum cum gladio occidi.

¶ Uidetur istud quoqȝ ita positum esse: vt dicatur. Unusquisqȝ prout gesserit: ꝛ recipiet: sed non sequentia id velle videtur. Neqȝ enim sancti dei homicide esse credendi sunt: de quibus subsequenter adiungitur.

T.6. ¶ Hic est patientia & fides sanctorum.

¶ Restat ergo illud: qui: per: quem: accipere debeamus: vt ꝛ ꝙ illud quoqȝ intelligamus si possumus: qđ premissum est. Si qs hȝ aures audiat: aures dico cordis: non corporis: dies illos non esse misericordie: sed ire. Ubi si queritur. Cur ita deus sanctos suos trucidari ꝑmittet. Nihil est: qđ responderi queat: nisi qꝛ sic oportet. Uult etenim omnipotēs deus sic a paleis triticum discernere per trituram: ꝛ ꝓbare hominum nō verba: sed fidem. Sed in tanta hac necessitate: libet intercisa dicēdi materia ad eum qui nos redemit sanguine suo: voce miserabili exclamare. Miserere: miserere dñe Jesu: ora pro Petro tuo: vt non deficiat fides eius: quinimmo parce ꝛ adiuua: qꝛ deus es: vt possit stare fortis in prelio: ꝛ ex aduerso occurrere inimico. Cōforta ꝛ corrobora partem tuam: ꝛ adauge illi fidem ꝛ da victoriam: ne quādo dicant gētes: vbi est deus eoꝝ: ne quādo ꝑsequatur stipulam siccam: nec contra folium qđ vento rapit: ostendas potētiam tuam: qꝛ defe-
Job. cerunt sicut fumus dies nostri: ꝛ ossa no-
Psal. stra sicut cremium aruerūt. Defecit fides tua: īfirmata ē charitas: nō est iustus qsqȝ:
Psal. nō est regrens deū. Nō est princeps ꝛ dux ꝛ cohortator ad pugnaȝ: non est ꝯsolator ꝛ aiator ad prelium: non est qui precedat: ꝛ
Psal. exerceat ad bellum. Signa nostra nō vidimus: iam non est ꝓpheta. Ergo ne dñe sic opȝ: vt qui gladio morit: moriat? Memento qꝛ puluis sumus: tu ipse scis figmētum nostruȝ: si dignatus fueris: misericordie recordare. Nen tradas bestijs aias ꝯfitentes
tibi: ꝛ animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem: qꝛ venerunt filij vsqȝ ad partum: ꝛ non est virtus parturienti. Inundauerunt aque vsqȝ ad aiam: vorago inferi dilatauit os suū: rupti sunt fontes abys- Genes.
si magne: ꝛ aperte sunt cataracte celi: perijtqȝ a nobis fuga: ꝛ nō est qui reqrat ani- Psal.
mas nostras. O inaudita calamitas. Non satis est ꝙ abyssus suos preterijt limites: nisi etiam vnde lucem: inde etiam expectemus voraginem: ꝛ inde intollerabile malum: vnde oportuerat consolationem accipe. Iam quid per abyssum: nisi populus gentium: ꝛ quid per celum: nisi populus Christianus? Diluuium ergo veniens ex abysso: ipsa est persequutio gentium: diluuium de celo: falsorum vertigines prophetarum. Eodem modo ꝛ terra cum in respectu maris ponitur: populum significat christianum: de quo procedunt illi: de quibus dicit Joannes. Sicut audistis filioli: quia Antichristus venit: nunc Antichristi multi facti sunt: vnde scimus quia nouissima hora est. Et adiecit. Ex nobis prodierunt: sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis: permansissent vtiqȝ nobiscum. Non hec de gentibus dici possunt: neqȝ de populo infideli: sed de falsis prophetis qui exeunt ex ecclesia: que aliquando per celum: aliquando per terram designatur. Respectu etenim maris in celo designatur ecclesia (vt in loco illo supra memorato.) Rupti sunt omnes fontes Genes.
abyssi magne: ꝛ cataracte celi aperte sunt. Rumpuntur sane fontes abyssi magne: ꝛ ascendunt aque cum insolite inundationes gentium egrediuntur de populo infideli ad faciendam vindictam in plebe apostatrice: ꝛ vltionem in filijs sceleratis. Aperiunt cataracte celi: ꝛ aque que ruunt desuper admiscent eis que ascendunt de abysso: cum soluta compage ecclesie: egrediunt ex ea falsi ꝓphete: qui cōmixtē

⁊ coadunati gentibus: simul cum eis perse
quuntur ecclesiam. Sane respectu maris:
Genesis electoꝝ ecclesia designat in terra: vt illud:
Congregētur aque que sub celo sunt in lo
cum vnum: ⁊ appareat arrida. Sicut ergo
aliqñ in celo fidelis populus: in abysso in
fidelis designatus est: ita nonnunq̄ȝ in ter
ra: populus fidelis: sicut infidelis in mari:
nimiꝝ: q2 mare semp fluctuat: ⁊ transeun
ti per se: mortem potius ꝓmittit q̄ȝ vitam:
terra vero cum sit stabilis: profert herbam
virētem: ⁊ lignum pomiferꝝ iuxta genus
Genesis suum. Verūtamen vt in Genesi: referunt
aperte cataracte celi: ⁊ ex eis aque pestifere
descendisse sup terram: in typo pseudo ꝓ/
phetaꝝ: qui corruunt de sinu ecclesie: ita ⁊
hic post bestiam illam terribileȝ: que egres
sa est de mari: alia quoqȝ eo nequior dicta
est exire de terra bestialis. s. caterua pseudo
ꝓphetaꝝ egressura est de ecclesia: vt qūo
illuc a duabus partibus ꝯuenerunt aque
ad puniendos peccatores terre: ita hic ad
faciēdum illud idem exire a duabus parti
bus de mari. s. ⁊ de terra due immanissime
bestie ⁊ nimis terribiles referantur. Nam
sequitur.

T.7. ¶ Et vidi aliam bestiam ascen/
dētem de terra: & habebat duo
cornua similia agni.

¶ Aliam dicit ꝑꝑ eam quam supra dixe/
rat ascendisse de mari. Sicut autem in
Daniele: Hyrcus capraꝝ: regnum: non p/
Danie. sonam significat: ita ⁊ in hoc loco in bestia
que ascendit de terra: nequaq̄ȝ aliqua pso
na: sed secta: seu regnum aliquod designat.
Quod autem in hac bestia ascendente de
terra: secta pseudo prophetaꝝ: accipienda
sit: auctor ipse libri manifeste demonstrat:
qui hācipsam: pseudo ꝓphetam in sequen
tibus vocat. Cum ergo hoc manifestum
sit: miꝝ valde videt: qui erunt illi duo ne/
quam: qui in duobus cornibus similibus
agni accipiendi sunt: cum manifestum sit
ex q̄ȝpluribus scripturaꝝ locis: in corni/
bus alicuius bestie psonas hoium designa
ri. At multum interest: inter agni cornua:
⁊ aliaꝝ bestiaꝝ q̄bus cornua sunt: q2 nimi
rum quarundam bestiaꝝ: vel animalium
cornua acuta sunt ⁊ rigida ⁊ ad ꝑcutiēduȝ
parata: ouis v̄o cornua curua sunt: ⁊ nihil
in se terroris: nihil suspitionis habentia.
Agnus autem noster qui abstulit peccata
mundi: septem habere dr̄ cornua: q2 nimi
rum septem viri: per diuersa tēpora missi
sunt: de q̄bus in prima libri parte fecimus
mētionem: quoꝝ duo precipue mittendi
erant eius itinera preparare: Joānnes. s. ⁊
Helyas. Sed ⁊ duo cuȝ Christo visi sunt
simul in mōte (hoc est) Moyses ⁊ Hely/
as: ⁊ nunc duo expectant venire: Enoch:
vȝ: ⁊ Helyas. Quo circa aiaduertat subti/
liter: qui decipi: aut seduci formidat: ⁊ vn
diqȝ circūspectus: dextera sinistraqȝ discu/
tiat. Valde q̄deȝ emulator est: vt possit ali
qua opa que sint irrisibilia fingere auctor
doli: siue vt p ea decipiat incautos: siue vt
appareat filiis creatoris. Nam q2 dñs inue
nit sibi Dauid vt regnaret in Hierusaleȝ
ciuitatem quam elegit. Ipse inuenit: Na/
buchodonosor qui regnaret in Babylo/
ne: ⁊ esset psequutor Hierusaleȝ oibus die
bus vite sue. Q2 dñs per Christum suum
redemit genus humanum. Iste per Anti
xp̄m quem implebit mēdacio: siq̄dem vt Danie.
deus oipotens v̄itatis: ita ipse (vt ait dñs)
mendaciȷ́ p2 est: supra q̄ȝ credi pōt vniuer
sa vastabit. Attēdat ergo sibi vnusq̄sqȝ fide
lis: ⁊ sit semp sollicitus ⁊ circōspectus: ne
forte qui nouit preparatos fideles ad susce
ptionem Enoch ⁊ Helye: quos vēturos Enoch.
predixere doctores: falsum Enoch: ⁊ falsuȝ
Helyam: ipse inueniat ⁊ premittat: ⁊ ipsi
sunt duo cornua silia agni: magistri bestia/
lis caterue: de q̄bus dñs discipulos premo
nere dignatus est: dicēs. Attendite a falsis
ꝓphetis qui veniūt ad vos in vestimētis
ouium: intrinsecus aūt sunt lupi rapaces.
Porro hoc dico: nō vt certus sim: ȝ vt si/
mus in oibus circūspecti: ⁊ i nullo naufra
giū patiamur. Videt aūt q̄d dicim⁹ v̄isile:
⁊ iō sicut ratū facere auētate nō possumus:

ita nec destruere auctoritate valemus. De autem qd verisimile est: et certam auctoritatem non hz: restat vt suspectum maneat et sub cautela: donec rei exitu comprobetur. Est et aliud in hac parte: nõ minus q̃z hoc ipsum diligẽter cauendum: ne forte testes ipsi veraces qui venturi sunt: veniãt pro ut deus melius nouit: et arbitrẽtur eos hoies esse mendaces: eisq̃z qui mẽdaces sunt: prebeatur assensus. Nõ ergo q̃sq̃z leue sibi esti met in tante necessitatis articulo discernere inter verum et falsum: vz: inter Moysen et
Exodi. Aaron: et Jãnes et Mambres: ob nimiam similitudinem operum nephandorum (dicente dño) Surgent pseudo xpi: et pseudo prophete: et dabunt signa et pdigia ad seducendos (si fieri possit) etiam electos. Est aũt et aliud qd magis mouet. Certuz est plura iam venisse in lumine sub testõ nouo: que olim in tenebris palliata iacebant. Similiter et in futuro: multa erũt apta que hactenus et vsq̃z in finem: aut experte sunt cognita: aut oino nescita. Quis igit occulta dei ꝯsilia se ad plenum cognoscere glorietur? Quis vnq̃z iudeorum populum de aduentu Helye frustrãdum crederet: cum non ille Helyas qui putabatur: sed alius venerit? Si vero huic simile iam non erit: quis putas: nouit: quo ordine sint nuncij ipsi venturi? Esto q cras ad ianuam tuam veniat Enoch: et seipsum Enoch oino esse testet. Unde credemus? Si signa ostenderit: facient et heretici inaudita. Si religionez: et illi. Si verba subtilia: nihilominus et ipsi. Unde et hic subditur.

¶ Et loquebatur sicut draco.

¶ Nempe sicut draco loquet: q: draconis astutia supra modum repleta verba quasi spiritualia: et verisimilia: supra q̃z putatur
Exodi. effundet. Cõuertit siqdem Moyses (qui doctores veros significat) virgam in draconem (hoc est) litterarum que est quasi mortua: in viuẽtem spiritum: sed et pseudo prophete similiter faciẽt. Loquent enim et ipsi mystica: et que nihil minus apud impitos videantur habere: adeo vt etiam deserudi- Dañ.
tis ruant. Uerumtñ virga Moysi deuorauit virgas maleficorum: q: vz: vera Christi sapientia: quam in noie eius loquentur electi: ostendet esse falsam sapientiam istorum: sicut dicit apostolus. Queãdmodum Jamnes et Mambres restiterunt Moysi: ita et hi resistẽt veritati hoies corrupti mẽte: reprobi circa fidem: sed vltra non pficient. Insipiẽtia enim eorum manifesta erit oibus: sicut et illorum fuit. Erit ergo istud et multa alia signa: qbus dignosci poterunt. Sz beatus qui sibi modo cuz adhuc in nobis modicuz lumen est: studet opibus lucis: et animi puritate placare deum: vt non eum tenebre comprehẽdant: metuens q̃z nimis illam formidolosam sentẽtiam. Excecca cor Esaye.
populi huius: et aures eius aggraua: et oculos eius claude: ne forte videat oculis suis: et auribus suis audiat: et corde suo intelligat: et ꝯuertatur et sanem eum. Si enim pp peccata populi pmittet fieri ista iustus et pius deus: certumq̃z est multos esse decipiendos: cur non timeat hõ ne forte decipiat ab illis quos deus in ira sua multos decipere patietur? Quos enim nõ decipe- Exodi.
rent Jamnes et Mambres: similia Moysi et Aaron signa et pdigia suis incãtationibus faciẽtes? Sicut enim Jãnes et Mambres coraz Pharaone: et sicut Symon magus in ꝯspectu Neronis et exercitus eius: ita pseudo pphete coraz multitudine illa: (de qua supra loquuti sumus) faciẽt signa in ꝯspectu illius regis vndecimi in Daniele: et exercitus eius: quod manifeste aperitur: cum subditur.

¶ Et potestatem prioris bestiæ omnem, faciebat in conspectu eius. T.8.

¶ In ꝯspectu vtiq̃z bestie et regis eius faciet ista: sed aliqd est qd notari oporteat. Que enim nõ ait absolute: potestatem faciebat: sed dicẽs potestatem: addidit: prioris bestie: manifeste ostendit: q a bestia prima: signa facturaest. Sed qd per ambages

querimus: qđ aperte auctoritas docet? In sexto angelo effundētium septē phyalas: dicit Sanctus Joānes. Uidi de ore draconis: et de ore bestie: et de ore pseudo ꝓphete exire spiritus tres immundos: in modum ranaꝝ: sunt enim spiritus demonioꝝ faciētes signa: et ꝓcedent ad reges totius terre. Ecce manifeste hic dr: ꝙ et draco: et bestia: et pseudo propheta facturi sunt signa. Qđ si ita est: qd est ꝙ potestatē bestie: pseudo ꝓpheta: immo pseudo ꝓphetaꝝ caterua in ꝯspectu bestie: facere dr: nisi qꝛ q̄si officium eoꝝ erit predicare et signa facere: et fortassis altera maleficij arte: ita vt ipsa quoqꝫ bestia: vel admiret in his que isti facient: vel qđ magis creditur: qꝛ de sinu ecclesie egrediuntur: et linguam christianoꝝ norunt: et mores: gentilis illa ferocitas ad decipiendos fideles magis eos aptos et vtiles iudicabit. Utrunqꝫ etenim contingere poterit. Quantam vero vim accepturi sint ad facienda miracula: aperte manifestatur: cum subditur.

T.9. ¶ Et fecit terram & inhabitantes in ea adorare bestiam primá: cuius curata est plaga mortis: & fecit signa magna: ita ut etiam ignem faceret de cælo descendere in terram in conspectu hominum.

¶ Uerba ista et que sequunt: ex parte obscura sunt: qꝛ futura: ex parte apta. Dimittamus interim qđ obscuꝝ est: teneamus qđ pꝫ: donec rei euentus id qđ est obscuꝝ: aperiat. Ad qd enim curiosa sectari: cum iam immineat bellum: et cito sit qđ querit: tpa sua presentia dirimēdum? Sequētes ergo qđ ꝑspicabile est: ceteꝝ suo tpi relinq̄mus. Nero imperator paganus erat. Symō aūt Symon magus. Magus christianus fuerat: et q̄si vnus nō dico de paganis: sꝫ de magnis demonibus factus erat: habebat fidem odio quam reli querat: Petꝝ precipue qui dederat sentētiam ꝯtra se. Inuidebat christianis factus apostata: sed qꝛ per se obesse christianis nō poterat: ꝯtra christianoꝝ principes: iniq regis aium ꝯcitauit. Assumpsit ergo aduersus apostolos coram impatore ꝯflictum: desferēs eidem per oia: nō ꝙ impatorem diligeret ex affectu: sꝫ vt suam posset malitiam impatoris potestate munire. Scđm hoc: et pseudo ꝓphete facturi sunt. Frequens est istud et manifestum: habens tam de veteri q̄ꝫ de nouo: exemplum. Alchinus impius tpe Machabeoꝝ: vt vsurparet illicite sacerdotium: ad gētilem se ꝯtulit potestatē. Judei aduersus apostolos: sepe iudices romanos adibāt: Arriani aduersus ecclesiā: mundanos principes ꝯcitabant. Pathareni hereticoꝝ fex: mūdi potestatibus se tuentur. Cum ergo multiplicata malitia: noua Babylon in manu bestie: et regni eius ꝑcutiēda tradet: et gētilis potētia: peccatis exigētibus: roborabit: eo: vꝫ: tpe quo Rex ille vndecimus et vltimus in regno sarracenorum regnaturus est: vidētes pseudo ꝓphete (quos sibi in augumētum doloꝝ Dyabolus aggregare nō desinit) exercende ꝑfidie sue oportunitatem: adibunt gētes: et suscipiētes ab eis pactuꝫ pacis: ex deo esse potētiam illoꝝ et regnuꝫ ac si fidelium predicabunt: falsam vero esse religionem eoꝝ: qui adorant hoiem crucifixum. Nō solum autem: sed et legem bestialem a patre mēdacij eis traditam preferrēt: q̄si trinitas nihil sit. Et vt oēm populum christianum ꝯuocēt ad eam: signis se posse facere: a falsa religione ꝓmittēt. Quis autē scit qualis erit lex illa: quam dabit princeps ipsius bestie: de quo scriptum est in Daniele. Putabit ꝙ possit mutare tpa et leges: et tradetur in manu eius in tempos et tempora et dimidium temporis. Quecunqꝫ tamen erit execratio illa: hanc pseudo prophete tenendam esse docebunt: et vt eam tenere homines debeant: signis et prodigijs affirmabūt. Ceteꝝ si de his duabus bestijs agitur simul: videt ꝙ sicut prima bestia que

Pseudo. Mach. Pathareni. Babylon. Undecimus rex Sarracenorū. Dan.

egressa est de mari: omnino concordat cum sexta visione Danielis: in qua agitur de quattuor bestijs egressis de mari magno: ita hec secunda que ascendit de terra: cum septima visione ipsius: in qua agitur de Hyrco capra: excepto quod ibi in prima bestia ostenditur regnaturus rex vndecimus: qui putabit quod possit mutare tempora et leges. In secunda alius quidam de quo scriptum est. Quod supra quam credi potest: vniuersa vastabit. Hic nec in prima: nec in secunda alicuius specialis regis mentio facta est: nisi quod in hac quarta parte mentio solennis facta est de dracone habente cornua septem: que significant septem reges: et in sexta parte dictum est de duobus regibus vltimis: vnus est et vnus nondum venit: et cum venerit oportet illum breue tempus manere: vt intelligatur apte: ipsos esse duos reges qui scripti sunt in duobus visionibus Danielis prophete. Sed quare duos reges: cum Draco ipse sit vnus? nisi quia in typo vnius Christi venientis ad redemptionem generis humani: et venturi ad iudicium: due persone vngi consueuerunt in ecclesia dei: vna scilicet in regem: altera in pontificem: nimirum: quia pontifex ipse verius rex est: quoniam animarum: et vterque Christus dominus: quia deus et homo est: dici potest? Sic sic verisimile videtur: quod sicut bestia illa que ascendit de mari: habitura est quendam magnum regem de secta sua: qui sit similis Neronis: et quasi imperator totius orbis. Ita bestia que ascendet de terra: habitura sit quendam magnum prelatum: qui sit similis Symonis Magi: et quasi vniuersalis pontifex in toto orbe terrarum: et ipse sit ille Antichristus: de quo dicit Paulus quod extollitur et aduersatur supra omne quod dicitur deus: aut quod excolitur: ita vt in templo dei sedeat: ostendens se tanquam sit deus. Quo circa non immerito: vbi dictum est de eo in Daniele. Surget rex impudens facie: et intelliget propositiones: et roborabitur fortitudo eius (adiunctum est) sed non in viribus suis: quia videlicet: vt Symon Magus: non in viribus suis persequutus est apostolos: sed in viribus Neronis: ita et iste in viribus

Antipapa

illius Regis vndecimi: supra quam credi possit: vniuersa deuastet. Et fortassis non ipse: per seipsum ibit a principio ad Regem illum: sed mittet ad eum duos precipuos prophetas suos: qui faciant signa coram illo: et dicant se habere principem a quo et missi sunt. Nonnulli tamen doctorum illum regem vndecimum nominant Antichristum: sicut et illum qui vocatur: Gog: quod mihi tamen ideo verum videtur: quia vnus est draco: sed multa capita: et malitiam quam non complet in vno Antichristo: complebit in alio: et qui deterior eorum erit: ipse dicendus est maximus Antichristus. Et de hoc quidem sic. Quod autem dictum est de bestia ista que habebat duo cornua similia agni: fecit signa magna: ita vt ignem faceret de celo descendere in terram: in conspectu hominum: ita existimo dictum: vt quia ignis res viuida est: et lucens: et celum: sanctorum vitam designat: sic esse putentur verisimilia: vt in errorem inducantur: si fieri possit etiam electi. Quod si electi quoque titubabunt in ipsis. Et si iuxta quod scriptum est in Daniele. De eruditis ruent. Quid de infirma multitudine plebis arbitrandum est: qui nesciunt discernere inter verum et falsum? Vnde et mox subditur.

Multi antichristi.

Matt.

Dan.

¶ Et seducet habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ: dicens habitantibus in terra: vt faciant imaginem bestiæ, quæ habuit plagam gladii: & vixit. T.10

¶ Imago bestie que habuit plagam gladij et vixit: aliqua specialis traditio extimanda est: quam component pseudo prophete in memoriam ipsius bestie: dicentes hoc esse illud regnum quod mansurum est in eternum: vtpote quod veniens vsque ad casum: ad tantum culmen glorie venire meruit

post ruinam. De qua:vz:imagine terribile est valde quod subditur.

T.11 ¶ Et datum est illi: vt daret spiritum imagini bestiæ: & vt loquatur imago bestiæ.

¶ Imago bestie spiritum accipiet:cum eidem operationi dyabolice:ad facièda p eam signa:malignus spiritus presens erit. Loquetur autem cum signa ipsa fieri incipiet:et facta pueniet ad notitiaz multoꝝ. Magnaz vero potestatem:iusto:sed districto dei permittente iudicio:habitura secta ipsa demõstratur:cum subditur.

T.12 ¶ Et faciet: vt quicunq non adorauerit imaginem bestiæ:occidatur.

¶ Hoc est illud qd de cornu vndecimo dicitur in Daniele. Et sanctos altissimi cõ

Dañ. teret. Isti erunt accusatores:et illi interfectores. Isti ponent insidias: et illi capient predam. Sequitur.

T.13 ¶ Et facient omnes pusillos & magnos:diuites & pauperes: liberos & seruos:habere caracterem in dextera manu:aut in frontibus suis: & ne quis possit emere: aut vendere: nisi qui habet caracterem bestiæ: aut nomen: aut numerum nominis eius.

¶ Si bestia significat ipsam multitudinem psequutoꝝ:imago nephandissimam traditionem ipsius. Quid per caracterez: nisi aliqd scriptuz vel edictum preceptoꝝ ipsius:sicut et p nomẽ:gloria ipsius bestie: per numeꝝ autem nois criminum multitudo? Solẽt autem in psequutione:pusilli:ex infirmitate deficere:sed magni viriliter agere et strenue psistere in agone. Solẽt diuites mundi: voluptatibus parcere:sed paupes ad martyrium sese sponte offerre. Solẽt serui in seipsis ꝯditionez despicere: sed liberi ꝯsulere nobilitati sue: saltem ne claꝝ genus obfuscare infamia videantur. Huius vero tribulationis tanta erit afflictio:et qd grauius est signoꝝ deceptio: vt pene populoꝝ vniuersitas in errorem ducat:inde tormentis cõminãtibus penam: inde miraculis suadẽtibus sectam. In his itaq verbis nihil aliud designari existimo qz vt dãnãdoꝝ eorũdem multitudinez infinitam esse sciamus:ex oi ꝯditione:et etate:et qntitate tam maxima:vt nequaqz valeat extimari. Qui vero hãc imaginez adorare noluerit:occidet:fm qp supius dictuz est. Qui gladio occiderit: occidi eum gladio opz. Venditores vo predicatores sunt. Emptores qui audiunt et suscipiunt verbum. Illi enim pferunt vitam:isti impendunt opa bona. Illi exhibẽt verbum salutis:isti rependunt se et quecũqz habẽt. Qd tñ in diebus illis nõ erit licitum:qz nõ audebit aliqs predicare:aut audire predicantem:nisi puniẽdus et moriturus: illis tñ in hac parte potestate ꝯcessa:de qbus nulla sit suspitio:quin vere sint serui Bestie et discipuli Antichristi. Et qd erit signum? Habere caracterem in dextera manu: aut in frontibus suis:aut nomen bestie:aut numerum nominis eius. De quo numero mox subditur.

¶ Hic sapientia est:qui habet intellectum: computet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est:& numerus eius est:sexcenti sexaginta sex. T.14

¶ Humanus intellectus cupidus ad capienda que nescit: vnde accidat mox nescio:a gnita que cupierat:sine mora ꝯtemnit. Si enim totum simul scriptura sancta detegeret:apud improbos et supbos homines:pro sua patefactione vilesceret. Qui ergo cupit effici dignus puenire ad notitiã eoꝝ que noscit:studeat habere charꝝ qd nouit:vt vidẽs ille qui eum inuitauit deuotionem ipsius:dicat ei. Amice:ascẽde superius, Certe

eius. Certe qui hꝫ intellectum: computa/
re iubeť numeꝝ nominis bestie. Queris
hoc a me? Forte darem tibi qđ petis: si pre
sto esset nomen ipsum: cuius vim nois sci
re queris. Si autem nomen eius reuela/
tum non est: qs intellectus esse potest in
re cuius littera ignorať? Tale est enim ac
si quereret intellectus in visione futura: qđ
oino est absurdum: ⁊ non potius expectā
da narratio visionis: vt eam interpretetur
qui hꝫ intellectum: non ante tēpus: sed in
tpe suo. Expectanda est ergo vsqꝫ ad tem/
pus reuelatio huius nois: ⁊ tunc ei qui hꝫ
intellectum licebit numerum computare.
Opꝫ enim prius sciri: quō illi nomini cō/
gruat iste numerus fm litteram: vt nō fit
velut inanis spiritualis qui seqtur: intel/
lectus. Alioquin si preire cogimur: ⁊ qua/
litercūqꝫ vim numeri apire: scimus ꝙ se/
narius numerus tpalia comprehendit: ⁊
ea sola in qbus gaudent filij huius mun/
di: quoꝝ ꝯuersatio in terris est: dicentium
esse fatuos eos qui presentia despiciunt
pro futuris: ⁊ pro inuisibilibus visibilia sp
nunt. Et numerus (inquit) eius: qđ ex/
pressum est in noie ipsius: est sexcenti sexa
ginta sex. Quare hoc? Qꝛ numerus iste si
gnificat vniuersitatem tempoꝝ seculariuꝫ
(hoc est) ab Adam vsqꝫ ad finem huius Adam.
bestie: que erit in tpibus Antichristi. Ete/
nim sexcēti: significant sex etates mundi:
in quibus regnauit hec bestia in membris
suis a principio seculi. Sexaginta: signifi/
cāt: sex tpa huius sexte etatis: in qbus spe/
ciali quadam potestate accepta a dracone:
attrocius ꝑsequutus est ecclesiam dei. Sex
significāt tp̄s illius cornu vndecimi (hoc
est) menses quadraginta duos: sexies: vꝫ:
septem menses: sub quo supra modum: ⁊
supra q̄ꝫ dici possit: exardescet furor eius:
(haud dubium) succensus a dracone illo
antiquo: qui optime se nouit modicum tē
pus habere. Igiť ⁊ in sexcentis: compre/
hendiť totum qđ ptinet ad sex etates mū/
di: ⁊ in sexaginta: specificať illa pars que ꝑ
tinet ad sextam etatem: ⁊ in sex: sextum tē
pus huius sexte etatis: in quo cornu illud
vndecimum regnaturꝝ est (hoc est) tp̄s ⁊
tpa: ⁊ dimidium tpis. Qđ cum ita sit: qđ
est ꝙ non dať potestas vendendi: vel emē
di: nisi ei qui portat caracterem bestie in
dextera manu: vel in frōte sua: aut nomen:
aut numeꝝ nois eius: nisi qꝛ illi iudicabū/
tur digni ⁊ fideles: qui sola tpalia cōmen/
dantes: deridēt ⁊ subsannant illos qui pro
mittent eterna? Qui enim desperāt semet
ipsos: vt non videant lucem celi: quos pos
sunt diligere nisi hoies desperatos? In de/
xtera enim manu: vel in frōte: caracterem
bestie: vel nomen: vel numeꝝ nois: hi qui
ex parte eius sunt: portare videnť: qꝛ non
sufficit si hoc cum tristitia faciāt: aut ex ne
cessitate: nisi in hocipso ꝙ faciunt: hylares
se exhibeant ⁊ manifestos: dicentes clara
voce in synagogis suis. Si regnum istud
non esset ex deo: non posset facere quicq̄ꝫ.
Unde ⁊ qui resistunt ei: dei ordinationi re
sistunt. In dextera namqꝫ manu: vel in frō
te caracterem bestie: nomen: aut numeruꝫ
nois eius portare est: aut letam faciem ostē
dere in ope bestiali fm ꝙ ꝯtinebiť in litte
ris ipsius: aut hocipsum publice predica/
autem hoc: non aſſerendo: ſed opinando:
⁊ ſi non deſit foꝛſitan qui audeat affirma/
re. Ego autem pꝛopterea non affirmo: qꝛ
quando iſta fieri incipient: iam duo pꝛo/
phete interfecti erunt a beſtia. Et ſi ipſi
duo erunt (vt creditur) Enoch ⁊ He/
lyas: non poterunt iſta facere: niſi a moꝛ/
tuis reſuſcitati: niſi foꝛte ſm̃ illud Hiero/
nymi: non eos aliquis occidendos dicat
a beſtia: ſed aliquos alios. Ipſos autem
poſt ruinam Antichꝛiſti: ad hec omnia
conſumanda: ſine moꝛa venturos. Quia
tamen ⁊ iſto modo ⁊ alio cuncta pꝛo vel/
le dei poſſibilia ſunt: demus interim ⁊ in
hoc loco: opinioni locum: donec illuce/
ſcat dies ⁊ oꝛiatur lucifer in coꝛdibus no/

stris. Quocũqȝ autem modo fiăt ista: bene duo viri mittēdi sunt simul: si tñ re vera: viri sunt: vnus in spiritu mansuetudinis qui iubeat colligi messionem: alius in spiritu zeli qui precipiat ꝯcludi vindemiam: qꝛ ꝛ vsqȝ ad illum tpis articulum: erũt alii qui predestinati ad vitam: aliq̃ presciti ad mortem. Si enim soli electi hoies remansuri essent in mundo: nequaquaȝ de vindemijs terre: sed de solis messionibus ageretur. Sed qꝛ soli nõ erunt boni: erit cuȝ messione vindemia. Si auteȝ queris: q̃d significet messio: audi dñm in euangelio: dicentem. Messis autem: ꝯsumatio seculi. Nec diuersum hoc esse puteř: a verbo ipsius veritatis: dicentis. Nõ ne vos dicitis q̃ adhuc quatuor menses sunt: ꝛ messis venit: sed videte regiones: quia albe sunt iam ad messeȝ: qꝛ sicut tunc completis quadraginta generationibus ab Abraam: superuenit messio populi circuncisi: ita ꝛ nunc post q̃draginta generationes: erit messio eorum qui vocati sunt ꝛ vocabunť adhuc in fide: quoꝝ sera messio in ꝯsumatione seculi. De hac serotina messiõe ꝛ vindemia: q̃ vtraqȝ pertineat ad diem iudicij: Sanctus quoqȝ Johel ꝓpheta manifestat: cum dicit. Consurgãt ꝛ ascendant gentes in vallem Josaphat: qꝛ ibi sedebo vt iudicem oẽs gentes in circuitu. Mitte falces: qm̃ maturiuit messis: venite ꝛ descendite: qꝛ plenum est torcular: exhuberant torcularia: qꝛ multiplicata est malitia. Ecce quemadmodum ꝯueniunt sibi duo testes veritatis: ꝛ q̃ȝ cõsona voce iudiciuȝ extremum annunciãt. Vterqȝ enim messionem in bonam partem: vindemiam accepit in malam: quod vtiqȝ ex respectu ꝯtingere: manifestuȝ est: alioquin in botro: nõ malum: sed bonum intelligẽdum esset: qꝛ vinum sepenumero doctrinam significat spiritualem. Et notãdum q̃ predicatio vltima in falcibus: non in gladijs designata est: qꝛ falx quicq̃d accipit: ꝫ simul: ꝛ multa pariter comprehendit invnuȝ. In alijs namqȝ tpibus: securis iuxta arborem posita: iudiciuȝ multis iectibus cõminabať: ꝛ differebat: in illo autem nõ sic: sed seueritas iudicij cõminationem sequetur: ꝛ pene simul erit vtrũqȝ. Hoc est enim illud. In voce septimi angeli cum ceperit tuba canere: ꝯsumabitur mysterium dei. Messio ergo ista tam reprobi generis q̃ȝ electi: sub sexto angelo ꝯsumanda est: postq̃ȝ penitentie nõ est tempus: sed vnusquisqȝ prout gessit: recipiet statim: seu: vȝ: mercedem erroris impius: seu fructuȝ patientie pius: adierit enim dies dñi qui remunerabit vtrunqȝ. Si autem queritur: que sit merces malorum. Attẽde: sed expsuesce: quod sequitur.

Johel. | Pro sꝑ predicatio.

E. 12. ¶ Et misit falcem suam angelus in terram, & vindemiauit uineam terræ: & misit in lacum iræ dei magnum: & calcatus est lacus, extra ciuitatem: & exiuit sanguis de lacu, usqȝ ad frenos equorum, per stadia mille sexcenta.

¶ Lacus ire dei: locus est tormẽtoꝝ: siue locus extremi iudicij: q̃d vocať: vallis Josaphat: vbi omnes opȝ stare ante tribunal Christi: vt referat vnusq̃sqȝ ꝓut gessit siue bonum: siue malum. Et recte: extra ciuitatem: qꝛ exibunt angeli: ꝛ separabũt malos de medio iustoꝝ: ꝛ mittẽt eos in caminuȝ ignis: ibiqȝ erit fletus ꝛ stridor dentium. Sic ergo calcabiť lacus extra ciuitatem: extra societatem fidelium. Exiuit autem sanguis de lacu vsqȝ ad frenos equoꝝ: qꝛ q̃ȝ reproboꝝ prauitas intollerabilis fuerit: vniuersa electorum agmina: manifeste cognoscent. Hoc est enim illud. Nolite ante tempus iudicare donec veniat dñs: qui ꝛ illuminabit abscondita tenebraꝝ: ꝛ manifestabit consilia cordium. Quid est enim exire sanguinem vsqȝ ad frenos equorum: nisi intollerabilem apparere malitiam impioꝝ? Justus est namqȝ ꝛ misericors deus. Si non sustineret reprobos: simul cum reprobis: ꝛ Math.

probis: et electos damnaret. Oés enim pec/cauerũt. Sustinet ergo: et diu sustinet mali/tiã reprobor. Sed quousq;? Silui (inqt) semp silui. Usquequo silebo? Ut parturiẽs loquar. Quasi ergo vsq; ad frenos equo/rum sanguinem ascendere: est illuc vsq; properare malitiam: quousq; misericordie terminus expectandus non sit. In paruo deniq; flumine etiam: et asinus transit: in eo vero quod equorum tangit frenos: di/scrimen est non modicum trãseunti. Hoc intollerabile malum simulq; equitatem iu/dicij: et longanimitatem patientie sue: pa/triarche Abrae indicare dominus digna/tus est: dicens. Clamor Sodomorum et Gomorreorum multiplicatus est: et pecca/tum eorum aggrauatum est nimis. Descẽ/dam et videbo vtrum clamorem qui venit ad me: opere compleuerint: an nõ est ita: vt sciam. Quod ergo hic significat ascen/sus clamoris: hoc in Apocalypsi: exitus sanguinis vsq; ad frenos equorum. De/niq; et quod ait dominus. Descendam et videbo: vt sciam: tale est: ac si diceret: De/scendam ad iudicandum orbem: et dete/gendam malitiam impiorum: quorum cla/mor venit ad me: vt videntes et scientes faciam: q; pie illos vsq; modo: et longani/miter sustinuerim. Duo sunt autem: que excedunt modum: ita vt non debeant tol/lerari. Immensitas. s. et diuturnitas cul/pe. Horum alterum designatum est in al/titudine sanguinis ascendentis: vsq; ad frenos equorum: alterum in longitudine torrentis: qui processit vsq; ad stadia mil/le sexcenta. Et hec quidem iniquitas tam grauis: et tam immensa: in die illo iudican/te domino: et calcante in torculare: appare/bit manifesta: sed tamen nihil aliud osten/detur: q; quod in sex etatibus mundi pa/tientia diuina sustinuit. Tam diu enim su/stinet torrentem hunc malitie iustus iu/dex: quamdiu equi ipsius ferre equanimi/ter potuerunt. Quando autem videntur (non dico aselli) verumetiam et equi pe/reclitari in sanguine: nimirum: quia re/gnante Antichristo: et faciente signa et pro/digia: de eruditis ruẽt: et in errorẽ ducent (si fieri posset) etiã electi: qs vltra dicet: iu/stam esse patiẽtiam dei: et nõ potius clamã/dum esse ad dñm. Exurge dñe: non pfortet hõ: iudicent gentes in pspectu tuo? Erit aũt hoc in fine sex etatum mundi: que nõ incõuenienti mysterio: in mille sexcentis stadijs designant. Quinq; etenim etates de/signant in mille stadijs: pp plenitudinem tpum: in qua Xps venit in mundum. In sexcẽtis: sexta etas pp pfectionem senarij. Que: vz: senaria pfectio: in electis hõibus psumat. Et q: in tot seculor spatijs: non desinunt agere impij qd ceperunt: et illor malitia pseuerat inuicta: certum est q in eternũ vellẽt praue agere: si liceret: et vsq; ad infinitum tps psistere inuincibiles in sceleribus suis. Et ob hoc: ad iustum dei: pertinet: districtumq; iudicium: vt eo tpe quo elector inopie: etiam reprobor super bie imponat finis: quatenus et isti post pe/nam temporalem transeant in vitam eter/nam: et illi post inane gaudium in suppli/cium eternum.

Genes. — Dan. — Matt. — psalmis.

¶ Explicit quarta pars libri. Incipit quinta.

¶ Et vidi aliud signum in cæ/lo magnum & mirabile: ange/los septem: habentes septem pla/gas nouissimas: quoniam in illis consumata est ira dei. Ca. 15. Tex. 1



Omne qd constat ex partibus: mul/tiplex est: et sic in eo plerunq; alter pendet ex altero: vt altero destru/cto: manere in eo/dem statu alteruz non possit. Ita et nonnulle virtutes

sese adinuicem complectunē:vt si vna ea/
rum desijt alicui:altera in eo:integre ma/
nere nō possit. Lʒ eniʒ virtus sit per se pa
tiētia:virtus humilitas:virtus fides:vir/
tus spes:virtus charites:ꝛ si que similes:
non pōt tñ aliqs veraʒ ꝛ pfectam habere
fidem:si nō habeat:patientiam:humilita
tem:charitatem:ꝛ spem:aut veram chari/
tatem:si nō habeat patientiam:fidem:hu
militatem:ꝛ spem. Sciēs ergo ille qui no/
uit oia:q̄ʒ vanuʒ sit absqʒ istis virtutibus.
quecunqʒ bona opa possidere:q̄ʒ dignum
interiorem hoiem tam preclaris virtuti/
bus premuniri:sic in qnqʒ opibus suis spe
cialibus que opatus est in mundo ꝛ in ad
uētu spiritus sancti quem ad hoc misit de
celo:ꝯsumationeʒ exhibuit:vt per hoc qđ
ipse fecit:ostēderet:qd in nobis esset mora
liter:ꝛ in ecclesia typice:allegorice:facien/
dum. Queris:que sint ista? Tam pre mul/
tis alijs solēnia sunt:vt esse nequeat vir ca
tholicus:cui hec plene nota:ꝛ preciosa nō
sint. Primuʒ opus:natiuitas est:scđm pas
sio:tertium resurrectio:q̄rtum ascēsio:qn
tum aduētus spiritus sancti. Deniqʒ ꝛ in
q̄ʒtum potuit:seruata est in numero simi/
litudo:q̄tenuʒ ꝛ numerus mysterio:ꝛ my
sterium numero:ꝯueniret. Tertia deniqʒ
die resurrexit a mortuis:vt tertium esse
opus:resurrectio notaretē. Die quadragesi
mo ascēdit in celum:vt q̄rtum esse opus
intelligeretē ascēsio. Die qnquagesimo:pa/
scha:qui grece dī penthecostes:missus est
apostolis spiritus sanctus:vt ptineret ad
qntum opus:hec ipsa solēnitas mōstraretē.
Scđm ergo q̄ q̄tuor sunt aialia ꝛ vna se/
des:ita pars ista que qnta est:respectu qua
tuor precedētiuʒ generalis est. Sed ꝛ sicut
prima pars ascribitē primo aiali (hoc est)
leoni:q̄ꝛ đ Christo ꝛ pastoribus agitē in ea:
scđa vitulo:q̄ꝛ de martyribus:tertia hoi:
q̄ꝛ de doctoribus:quarta aqle volāti:q̄ꝛ de
virginibus ꝛ heremitis:ita qnta pars:de
qua modo agere cepimus:sedi oipotentis
dei ascribenda est:nimiꝝ:q̄ꝛ illos precipue
tāgere videtē:de qbus dī. Ecce q̄ʒ bonum

Psal.

ꝛ q̄ʒ iocundum habitare fratres in vnuʒ.
Erāt in ecclesia primitiua:pastores ꝛ euan
geliste:erāt doctores ꝛ virgines habētes
singuli specialia dona:quasi specialia mem
bra corporis Christi:nec tñ ad ipsos solos
puenit illud qđ effusum est vnguētum de
capite Christi:sʒ ad oēs illos de qbus dī.
Multitudinis autem credētium:erat cor Actuū.
vnum ꝛ aia vna. Illi siqdem ordines spe/
ciales sunt:iste generalis. Illi in q̄tuor tpi/
bus singuli per singula cum suis ꝯtrarijs
habuere ꝯflictum. Iste in qnto tēpore:qđ
suum est:generaliter agit. Et qdem:q̄ꝛ se/
ptez sunt angeli:qui de templo pcedunt:
effundi zelum dei sup impios per singula
septem tpum manifestum est:sed tñ q̄ꝛ in
qnta parte libri agitē de ordine isto:liquet
q̄ in quinto tpe id de quo agitē in hac par
te:generalius ꝯsumatē. Ita enim (vt sepe
diximus) ꝯsiderāda sunt specialia:vt tñ ad
intuitum generaliuʒ:impetus spiritus di
rigatē. Aliud est eniʒ qđ in singulis tpibus
accidit fm speciem:aliud qđ in certis agi
tur fm genus:sicut aliud est per singulas
ebdomadas quadragesime facere diebus
dñicis memoriam dñice resurrectionis:
aliud (ꝛ si non ad aliud) totam ebdoma/
daʒ pasche semel tm̄ in anno solēniter ob
seruare. Ut ergo q̄ꝛ locus exigit de eo qđ
generale est:sermo seqtur. Quare (nō ab/
surde:queritē in hac quinta parte libri po/
tius q̄ʒ in aliqua precedētium) phyale ira
cundie dei effunduntē sup terram:ꝛ quare
eedem phyale:nouissime dicte sint:aut q̄
re dictum sit q̄ in illis ꝯsumata sit ira dei?
Opʒ enim nos (sicut extimo) ad inuesti/
gāda hec oia:nō paucis sermonibus labo
rare:ꝛ vt alia ex alijs intelligi queant:di/
uersa testimonia scripturaꝝ diligenter in/
serere. Lʒ autem cōis sit quo ad votum:
intētio ꝛ voluntas sanctoꝝ:oēsqʒ vnani/
miter zelentur vbi zelādum est:ꝛ misereā
tur vbi misericordia exhibēda:non frustra
tñ:alijs plus zeli:alijs plus clementie da/
tur:q̄ꝛ non oia tpa zelo:nec oia clementie
apta sunt. Ceteruʒ q̄ꝛ ijs qui plus diligit:

plus zelat:qualiter ordini ꝯuentualium:spe
ciali quadem prerogatiua amoris : zelus
donatus sit:inquātum deus dederit:apire
conabimur . Quatuor supra scripti ordi/
nes:qui per quatuor specialia tpa cuz suis
aduersarijs habuere ꝯflictum : apostoloꝝ
martyrum:ꝯfessoꝝ:ꝛ virginum:qualiter
natiuitate dn̄ica:passione : resurrectione:
atqꝫ ascensione ꝑfecerunt:in quatuor pre/
scriptis partibus sufficienter ostēdimus.
Sane q̄ntus ordo : de quo nunc agimus:
ꝯgregatus in honorem sancti spiritus:il
lum se esse ꝯuersatione ostēdit:de quo di/
cit psalmista.Ecce q̄ȝ bonum ꝛ q̄ȝ iocun/
Psal. dum habitare fratres in vnum. Sicut vn
guētum in capite qđ descēdit in barbam:
barbam Aaron Querimus autem qđ si/
gnificet hoc vnguētum:siue illud quo vn
gebantur reges in populo israel:ꝛ inueni/
mus scriptuȝ in actibus apostoloꝝ vnxiſ
Actuuȝ se deum patrem:hoiem Christum Jesum
spiritu sancto:sicut ꝛ psalmista longe ante
Psal. predixerat.Unxit te deus:deus tuus:oleo
letitie pre ꝯsortibus tuis.Pertinere autez
ad hoc oleum zelum dei : mysterialis illa
vnctio Jheu:qua vnctus est ab vno filio
rum ꝓphetaꝝ:misso ab Helyseo:manife/
ste demonstrat:quādoquidem ad hoc vn
ctus est in regem sup israel:vt deleret do/
muȝ Achab:ꝛ occideret sacerdotes:ꝛ cul/
tores Baal.Igitur apte liquet:ꝑ ad spi/
ritum sanctum ꝛ ad eius effusionem pti/
net zelus dei:qui vocatur ꝛ ira (haud du/
bium) ꝓpter eos quos iuste pdit de ter/
ra.Sed illud multo amplius ingrendum
est:qua ratione iste zelus dei:qui pertinet
ad spiritum sanctuȝ:in plagis nouissimis
ꝯsumari credatur:ne quis amittens tem/
pus gratie:abutatur clemētia vsqꝫ ad infi
nitum.Neqꝫ enim vsqꝫ in eternum susti/
net iustus iudex peccata reproborum:aut
oē peccatum equo pondere mulctādum:
aut passim dimittēdum decreuit:sed sicut
scriptum est. Oē peccatum ꝛ blasphemia
remittet hoibus:spiritus autem blasphe/
mie:nec hic remittitur:nec in futuro. Et
rursum. Quicunqꝫ dixerit verbum ꝯtra
filium hois:remittet ei:qui autem in spi/
ritum sanctuȝ verbum dixerit:nec hic di
mittetur:neqꝫ in futuro. Quis est autem
iste filius hois : nisi ipse qui ꝛ filius dei?
Quare ergo venialius est peccare in filiuȝ
q̄ȝ in spiritum sanctum? Nunqđ:quod a
cor de fidelium (deus auertat) maior est fi
lio:a quo procedit ipse:qui procedit spiri
tus sanctus? Absit. Sed qꝛ dei filius incar
natus est solus:ꝛ duꝝ videbatur homini/
bus credere esse deuȝ:eum qui quasi vnus
ex mortalibus:passibilis esse videbat ho/
minibus:ad bonitateȝ eius ptinebat igno
scere eis qui non facile credebant verbis
eius:pro.s.ꝙ boni ꝛ mali:similiter plerūqꝫ
sua verba loquuntur. Quando autem vi
sis miraculis ꝛ virtutibus spiritus sancti:
eundem spiritum sanctum blasphemabāt
dicentes : in Belzebub principe Demo/
niorum:eijcit iste demonia:iam excusatio
nem non habuerunt de peccato suo:qꝛ vi
derunt (inquit) ꝛ oderunt ꝛ me ꝛ patreȝ
meum. Notandum vero:ꝙ sicut dicit:pa
ter omnia fecisse per verbum:ita ꝛ filius
in spiritu sancto:vt vna operatio trium:
ꝛ vna potentia esse credatur : quamuis
alius sit in persona pater:alius filius:alius
spiritus sanctus. Sȝ si ita est:quare signa
ꝛ miracula specialius ascribuntur spiritui
sancto : ita vt dicit scriptura. Uirtus exi/
bat de illo (hoc est) de filio:ꝛ sanabat om/
nes:nisi vt eo modo intelligeretur perso/
na spiritus sancti : in virtute miraculo/
rum : quo intelligitur persona filij poten/
tia verborum : ꝛ persona patris in fabrica
totius mundi? Hec enim tria sunt que fa/
ciunt hoies admirari. Eminētia operum
creatoꝝ:ꝑfunditas sapientie:ꝛ virtus mi/
raculorum.Que tria:ꝛ si cōia sint ipsis tri
bus ꝑsonis : qꝛ vna in his oibus operatio
triuȝ:ꝓprietate tn̄ mysterij : hoꝝ primum
ascribitur patri:scđm filio:tertiuȝ spiritui
sancto.Querunt autem filij hoium imita
ri hec tria:ꝛ ꝑpaucis datum est venire ad Tria mi randa.
imitationem scđi:ad tertij vero imitatio/

nem:paucissimis. Nam ópari aliqđ opus
bonum:multoꝝ est. Loqui sapientiam:ali
quoꝝ. Porro ostēdere signa ⁊ miracula:si
cut raris ꝯcedit:ita non credere ostēdenti
bus:sed ecōtrario irrogare blasphemiam
spiritui (qui est auctor) peccatum est ad
mortē:⁊ iniqtas magna. Et ideo qui hoc
faciunt:excusationem nō habent de pecca
to suo (haud dubiū) q2 odium est in cau
sa: qđ grauius est oī scelere: ⁊ oī peccato.
Unde ⁊ deus ipse Moysi loqtur:dicens.
Ego sum deus fortis:⁊ zelotes visitās ini
qtatem patrum in filijs:in tertiā:⁊ quar/
tam generationem:⁊ eoꝝ qui oderūt me:
⁊ faciēs misericordiam in millia his qui di
ligunt me:⁊ custodiunt precepta mea. Igi
tur de opante bonum in veritate:non cre
dere ꝙ bonum sit opus eius:peccatū est:
sed nō mortale: q2 multi sunt hypochrite
qui opant:non causa dei: sed causa glorie
tpalis:de qbus ⁊ dī. Amen dico vobis re/
ceperunt mercedem suā. Eodem modo de
loquēte sapiētiam in veritate:nō credere
ꝙ vera sint verba eius:peccatū est oīno:
q2 saluator dicit doctoribus. Qui vos au/
dit:me audit:⁊ qui vos spernit:me spnit.
Siqdem ⁊ Regina Austri laudat a dn̄o:
q2 venit a finibus terre audire sapientiam
Salomonis. Ueꝝ q2 nōnulli sunt steriles
sapiētes:de qbus veritas dicit. Dicūt enī
⁊ non faciunt:immo q2 multi sunt qui ha
bēt verba verisimilia:⁊ tn̄ mendacijs ⁊ fal
lacijs plena sunt:habent ⁊ sup hoc qui au/
diunt:⁊ nō credunt:aliquā excusationem
de peccato suo:maxime pp illud qđ Joan
nes ait. Nolite credere oī spiritui:sed ꝓba
te spiritus:si ex deo sunt. Sane ostēdenti si
gna:que alijs nō ostēdit:non credere:sed
blasphemiam irrogare:peccatum est in spi
ritum sanctum:qđ non remittit in hoc se
culo:neq3 in futuro:q2 sine dubio talis ce/
citas:de odij liuore ꝓcedit:qđ nisi recedat
a corde hoīs:non pmittit eum pcipere ve
ritatem. Qđ si opponat de falsis ꝓphetis.
Scriptum est. A fructibus eoꝝ cognosce/
tis eos. Sed adhuc querēdum est diligen
tius. Cur qui dicit verbū ꝯtra filium ho/
minis:remittit ei:qui autem dicit ꝯtra spi
ritum sanctum nō remittit ei:neq3 in hoc
seculo:neq3 in futuro:maxime vt intelliga
tur:cur in hac quinta parte agat de effusi
ne iracundie dei: ⁊ de plagis nouissimis:
potius q̄3 in aliqua precedētium:⁊ cur ma
gis in illis q̄3 in alijs: ꝯsumata sit ira dei.
Quattuor opa Christi superius memorata:
iudicant qdem peccatores:⁊ vehementer
accusant:nec tn̄ in illis ꝯsumata est ira dei:
qm̄ adhuc supest:remedium in dono spi/
ritus sancti:ꝙ sicut eum qui ꝯuertitur:sal
uum facit a peccatis suis:ita ab electoꝝ ce
tibus:non ꝯuersos excludit. Qn̄ enim dei
filius factus est hō:exemplū exhibuit hu
militatis. Qn̄ factus est vitulus in ara cru
cis:exemplum prebuit patiētie. Qn̄ resur
rexit a mortuis:fidei fortitudine firmauit
corda credentium. Qn̄ ascēdit in altum:
spei alacritatem sublimauit in celum. Qn̄
in specie ignis misit spiritum sanctum:ad
diligendum se corda fidelium inflāmauit.
In quinto itaq3 loco dat pfectio sanctita/
tis electis:sicut ecōtrario ꝯsumatio iniqta
tis iniqs. Sicut enim humilitatem sequi/
tur patiētia:patientiam fortitudo fidei:for
titudinem fidei:spes:spem vero amor dei
qui est ignis diuinus. Ita supbiam cordis
comitat impatientia:impatiētiam infirmi
tas fidei:infirmitatem fidei desperatio:despe
rationem vero odium:qđ est peccatum ad
mortem:q2 qui deum odit:aut ꝓximum:
mortuus est:⁊ adhuc viuens in carne:in
inferno sepultus. Audiunt hoc multi: ⁊
admirātur:cur hoc de noxa odij speciali/
ter dictum sit: arbitrantes multa esse alia
grauiora peccata. Nunc igitur audiat ve/
ritatem:qui vult esse discipulus veritatis.
Dictum est ꝙ qui peccat in spiritum san/
ctum:nō remittitur ei:neq3 in hoc seculo:
neq3 in futuro. Quare hoc? Q2 ijsdem spi
ritus sanctus: amor est dei: ⁊ qui non h3
amorem:spiritum sanctum habere nō po
test:q2 amor:amorem querit: ⁊ charitas:
charitatem. Qui autē spiritum sanctum

non habet:non hz vitam in se manẽtem: qz sicut non rem similem : sed dissimilem dico:anima hominis:vita corporis est:ita vita anime:gratia spiritus sancti. Unde ⁊ per apostolum dicitur. Factus est primus Adam in animam viuentem. Secundus autem in spiritum viuificãtem. Qđ si spiritus est qui viuificat animam:⁊ ipse spiritus amor est:cum esse amor nõ possit:vbi odiuz est:quomodo anima illa viuere potest:que viuificãtem spiritum dei : qui est amor:in seipsa non hz? Igitur odium corde radicatum:peccatum est ad mortem:⁊ peccatum nihilominus ꝯtra spiritum sanctum. Nam spiritus sanctus amor est : qđ est peccatum amori ꝯtrarium:nisi odiuz? Dicit autem Joãnes. Filioli:hoc mando vobis vt nõ peccetis:sed ⁊ si peccaueritis: aduocatuz habemus apud patrem Jesuz Christum iustum : ⁊ ipse est ꝓpitiatio pro peccatis nostris. Sed est (inquit) peccatum ad mortem:pro quo non dico vobis: vt quis oret. Hoc vtiqz peccatum odium esse:ex eadem epistola manifeste apparet. Unde ⁊ Caym in exemplum accipit:qui stimulatus liuore odij: ꝓprium iugulauit germanum. Nec mirũ si crimen odij tanta plectitur pena. Si enim ꝯsumatio legis charitas est:qđ esse potest odium nisi ꝯsumatio peccatorũ? Sed non est ita intelligẽdum:quasi non sit orandum pro odientibus:cum Christus dicat. Orate pro inimicis vestris:sed non ita est orãdum pro eo: sicut pro quolibet alio vitio:vtpote ꝑ passione ire:aut gule:ꝯcupiscentia oculorũ : ⁊ his similibus:que ⁊ si quottidie ab inimicis agantur:facile tñ oratione relaxari creduntur. Nonnunqz enim hoies venundati sub peccato:ad hoc ex lege carnis trahũtur:etiam ⁊ inuiti. Non tñqz orandum est pro odio:sicut pro alia passione:qz siue volens quis odiat:siue nolens:qđ aliquando accidere ꝯsueuit ex culpa precedẽtium delictorũ:quãdiu tamen odit:manet in morte:⁊ nisi desinat odire:vitam penitus habere non potest. Unde ⁊ saluator ait. Si offers munus tuum ante altare:⁊ ibi recordatus fueris qz frater tuus habet aliquid aduersum te. Relinque ibi munus tuum ante altare:⁊ vade prius reconciliari fratri tuo : ⁊ tunc veniens offer munus tuum. Si autem (teste veritate) oblatio non suscipitur pro discordia : restat vt peccatum odij:quod est radix discordie : deterius sit omni peccato : ⁊ in eo sit consumatio iracundie dei. Nec mirum si peccatum odij tam sit execrabile apud deum:quandoquidem ⁊ apud homines nihil eo scelestius: nihil odibilius sit. Quãtumqz etenim sit tibi frater improbus ⁊ molestus : dumtamen de illius dilectione nõ dubitas:equanimiter eum sustines : equanimiter portas. Si vero te ab illo odio scis haberi: vix pateris:⁊ quantiscunqz blandiatur obsequijs:quasi quedam stercora blandimenta ipsa ꝯtemnis. Oramus ergo pro odientibus:⁊ calumniantibus nos: vt deus qui omnia potest:visitando corda eorum:a cathena impietatis eripiat ⁊ reuocet ad iter charitatis ⁊ pacis. Non autem oramus: vt manentes in odio salui fiant:quia scriptum est. Omnis qui odit fratrem suum homicida est:⁊ omnis homicida non habet hereditatem in regno Christi ⁊ dei. Et notandum ꝙ si aliquis odit p̄ximum suum quasi inimicum dei putans eum hereticum:aut scismaticum:ſm ꝙ Paulus odiebat Christum ⁊ discipulos eius:emulator existens paternarum suarum traditionum:non peccat peccatum illud : pro quo non est orandum:quia ignorantia excusat illum:sicut ⁊ Paulus ipse dicit. Misericordiam consequutus sum:quia ignorans feci. Unde ⁊ saluator positus in cruce ait : de quibusdam. Pater ignosce eis: quia nesciunt quid faciunt. Et hoc quidem de illis qui putantes bonum malum emulantes persequuntur bonos : habentes zelum dei : sed non ſm scientiam. Ceterum qui scienter odit deum ⁊ membra eius : ipse est qui peccat peccatum illud: quod est in spiritum sanctum : quod non

remittitur in hoc seculo: neqꝫ in futuro
(dicente domino.) Uiderunt ⁊ oderunt
me ⁊ patrem meum: iam excusationem
non habent de peccato suo. Unde ⁊ in do
minica passione: dicit euangelista. Sciebat
Pylatus ꝙ ꝓpter inuidiam tradidissent
eum. Igitur peccatum odij (quod alio no
mine vocatur iniquitas) ipsum est pecca/
tum in spiritum sanctum: ⁊ peccatum ad
mortem: de quo dicit Joannes. Est pecca
tum ad mortem: non pro illo dico: vt ro/
get quis: ⁊ quasi quereretur: quod esset il/
lud peccatum: adiecit ⁊ ait. Omnis ini/
quitas peccatuꝫ est. ⁊ est peccatum ad mor
tem. Ecce aperte dicitur hic iniquitatem
peccatum esse ad mortem. Quod si ita est:
quod est ꝙ superius dixerat. Omnis qui
facit peccatum: ⁊ iniquitatem facit: ⁊ pec/
catum iniquitas est? Et rursum. Omnis
qui in eo manet: non peccat: ⁊ omnis qui
peccat non vidit eum. Et item. Omnis
qui natus est ex deo: peccatum non facit:
nisi vt intelligamus de illo peccato quod
ipse iniquitateꝫ cognominatur? Alioquin
quomodo stabit illud quod superius dixe
rat. Si dixerimus quia peccatum non ha-
bemus: ipsinos seducimus: ⁊ veritas in
nobis non est: ⁊ si dixerimus quia non pec
cauimus: mendacem facimus eum: ⁊ ver/
bum eius non est in nobis? Quis igitur
intelligeret verba ista: nisi ipse qui ligauit:
dissereret? Si enim qui peccat ex deo non
est: quomodo si dixerimus: quia peccatum
non habemus: ipsinos seducimus ⁊ veri
tas in nobis non est: nisi vt intelligamus
illud quod ipse in fine intelligendum do/
cuit. Qui scit fratrem suum peccare pecca
tum non ad mortem: petat ⁊ dabitur ei vi
ta peccandi non ad mortem? Quid vero
est quod adiungit. Est peccatum ad mor/
tem: non pro illo dico: vt roget quis: nisi
vt de illo intelligamus peccato: quod ipse
protinus subiungens exponit dicẽs. Om
nis iniquitas peccatum est: ⁊ est peccatum
ad mortem? Restat ergo querere. Utrum
odium sit peccatum iniquitatis: pro quo
dicit non orandum: quum nulli confiten/
ti ⁊ penitenti indulgentia neganda sit: eti/
am in extremo articulo? Uideamus ergo
vtrum in his que supra scripta sunt: ipse se
metipsum exponat: ⁊ quid nobis voluit
intimare: aperiat. Si ꝯfiteamur (inquit)
peccata nostra: fidelis ⁊ iustus est: vt re/
mittat nobis peccata nostra: ⁊ emũdet nos
ab omni iniquitate. Et adiecit. Si dixeri/
mus: quia non peccauimus: mendacem fa
cimus eum: ⁊ verbum eius non est in no/
bis. Quod si iniqtas peccatum est ad mor
tem: pro quo nemo orare permittitur: qđ
est qđ dicit. Si ꝯfiteamur peccata nostra: fi
delis ⁊ iustus est: vt remittat nobis pecca
ta nostra: ⁊ emundet nos ab omni iniqui/
tate: nisi qꝛ hocipsum est peccatum iniqui
tatis: nolle dimittere ⁊ confiteri peccata?
Quis est autem qui peccato carere non
vult: nisi ille qui desperatus est: ⁊ quasi ani
mal brutum: promptus est ad omnem ini
quitatem? Unde ⁊ de hoc peccato per psal
mistam dicitur. Dixit iniustus vt delin/
quat in semetipso. In seipso delinquit: qui
seipsum desperando occidit. Et hoc qua/
re? Qꝛ dolose (inquit) egit: vt inueniatur
iniquitas eius ad odium. Et quid ibi seq
tur? Uerba oris eius iniquitas ⁊ dolus: no
luit intelligere vt bene ageret: iniqtatem
meditatus est in cubili suo: astitit omni vie
non bone: malitiam autem nõ odiuit. Ec
ce (hoc est) iniqtas. Si dicis in corde tuo:
multa mala feci: multas iniqtates commi
si: nõ est vnde primo peniteaꝫ frustra: cum
non sit spes: qua possim reconciliari deo:
⁊ si recedam procul a timore dei: ⁊ faciam
quicqđ mihi occurrerit faciẽdum: gaude
bo dumad vixero cruciandus in fine: quin
immo non cruciabor: falsa sunt enim oia
que dicunt: nulla erit vita: ꝯsumata hac vi
ta. Hanc iniqtatem meditatus est iniustus
in cubili suo. Non igit sic est orandum pro
eo vt dimittantur eius peccata: quõ illius
qui ꝯfitetur ⁊ penitet: qꝛ nisi ex corde peni
teat: indulgentiam promereri non potest.
Hãc solum pro illo orationem facere: ⁊ pos

Oratio pro desperatis

sumus & debemus: vt deus (cui nihil est
impossibile) auferat duritiaꝫ cordis eius:
& eum si sibi plꝫ ad ꝯfessionem & satisfactio
nem ꝑducat. Pro eo autēꝫ qui confitetur:
lꝫ omnibus christianis preces effundere
apud misericordem deum: vt ei remittat
dn̄s benignitate sua: qđ pro sua infirmita
te: exsoluere pro velle non potest. Sicut
enim qui odit: indulgentiam ꝯsequi non
meref: ita qui diligit: securus est: fiduciam
sibi dāte veritate ipsa: que de peccatrice fe
mina diligente se dicit. Dimissa sunt ei pec
cata multa: qm̄ dilexit multum. Lꝫ ergo
de omni peccato: timendum sit: magnam
tn̄ fiduciam non habentibus voluntatem
peccandi: Joānes iste prestat: cum dicit. Fi
lioli hec scribo vobis vt non peccetis: sed
& siquis peccauerit: aduocatum habemus
apud patrem Jesum Christum iustum: &
ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Et
illud qđ iam supra meminimus. Qui scit
fratrem suum peccatum peccasse: non ad
mortem petat: & dabitur ei vita: peccanti
non ad mortem. Illud vero peccatum qđ
proprie vocatur iniquitas: ac si vorax Ca

Caribdis.

ribdis: que hominem pertrahit in profun
dum: metuendum est: q: quo semel inuol
uit: suffocat: & occidit. Pro huius metu
voraginis: multa dissimulant prelati eccle
siarum: & errata ꝙꝫ plurima sustinent sub
ditorum. Sustinent infantiam: patiuntur
adolescentiam: tollerant iuuentutem. Sed
& cum fructum non inueniunt: nisi ma
lum: iure iam indignari incipiunt: attamē
cum interna clementia: & modestia qua
dam. Si vero nec sic conuertuntur ad pe
nitentie fructum: sed quod bis deterius
est: alios quoqꝫ ad malum concitant: & ꝓ
uocant ad peccandum: quid restat nisi sen
tētia illa: quam imposuit cultor vinee: qui
pro ficulnea exorauit? Siquidem (inquit)
fructum fecerit: sin autem in futuro succi
des illam. Plerunqꝫ tamen in vna quali
bet etate: velut quoddam semen herbaruꝫ
citius currit hō ad malitie culmen: etiam
in minori etate: q: nimirum: vt puerorum
aliq: diuina inspiratione compūcti: semet
ipsos transcēdant: & infra annos puberes:
canos perfectionis producunt: ita nōnul
li dyabolico inflati spiritu: nihil obmittūt
prauitatis cōmittere in etate puerili: adeo
vt multos senes astutia iniquitatis exsupe
rent. Siue ergo illos qui quasi gradatim:
& per tempora ad peiora facinora dilabun
tur: siue eos qui scelerius fructum iniqui
tatis producunt: sustinere amplius non
oportet ecclesiam: q: & si eis esset deferen
dum pro tempore: ne forte eos visitet dn̄s
& eripiat a vinculo Sathane: quo captiui
tenentur: ne tamen videantur consentire
qui presunt: si enormia ꝙꝫ misericorditer
sustinent: bonum est magis: vt vnus pe
reat: ꝙꝫ multi periclitentur in vno: preser
tim: cum de eis: salus dubia sit: detrimen
ta vero per eum manifesta non pauca.
Quis enim quot virgines per vnum pra
uum hominem: quem ecclesia patitur vt
conuertatur: violentur: ignoret? Ergo
ne iustum est: vt dum vnum ferire: ne
moriatur: metuit: multos innocentio
res: ad mortem protrahi patiatur? De
bemus ergo ad tempus saluti peccatoris
clementer: ac benigne: consulere: in spi
ritu mansuetudinis: errantem sepenu
mero exhortari: quamdiu eius (vt iam
dixi) miseriam: sine multorum detrimen
to tollerare valemus. Quod si nihil pro
ficimus; oportet eum tandem assumpto
zelo: velut in quarto anno corripere: si
forte exasperatus redeat ad cor: & a pra
uis operibus resipiscat: in quinto vero
si non corrigitur: vti ferro incisionis.
Sed quare istud? Quia non potest ho
mo diu manere in eodem statu: sed
aut a bono pergit in melius: aut a ma
lo cadit in peius. Sicut enim boni in
melius: ita mali proficiunt in peius.
Isti namqꝫ fidei sue addunt patienti
am: patientie humilitatem: humilitati
spem: spei vero charitatem. Illi in
credulitati sue: apponunt impatienti
am: impatientie superbiam: superbie de

speratione m : desperationi odium. Sicq3
fit: vt quomodo electi in quinto loco acci
piunt ignem diuinum : donum .s. spiritus
sancti : ita reprobi velut in quinta aposta
sia : incidant in odium : quod est contra
rium charitati : et ob hoc supra modum
mortaliter peccant : quia in spiritum san
ctum : et incidunt in crimen illud pessi
mum: quod non remittitur hominibus:
neq3 in hoc seculo: neq3 in futuro. Et scie
dum q vsq3 ad tertium precipitium susti
net dominus peccatorem: parcens et mise
rans delinquenti. In quarto terribiliter
minatur: non conuerso in tribus: in quin
to vero non remittit : nec in hoc seculo:
nec in futuro. Hinc est enim q per pphe
tam dicitur. Hec dicit dominus. Super
tribus sceleribus populi: et super quartum:
non conuertam eum. Qui enim in tertio
non conuertitur: super quartum se domi
nus non conuertere dicit. Quia qui pec
cato infidelitatis addit impatientiam: im
patientie superbiam : et non conuertitur:
iam super quarto tollitur spes vt conuer
ti possit : quia desperatio que succedit in
quarto loco : vicina est peccato : qd est ad
mortem : et tanto difficilius ad vitam re
meat: quanto a calore fidei desperando re
cedit. Et tamen si adhuc potest : conuer
tatur et viuat: ne forte qui quatriduanum
excitauit a mortuis : et qui minatus est fi
culnee: flexus est ad precem cultoris : mi
sereatur etiam nunc: cum se non misereri
iam dicit. Sed de tribus sceleribus videa
mus: cur et ab ipsis non tollitur spes : aut
Ioānis cur magis a quarto q a tribus tollatur.
Prius tamen oportet breuiter dicere: q si
cut in ordine quatuor animalium: aliquā
do prescribitur homo: vtpote in Ezechie
le propheta : aliquando leo : sicuti in hoc
libro: ita aliquando incipimus ab humili
tate: que pertinet ad hominem : siue a su
perbia que est contraria eius: aliquando a
fide vel infidelitate. Etenim et fides sm
aliquid : et sm aliquid humilitas prima
est. Quocirca si aliquando a fide: aliquan
do incipimus ab humilitate: non est incu
rie: sed auctoritatis. Utrunq3 enim licet: et
ideo vtrunq3 tenemus. Ut autem quod
querebatur : accedat primam perditionis
causam: peccatum esse superbie: omnibus
catholicis notum est. Hac vnigenitus dei
filius volens in prima fronte perimere:
venturus ad redimendum mundum: nō
in sua maiestate venire voluit: et virtutem
ostendere potestatis: sed qui erat deus fa
ctus est homo : qui erat magnus factus
est paruus : qui diues erat factus est pau
per: et qui dominus: seruus: vt sm nomen
eius et gloriam : sic esset laus eius in fines
terre: vt bonum humilitatis: quod super
be contempserant creature : q sit precio
sum et deo dignum : operando potius q
loquendo monstraret. Quicunq3 ergo
post hoc superbire non metuit: magnum
valde crimen committit : peccans vtriq3
in ipsum Christum : qui paruus et humi
lis factus est. Ut enim perstringamus pau
ca de multis : qui sciens paupertatem re
gis sui: erubescit egere : nonne Christum Peccatum in Christū
offendit: positum in presepio? Qui erube
scit ascendere mite animal Christi : et spu
mantis sibi equi arrogantiam querit: non
ne regem suum offendit: quem sedisse su
per asinum reminiscitur? Qui ministra
re dedignatur equalibus : nonne domi
num suum offendit : lauantem pedes di
scipulorum suorum? Qui ergo post Chri
sti humilitatem superbire non confundi
tur in ecclesia dei : et contra preceptum ei
us contumaciter pergit: quasi vnum sce
lus dignum damnatione committit. Or
vero que hominibus impossibilia sunt:
deo non esse impossibilia (teste ipsa veri
tate) didicimus: qui amore glorie tempo
ralis conuerti refugit : tangitur plerunq3
a domino: in eo quod magis amat: vt dū
quasi cathena ferri : qua erat obligatus:
rumpitur: saltem vel percussus : conuer
tatur ad deum. Sed ecce secundus hostis
velut e latere consurgens : querit subuer
tere opus dei: et apponere iniquitatem su

per iniquitatem. Incipit enim homo sti/
mulatus a Dyabolo: murmurare in fla/
gellis: ⁊ erumpere in voce contra domi/
num: nesciens: aut paruipendens pensare
sm opus Christi: quod sustinuit propter
nos: qui peccatum non fecit: nec dolus in/
uentus est in ore eius. Peccat igitur qui
sic murmurat in Christum passum: qui
non pro sua culpa: sicut nos: sed pro no/
stris criminibus passus est. Patitur ta/
men dominus: ⁊ hoc crimen secundum
addens adhuc ꝯuertere peccatorem. Qui
enim Christum suum resuscitauit a mor/
tuis: suscitat afflictum a miserijs flagello/
rum: vt accepta misericordia: confortetur
⁊ viuat. Si autem liberatus a flagellis:
non credit ꝙ ad hoc percusserit eum do/
minus: ⁊ sanauerit: vt decetero non in
Fortūa peccato: sed in iustitia viuat: sed deputans
vtrunqꝫ fortune: non querit que dei sunt:
sed que mundi: quasi tertium scelus com
mittit: peccans in eum qui mortuus est
propter peccata nostra: ⁊ resurrexit pro/
pter iustificationes nostras. Sed ⁊ ple/
runqꝫ cui pius medicus videt non pro/
fuisse flagella: querit illum blanditijs re/
uocare ad se sublimans eum secum in al/
tum: ⁊ faciens ei contra spem cuncta pro/
spera euenire: si quo modo recogitet ⁊ cō
sideret longanimitatem patientie dei: ⁊
querat videre bona domini in terra vi/
uentium. Qui ergo conuertitur: vel isto
modo: inueniet adhuc salutem. Qui au/
tem nec isto modo conuertitur vt credat
in eum qui pauperem facit ⁊ ditat: humi/
liat: ⁊ sublimat: sed quia sibi (vt ipse pu/
Fortūs tat: ⁊ vt aiunt quidam) videt arridere for
tunam: priuatur spes eius a desiderio futu
re beatitudinis: ⁊ incipit caducas huius
vite sperare diuitias ⁊ honores: eo magis
meretur indignationem illius: sine quo:
nec passer cadit in terra: quo nec per ad/
uersa flagellorum: nec per prospera vite
huius reuertitur ad eum qui fecit illum:
sed ambulat per vias desideriorum suoꝝ.
Igitur super quarto scelere: non conuer/
tit eum dominus: sed dimittit eum sm
desideria cordis sui: ne forte si verum tan/
git eum plaga: iterum incipiat blasphe/
mare. Mittit tamen ad euꝫ nuncios suos:
qui ei aperiant vias suas a principio vsqꝫ
in finem: siue confortando illum in aduer
sis: siue deterrendo in prosperis: ne forte
se de ignorantia: aut inhertia predicatoꝝ
excuset. Qui si forte ad extremum: in te/
dium ei vertitur verbum dei: ⁊ nō solum
non recipit correptionem: verumetiam
quasi nuntium mali: deridere incipit ⁊
odire: spernens ⁊ ipsum qui missus est: ⁊
eum qui misit illum: quid restat nisi vt ab
scidatur mala arbor: ⁊ in ignem mittatur?
Nam ⁊ propter diuersas infirmitates: nō
vnum tantum qui occurreret forte vni:
sed diuersos ordines predicatorum voluit
esse deus in ecclesia sua: vt qui non audit
primum: audiat vel secūduꝫ. Et qdem lau
dabilis est: qui corrigit ad vocem episco/
pi loquentis communiter in ecclesia: ⁊ iu/
bentis mandata dei: siue prohibentis con
traria: quasi potestatem habentis: animad
uertens illud quod dicit apostolus. Qui
resistit potestati: dei ordinationi resistit.
Qui autem tam durus est: vt nolit obedi
re episcopo: nisi sciat id quod precipit esse
mandatum dei: audiat vel dyaconum le/
gentem euangelium dei: ⁊ conuertatur ⁊
viuat. Si autem se dicit non intelligere:
audiat vel sacerdotem habētem officium
docendi: ⁊ exponentem sibi quottidie ver
ba dei. Si autem quia forte vita eius con/
temptibilis apparet: contemnit qui hu/
iusmodi est: predicationem illius audiat:
vel heremitam: cui nihil cum mundo cō/
mune. Si autem omnes abijcit: om/
nes contemnit: ⁊ etiam (vt ita dixerim)
ipsum Helyam: quid expectatur ab He/
lyseo: nisi effusio phyale iracūdie dei? Ve
rum hoc de quolibet prauo homine nolē
te intelligere: vt bene agat.
¶ Nunc de multitudine populi munda
ni (cuius causa est similis) videamus. Li
cet enim pro electis tantummodo dictum

fit. Messis quidem multa: operarij pauci: rogate ergo dominum messis vt mittat operarios in messem suam: nihilominus tamen & ad reprobos: quorum infinita est multitudo: multi enim sunt vocati: pauci vero electi: missi sunt iidem operarij: vt excusationem non habeant: & communiter vtrisq; loquuti sunt verba dei. Missi sunt autem fm tempus & tempus: primo apostoli: secundo martyres: tertio doctores: quarto contemplatores: & non audiuit eos mundus. Et ob hoc in qnto tempore missi sunt alij: qui effunderent super genus phyalas iracundie dei vt induratum & obcecatum ambulet in tenebris: & nesciat quo vadat: donec in sexto tempore mittantur iudices contra illud: qui auferant de terra memoriam Babylonis: vt non vocetur in eternum genus pessimorum. Igitur si ea que supra notauimus: ad animum reuocamus: a quarto gradu: vel ordine: vel tempore: initiatus ostenditur iste zelus: sed tamen in quinto consumationem accepit. Multis autem modis: & non vno tantum congruens est zelus dei: specialibus viris: siue qui in Helya: siue qui in Helyseo designati sunt: tum quia qui amplius diligit: ampliori zelo accenditur contra delinquentes: tum quia illos amplius decet zelari: quorum vita irreprehensibilis est: & quibus manifestatio spiritus testimonium reddit. Deinde quia talibus viris magis solent homines contumaces deferre: deinde quia non est vn de timeant: si aduersus eos scandalum concitatur. Hi plerunq; verbo: plerunq; epistolis: & mandatis: culpas delinquentium increpant: eis autez qui incorrigibiles sunt: omnino moti animis cōminantur. Quanta autem virtus sit in ore spiritualium virorum ad faciendam vltionem: testaf beatus papa Gregorius in libro dialogorum: Gregorius. exemplo sancti Fortunati: qui motus animo pronunciauit moritur: cum qui prius percussit cymbala: q̃ ipse aperiret os ad benedictionem dei: & alterius viri sancti: ad cuius vocem percussi sunt quatuor viri morbo elephantino: sed & beati Benedicti: quem dicit tantam gratiam fore consequutum: vt si quid vnq̃ : non iam decernendo: sed minando diceret: tantas vires sermo illius habebat: ac si hoc non dubie: aut suspense: sed iam per sententiam protulisset. Uerum hoc ad ostensionem potentie: non ad exemplum interne subuersionis eorum qui condemnantur in spiritu: adeo vt non possint vltra surgere a reatibus suis. Alia est enim plaga exterior: que paucos tangit: alia interior: que multos includit. Causa vero plage interioris: vel potius occasio ista est. Est aliqs peccator ambulans in erroribus suis: qui verba dei nō solum facere: sed nec sicut expedit audire potest. Hunc assumēs presbyter suus: querit reducere ad viam vite incipiens a spiritu mansuetudinis: & confirmans in eo omnez charitatem: si quo modo dulcibus electuarijs & vnguētis lenibus delinitus: vires accipiat & sanetur. Idcirco enim a principio ostensus est spiritus sanctus in specie columbe: vt non prius liceat predicatori exacerbare peccatorem: q̃ verbis prius pacificis inuitetur ad gratiam: & nō est quod alij daf a domino fm plus & minus: dico spiritus mansuetudinis: qui precedat in populo peccatore: sicut Moysi: alij spiritus zeli: sicut Helye & Helyseo: ad faciendum iudicium in populo non credente: sed ambulante vsq; in finem in aduētionibus suis. Sicsic sanctis apostolis: & euangelistis & doctoribus spiritus mansuetudinis datus est ad salutem (dicente domino Joāni: qui volebat iam tunc tempo is imitari zelum Helye.) Nescitis cuius spiritus estis? Filius hominis non venit animam pdere: sed saluare. Non enim omnibus sanctis datus est spiritus Helye: sed aliquibus. Oportebat enim preire spiritum mā suetudinis in apostolis & alijs predicatoribus veritatis: & sequi tandem spiritum Helye & Helysei circa finem ad faciendum vindictam in nationibus: & in Psal.

erepationes in populis. Et hoc quidem in sanctis operatur deus. Quid vero spiritus malus in filijs diffidentie? Quamdiu sancti predicatores palpant: et liniunt plagas eorum: honorant et reuerentur eos: sicut et Herodes Joannem: anteq̃ argueret eum de vxore fratris sui. Si autez post multas exhortationes et dulcia verba sanctorum: quibus pascitur peccator et non corrigitur: venit repente ad eum alius in spiritu Helye et Helysei: aut corrigitur ad verbum eius: si corrigendus est: aut effectus de correctione deterior: mox desperat: et quod eo deterius est: incipit persequi et odire medicum: qui plus salutem eius diligit: q̃ vitam suam: adeo vt nec timore mortis obmiserit loqui sibi in virtute dei: si quo modo possit eum liberare a morte: et soluere a vinculo captiuitatis sue. Hec igitur causa est: cur increpatio seua sanctorum plaga nouissima dicta est: et quia in ipsa consumata sit ira dei: nimiruz: quia in alijs verbis sanctorum retinetur per tempora impetus ire dei: eo q̄ simulēt sancti loqui peccatoribus verba dura: vt non corruant in foueam desperationis: in istis quia tempus est iudicij: quo ad istud non attenditur: quid inde sequatur: sed aut faciat fructum sterilis arbor: aut excidatur: vt arescat: et in ignem mittatur. Magnuz igitur est hoc signum et mirabile: qđ visum est in celo (hoc est) in spirituali intellectu: q: satis admirantur homines: cum incipiunt videre: qđ aliquando non videbant: et intelligere aliq̃ occulta iudicia que non intelligebant: de quorum numero hoc erat magnuz satis et mirabile: cur. s. alij sancti pepcerunt viris impijs et sustinuerunt eos vsq; ad mortem: alij punierint eos et occiderunt: et cur aliq loquantur peccatoribus humiliter et benigne quasi fratribus suis egrotātibus ad mortem: alij in zelo q̃si hostibus dei: et tñ vtriq; benefaciāt: et vita vtriq; faciant: ab vno dño ꝯsequantur? Est enim hoc ipsum signum magnum et mirabile: et ideo aliqd aliud: qđ maius est seipso: significat. Et qđ est illud? Aduētus redēptoris et iudicis. Una psona est Christus Jesus: et tñ deus et homo. Uenit primo quasi hō in spiritu lenitatis: venturus est scđo: quasi deus in spiritu iudicij et ardoris. Uenerat primo vt redimeret mundum: venturus est scđo: vt iudicet genus humanuz. In primo aduētu aiati sunt peccatores: in scđo timebunt ēt iusti. Qui igitur sic sibi blādit de misericordia vt nō timeat iudiciuz: stultus est: q: vtrūq; est dñs: misericors. s. iustus. Ecce huius rei signum est. Et q̃uis nō ptineat specialr hoc signum: qđ in sex vel septem angelis ostēsum est: nisi ad diem iudicij: q: tñ plage ipse angelorum nouissime dicte sunt: subintelligitur precessisse alia tpa: et alias plagas: quarum respectu hee plage nouissime dicte sint: que oia velut initialia quedaz memorāda erāt: vt ex collatione eorum: posset intelligi ipsuz signū. Neq; enim ad se dr simplr quinarius numerus: sed ad q̃tuor precedētes. Per tria etenim tpa (vt iam diximus) expectata ficulnea: in q̃rto erat oino (iubēte dño) succidenda: sz abundauit in misericordia dñs vinee: vt eam anno q̃rto equanimiter sustineret: succidēdam absq; dubio in anno qnto: si in q̃rto nequaq̃ faceret fructum: qđ qualr ꝯueniat qnq; partibus libri huius: et qua gratia rōnis effusio phyalarum respiciat: ꝑpter qntum ordinem sufficienter (vt credimus) dictuz est: q̄ nō pro modo verbi sufficiēter dictum sit: qđ magno volumine indigeret: sed nos hoc in transitu dixisse arbitramur sufficere: qui ad alias abyssos q̃ztotius trāsire tenemur: et scrutari cetera que sequuntur. Abyssus enim abyssum inuocat: q: ꝓfundum vnius scripture aliud profundum inuitat: et q̃zto plura dicuntur: tanto plura remanent que dicantur. Psal.
Ad sequētia igitur maria transeundum est: et qd i alia abysso lateat videamus. Seqtur.

Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igne. T. 3.

In veteri testō legimus Salomonē se

cissent mare eneum: in quo repleto aq̃ lauarē tur sacerdotes. Hic autem mare vitreum: ⁊ hoc mixtum igne ostensum est in spiri tu archanorum celestium rimatori: quia veteris testamenti baptisma: sordes qui dez exteriores abluere poterat sicut aqua interiores non poterat: immunditias ve ro interioris hominis: solus ignis consu mit diuinus. Et rursum verba legis sona re populus ille carnalis: eris mare tynniē do poterat: videre autem per speculum in enigmate: proprium est fidelium Chri sti. Uerum quia nec istud omnibus da tum est: quos vnda baptismatis abluendo purificat: nec ita despicimus baptismata prioris testamenti: vt nostrum quoq; ba ptisma pariter consutemus: congruētius in mari eneo: vitam intelligimus sacerdo talem: in mari vero vitreo conuersatio nem monastichcam. Debet sane sacerdota lis vita predicatione esse sonora: mona chorum: qui ⁊ ad hoc vocati sunt: con templatione perspicua. In aqua etenim verbum: in igne donum spiritus designa tur. In aqua doctrina littere: que non est preter fidem: in igne spiritualis ⁊ viuifi cus intellectus. Et illa quidem doctrina: si sane vtimur ea: emundat grauiora crimi na: hec vitia spiritualia diligēter exiccat. Postremo illa animum virtute humilita tis instruit: hec humiliatum igne charita tis accendit. Quod autem mare istud: nō ad quoslibet fideles pertineat: sed ad so los perfectos: sequentia manifestant: cum subditur.

In populo lex

T. 3. ¶ Et vidi eos qui vicerunt be stiam & imaginem illius, & nu merum nominis eius, stantes su per mare vitreum.

¶ Si in bestia designatur multitudo in fidelium persequentium ecclesiam dei: in imagine: doctrina ipsius bestie: in nume ro nominis: numerositas vitiorum: quos melius esse dicimus qui tria ista vicerunt q̃z illos de quibus dicit Augustinus. Nul los comperi meliores q̃z qui in monaste rijs profecerunt. Tres deniq; ordines com mendat idem vir: super librum psalmo rum: Laycorum primum: clericorum se cundum: monachorum tertium. Et qui dem ab horum primo exigitur specialiter victoria bestie: a secundo non solum be stie: verumetiam ⁊ imaginis: a tertio non solum bestie ⁊ imaginis: verumetiaz ⁊ nu meri nominis illius. Sufficit enim layco seruare viriliter fidem suam: ⁊ pugnare pro ipsa vsq; ad mortem: dummodo non maneat in mortali peccato. Clerico non sufficit seruare fidem: quia os layci: cleri cus esse debet: quando quis interrogat de doctrina Christi: ⁊ necesse habet stare in acie in die prelij: aduersus insidias he reticorum: ⁊ confundere eos qui contra fi dem ex aduerso consurgunt: sicut de bea to Stephano scriptum est. Surrexerunt quidam de synagoga: disputantes cum Stephano: ⁊ non poterant resistere sapiē tie ⁊ spiritui qui loquebatur. Si enim in terrogantur layci de fide sua: aut se simpli citer christianos esse profitentur: aut se cre dere dicunt in patrez: ⁊ filium: ⁊ spiritum sanctum. Si autem queritur de ratione huius fidei. Respōdent. Non est nostrum de hoc reddere rationem: quia layci su mus: ⁊ ydiote: ⁊ ignorātes legem dei: sed sunt apud nos doctores nostri: a quibus potestis ista sciscitari: qui vobis ad omnia interrogata sufficienter respondeant. Hec enim solet esse excusatio laycorum: ad eos qui se interrogant de fide sua. Quod si ita est: quomodo stabit fides laycorum: si cle rici deficiunt in responsis doctrine? Ne cesse est ergo: vt tales sint: qui tam fidei constantia q̃z doctrine puritate superent bestiam ⁊ imaginem eius: q̃tenus nec mē bra deficiāt in tormētis: nisi cū victorie pal ma: nec verba in respōsione: q̃z diu loquen di virtus ⁊ facultas inest. Sane victoria nois huius bestie: qui manet in multitu dine illorum delictorum: que q̄dem: ⁊ si ab alijs

Augu.

Actuū

iudicentur venialia:a pfectis tñ viris:ac si
mortalia deuitantur : a veris ⁊ deo dignis
monachis:qbus lꝫ viuere:sicut libet:po/
tius q̃ ab alijs exgri pōt:non q: ⁊ in ordi
ne laycoꝝ:aut clericoꝝ:non fuerint multi
qui sub specie layci:siue clerici pfectionem
monastichaꝫ obseruarint:sicut ecōtrario:
multi habentes habitum monachi:longe
sunt a pfectione illa quam habitus figura
pretēdit:sed q: priuata:solēnibus:non pre
iudicāt:nec gratia occulta manifesti doni
ordinem soluit. Ut enim pretermittam ce
Ad qd religiosum intrare. tera:ad qd religiosus aliqs ingredit claus/
trum:de quo sine mādato : non lꝫ egredi:
vel ad horaꝫ:nisi vt auertat oculos suos ne
videat vanitatē:vt abstineat aures suas ne
audiat cātica meretricū:⁊ verba filioꝝ hu
ius mundi:pro qbus se pphета immūduꝫ
labijs esse gemebat : vt abstineat a verbis
ociosis:⁊ a supflua voluntate ciboꝝ:necnō
ab oi munere ⁊ proprietate habendi aliqd
absq; certo mādato:⁊ qd his oibus maius
est:a pprio arbitrio voluntatis:quatenus
calcata tam multiplici materia vitioꝝ:ipsa
quoq; vitia sine difficultate vincant. Dif/
ficile est enim valde vincere vitia:vbi mul
tiplex est ⁊ valida materia vitioꝝ:magnū
est ⁊ pro magno habendum:si aliqs sic vi
uit in seculo:vt nō preualente hoste:supet
ab eo. Neq; enim q: nō superatur:idcirco
mox est aliquis pro victore habendus:q:
aliud est resistere hosti : ⁊ stare iugiter in
acie:ne vincat:aliud est deuicto hoste : in
tranqllitate manere. Et ille qdem coronā
dus est:q: viriliter certat:⁊ nō desinit cer
tare vsq; ad mortem:sed iste sublimat in al
tum:vt sedeat in throno Christi:q: certa
uit ⁊ vicit. Ergo qui vicerunt bestiam per
fidem despicientes regnum mundi:quod
ipsius est:⁊ imaginem ipsius per sapiētiam:
que de celo est:nō recipiētes aliam doctri/
nam:quam seruat ⁊ predicat Romana ec
clesia:⁊ numeꝝ nois eius:per orationem:
⁊ ieiunium:⁊ alia exercitia spiritualia:visi
sunt stare supra mare vitreum : qd est mi/
xtum igne : q illis solis ꝯcedit vita ꝯtem/
platiua:⁊ sentire ardorem charitatis dei:
qbus datum est de his tribus bellis:virili
ter triumphare. Qui vero sunt illi qui ex/
supant:nisi hi qui nō solum sua:verũetiam
semetipsos relinquunt:illius culmen pre
cepti apprehēdere cupientes:quo di. Nisi
qs renunciauerit oibus que possidet:non
pōt meus esse discipulus? Neq; enim qui
monachus di:monachus est:sicut nec cle
ricus:qcūq; clericus:nec christianus:qui/
cūq; di christianus. Qui ergo vere mona/
chus est:nihil reputat esse suum:nisi cytha
ram:nisi nouum hoiem qui sm deuꝫ crea
tus est:aut operationem spiritus sancti:in
qua resonāt tres corde generales:de qbus
apostolus. Manēt autem:fides:spes:cha/
ritas:tria hec. Nō enim pōt illud cor abso
lute laudare deum:qd reꝝ imaginibus : ⁊
mundi sollicitudine occupat. Ubi est the/
saurus tuus:ibi est ⁊ cor tuum. Tūc enim
per fideꝫ:⁊ spem:⁊ charitateꝫ:in corde no
stro dulciter cātamus:si nullius amore cu/
piditatis:aius occupat. Unde nō immeri
to victores illoꝝ trium habere dei cytha/
ras describuntur:q: qui mundi cupiditati
bus vacua sua corda custodiūt:digni sunt
qui celi adimpleant muneribus:sicut edi/
uerso:indigni sunt induere nouuꝫ hoiem:
qui expoliari a veteri paruipendunt:⁊ ha
bere dona spiritus sancti:qui munera secu
li:non recusant. Qui ergo vult habere cy
tharam:nō solum bestiam:⁊ imaginem:sꝫ
⁊ numeꝝ supare ꝯtendat : q: non pōt Xpi
ꝯuersationem accipere:qui vestigia primi
hois per carnis opa imitat. Qui vero illa
tria supat:triuꝫ cordaꝝ cytharam dño lar
giēte:ꝯsequitur:q: qui nec terrore minaꝝ
eius frangit:vt obediat illi:nec colore do/
ctrine eius decipitur : vt recedat a spe sua
quam hꝫ in Christuꝫ Jesum:nec presentis
amoris carnalis demulcet:vt deserat amo
rem dei quem accepit per effusioneꝫ ⁊ in/
fusionem spiritus sancti: pfecto:fidei:spei:
⁊ charitatis:munera habere pbatur : sine
quibus laudare deum corde ⁊ animo:non
valemus:⁊ in qbus dei laus integra ⁊ pfe/

psalm̄s. cta ꝯsistit. Laudate eum (inquit) in psalterio: ⁊ cythara. Sed quare in psalterio? Qꝛ
In. popu lo lex plenitudo legis in psalterio ꝯtinetur. Decem sane corde: decem precepta legis designant: in qbus plenitudo iustitie continetur. At qꝛ longum erat discurrere per precepta: magisqꝫ ex preceptoꝝ multitudine peccandi occasio prestabatur: missus est alius propheta qui diceret. Verbum breuiatum faciet dn̄s super terram. Verbum breuiatum: qd sit: apostolus manifestat: cum dicit. Manent autem: fides: spes: charitas: tria hec: maior autem his est charitas. Inde est qꝫ in libro isto: in cytharis sancti iubilant: qꝛ veniens in carne dominus: noluit expressione multoꝝ preceptorum deterrere corda discipuloruꝫ: sed post aliqua que pertinēt ad fidem ⁊ spem. Hoc est (inquit) preceptum meum: vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Sed iam nunc videamus ⁊ audiamus: quid cantent: qui talia munera perceperunt: ⁊ cuius esse dicatur canticum: quod cantare meruerunt. Dicens enim.

E. 3. ¶ Habentes cytharas dei (protinus adiecit ⁊ ait) Et cantantes canticum Moysi serui dei: & canticum agni, dicentes. Magna, & mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens: iustæ & veræ viæ tuæ: rex seculoꝝ. Quis non timebit te domine, & magnificabit nomen tuum? Quoniam tu solus pius es: quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo: quoniam iudicia tua manifestata sunt.

¶ Hoc canticum quo ad litteram: nec in verbis Moysi: nec in verbis agni manifeste repitur. Nō ergo Moysi legislatoris: ⁊ agni gratie largitoris: cōmune esse dicitur: sicut spiritualiter dictum est: ita ⁊ in spiritu intelligendum. Pro eo enim qꝫ ordo monachorum: procedit ab ordine laycoꝝ ⁊ ordine clericorum: in typo spiritus sancti: qui procedit a patre ⁊ filio: canticum qđ specialiter pertinet ad eos: cōmune Moysi serui dei: ⁊ agni esse phibetur: vt timoris pertinens ad seruum: ⁊ amoris pertinentis ad filium esse videatur: iuxta illud psalmiste. Seruite domino in timo- Ps. 2.
re: ⁊ exultate ei cum tremore. Qui enim dicunt. Quis nō timebit te: ⁊ glorificabit nomen tuum: timere seipsum: quem timēdum predicant: ⁊ docēt. Et qui protinus adiungunt. Quoniam tu solus pius es: pfecto amare se indicant: quem pium esse fatentur. Et notandum qꝫ causa timoris ꝯtinetur in verbis precedentibus: qbus dicitur. Magna: ⁊ mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotēs: iuste ⁊ vere vie tue: rex seculorum. Causa amoris in subsequentibus: qbus ⁊ dicitur. Quoniam omnes gentes venient ⁊ adorabunt in ꝯspectu tuo: qm̄ iudicia tua manifestata sunt. Quoniam (inquiunt) magna ⁊ mirabilia sunt opera tua: que te fecisse: scripsit Moyses. Et iuste ⁊ vere vie tue: quibus paucis ostēdisti misericordiam: multis iudicium: quis ista considerans non timebit te: maxime qui ignorat vias ipsas iudicioꝝ tuoꝝ? Et qꝛ ita nunc in fine seculorum abundas pietate: vt gentes quas aliquādo proiecceras: suscipias ad salutem: ⁊ iudicia que aliquando erant obscura: quare ita pcusseris cecitate populum gentilem: nunc manifestata sunt mundo: scientibus ⁊ intelligentibus seruis tuis: qꝫ ideo percusseris vt sanares: qs non glorificabit te: ⁊ magnificabit nomen tuum. Magnificare enim amātis est potius q̄ȝ timentis. Magnificat (in- Luc.
quit Maria) anima mea dominuȝ: ⁊ exultauit spiritus meus in deo salutari meo: qꝛ respexit humilitatem ancille sue. Hec autem omnia (vt iam dixi) cōmunia sunt eis qui cantant canticum istud: qꝛ ipsum quem laudant: timent ⁊ magnificāt: scien-

tes q: iustus est in iudicio: & in misericor-
dia pius. Sed quare istud cantant ad lau-
dem dei: nisi q: hi qui fornicantur a deo:
vlulant & blasphemāt accusantes iudicia
dei: que sentiunt in semetipsis: quasi non
sint manifestata iudicia: quibus damnati
sunt: cum sit deus pius & misericors: adeo
vt gentibus infidelibus parcat: querenti-
bus conuerti ad ipsum: & venire de tene-
bris ad admirabile lumen suum. Si enim
gentes infideles que extra sunt: recipit ad
salutem: consequēs est: vt non sit volunta
tis eius perire aliquos de his qui sunt in
tus: sed ipsi semetipsos desperant: vt faciāt
ea que non conueniunt: & prouocent ad
iram saluatorem suum. Sequitur.

Tex.4 Et post hoc vidi: & apertum
est templum tabernaculi in cæ-
lo: & exierunt septem angeli de
templo.

In quarta parte dicit Joannes aper
tum esse templum dei in celo: & vi
sam esse in eo archam testamenti. Hic au
tem dicit apertum esse templum taberna
culi testimonij in celo: & exierunt septem
angeli de templo habētes plagas septem.
Queritur ergo vtrum de vno templo di
ctum sit vtrunq3: an duo sint specialia tem
pla: de qbus ista dicuntur. In veteri testa
mento: collocatum erat a principio taber
naculum testimonij in Sylo in tribu Ef
fraym: processu vero temporis edificatum
est templum in tribu Juda. Qd autem re
pulsum est tabernaculum: & edificatum est
templum: designabat pertransire vetera: &
succedere noua. Sed non ita in hoc loco:
vbi prius fit mētio de templo: & postea de
templo tabernaculi: maxime cu3 dicat: qd
est in celo. Utrunq3 enim templum demō
stratur manere in celo: & illud. s. de quo fa
cta est mentio in quarta parte: & istud de
quo agitur in hac qnta: vt aliud esse illud:
aliud istud: eoipso intelligatur: quo aliud
fuit sub veteri testamento: templum: aliud

tabernaculu3: l3 proposteró ordine in hoc
libro scribantur. Sed idcirco fortassis in
hoc libro: proposteró ordine scripta sunt:
ne de illo templo: aut tabernaculo: que fue
runt vmbra futurorum: scribere putaretur: &
non potius de templis spiritualibus que
in celo ɔsistunt. In celo enim sunt templa
ista: & non in terra: q: quicquid dicitur de
eis: in spiritu: non ad litteram intelligen
dum est. Scdm ergo allegoriam duo tem
pla ista mystica: duo significāt testamenta:
in quorum primo latebat quōdam littera no
ui testamēti: quasi archa in templo: & qua
si rota infra rotam: vt ex eo quādoq3 vide
retur exire: sicut & virginalis castitas de
vita ɔiugali: & nihilominus de scdo egres
si sunt spirituales intellectus: scdm q plu
res sunt. i. septem angeli isti: & septem spi-
ritus domini missi in omnem terram. S3
quare dictu3 est templum tabernaculi? An
q: primi fideles habuerunt tm̄ vetus testa
mentum: nouissimi autem. i. nos vetus si
mul & nouum. Scimus eni3 q templum
dei fundatum in terra est: in qua & fixum
est: quasi habēs radices: tabernaculum ve
ro transire poterat de loco in locum tanq3
res mobilis & habilis ad portādum: q: v3
testamentum vetus: terreno quondam po
pulo datum est: & in ipso solidauit radices
suas ad ɔfirmandas promissiones patru3:
nouum vero testamentum sic ɔditum est
in circuncisione: vt protinus pertransiret
ad gentes. Q: vero nō ita transiuit: vt de
sereret sanctos apostolos qui erant ex cir
cuncisione: sed potius ipsi qui erant de se
mine Abrae trāsierunt cū doctrina vtrius
que testamenti ad gentes: quasi templum
tabernaculi exhibuerunt semetipsos fide
libus: in quo ingressi in spiritu: mediten
tur in lege domini die ac nocte. Deniq3 &
lapides templi qui preciosiores ceteris: es
se videbantur: & vasa & columne translata
sunt ad gentes: & si inuitis Judeis: vt esset
in signum viuorum lapidum: qui transi
turi erant de Judea ad populum genti-
lem: vt in eo edificaretur sanctuarium

dn̄i. Et bene templuꝫ iſtud tabernaculum
teſtimonij dictum eſt: qꝛ eoipſo quo verba
teſtamenti: ſeu veteris: ſeu noui: myſtica
ſunt ⁊ ſpiritualia: teſtimonium ꝑhibent ve
ritati: etiam preter illa que ſcripta ſunt ad
litteram: teſtimonium ꝑhibentia: ⁊ ipſa: ꝓ
qbus ⁊ teſtamenta dicunt. Scimus enim
ꝙ teſtamēta mortuoꝝ: ſunt teſtimonia vi
uentium: ⁊ ꝙ illa qdem tradant in littera
ꝑ eos qui deceſſerunt: iſta in viua voce
eoꝝ qui ꝑhibent teſtimonium: nimiꝝ: qꝛ
littera que dr̄ occidere: in teſtm̄ fidelibus
data eſt: ⁊ ſpiritus qui dr̄ viuificare: extra
litteram ⁊ ſupra litteram: teſtimoniuꝫ ꝑhi
bet veritati. Datum eſt ergo populo gēti/
li nouum teſtm̄: immo nouum ſimul cum
veteri: ⁊ nōnulli ꝯtinue legentes in eo: in
greſſi ſunt in illud: ita vt ꝑcipent ſpiritua/
lem intellectum: nec tn̄ potuerunt egredi
niſi in tꝑibus ſtatutis: qn̄ per ea que com/
pleta ſunt opera dn̄i: ſm̄ partem ⁊ partem
aꝑitur ipſuꝫ teſtm̄: vt poſſint hi qui extra
ſunt (lꝫ aliqn̄ malo ſuo) videre ⁊ intellige
re que dicūtur. Sic duo angeli manētes in
Geneſ. domo: introduxerunt ad ſe Loth: qui ma
nebat pre foribus: ⁊ mox clauſo oſtio: ꝑcuſ
ſerunt eos qui erant extra caligine cecita/
tis: qui etiam cum aꝑto hoſtio egreſſi ſunt
foras: effuderunt ſuꝑ eos iram indignatio
nis ſue: pluerūtqꝫ ſuꝑ eos igneꝫ ⁊ ſulphur
ad ꝑdēdam de terra memoriam eoꝝ. Sic
ſic ſeptem angeli iſti: qui manēt intus per
ꝯtemplationem: nolunt egredi foras ad ef
fundēdas phyalas ſuas: niſi cum aperitur
templum: quatenus patefactis myſterijs:
imꝓꝑent incredulis oꝑa eoꝝ: ⁊ increpā
tes eos ſuꝑ duritia ⁊ cecitate cordis eoꝝ:
aut ꝯuertātur ex toto corde (ſi electi ſunt)
aut ſi reprobi deteriores effecti: ꝑcipiāt ad
plenum mercedem diffidentie ſue. Sicut
enim Phinees zelatus eſt ꝑ dn̄m: ⁊ ſicut
vnus de filijs ꝓphetaꝝ: vnxit Iheu in re/
gem iſrael ad faciēdum iudicium in popu
lo ſcelerato: ita ⁊ nunc de templo ſpiritua
li: egrediuntur ſeptem angeli ad exercen/
dum iudicium in peccatores: ſpirituales. ſ.
viri: de qbus ⁊ dr̄. Et exierunt ſeptem an/
geli de templo: habentes plagas ſeptem.
Plagas iſti angeli dicuntur habere: qꝛ qui
ardent iugiter amore diuino: cum vident
deum ꝯtemni: ⁊ blaſphemari a populo ne
quam: ſauciant vehemēter in pectoribus
ſuis: qđ ſuſtinere pre dolore non valentes:
iram quam de igne ſpiritus ꝯcipiunt: ſuꝑ
peccatores nō ꝯuerſos effundunt. Ipſi er
go dolēt prius: ſed nouiſſime ſuꝑ alios pla
gas immittunt: quatenus pacto zelo: ipſi
qui zelant: a dolore ſanentur. Sed ne forte
impares quiqꝫ ſtimulo paſſionis accēſi fu
rorem: quaſi zelum effundant: quante ꝑfe/
ctionis ſint: vel eſſe debeant: qbus hoc da
tum eſt: manifeſtatur cum ſubditur.

¶ Veſtiti lapide mundo & can Tex. 5
dido, & præcincti circa pectora
zonis aureis.

¶ Qui diuini amoris intuitu: rebus ſe tē
poralibus: ⁊ ꝓprijs deſiderijs priuant: du/
bium nō eſt ꝙ illo mundo ⁊ cādido indu
untur lapide: de quo apoſtolus dicit. Pe
tra autem erat Chriſtus. Sed memorari
inter hec debemus: ꝙ mulier (cuius ſi/
gnum ſuꝑius legimus) ⁊ legendo ꝓ do
no ſpiritus intelleximus: ſole eſſe induta:
Chriſto: vꝫ: ꝑhibetur: quatenus ſicut par
eſt deuotio: eoꝝ qui in heremis ſpiritualí/
ter viuunt: ⁊ eoꝝ qui cauſa dei ſpecialiter
in cenobijs degunt: ita ⁊ in figuris ad eos
ꝑtinentibus: ſimilitudo teneat. Qua vero
ratione induat: qꝛ ſeu ſole: ſeu lapide: apo
ſtolus inſinuat: cum fidelibus dicit. Exui
te vos veterem hoiem qui corrumpit ſm̄
deſideria mundi huius: ⁊ induite nouum
hoiem qui ſm̄ deum creatus eſt. De zonis
autem aureis: qđ dicam: quaꝝ precinctio
circa pectora eſt: in qua mentis munditia
deſignatur? Sed neceſſe non eſt: vt de eis
multa loquamur: qꝛ quid differat inter zo
nas aureas ⁊ pelliceas: quid inter precin
ctionem lumboꝝ ⁊ mamillaꝝ: in parte pri
ma huius libri ſufficienter (vt extimo) di
ctum eſt. Caueat autēꝫ qui zonam auream
non habet

non habet ad mamillas: ne indiscreto zelo accendatur aduersus proximos suos: et percutiat delinquentes fratres ipse percutiendus ab alio: sed sic utetur prius diligenter archana pectoris sui: et si in se feriendum aliquid deprehenderit: tanto discat aliorum culpis humiliter misereri: quanto se misericordia indigere cognoscit ne sicut ipse iudicat de primo suo: ita etiam ipse a domino iudicetur. Et quidem zonas pelliceas circa lumbos habere multorum est: auream vero circa pectora: paucorum: quia minus multi sunt qui carnis continentiam seruant: paucorum vero est mentis munditiam possidere. Porro ad castitatem corporis: zona pellicea sufficit: quia carnis maceratio: luxurie petulantiam domat. Hic vero zona aurea necessaria est: quia nullo modo mentem continere possumus: ne per immunda desideria dissoluatur: nisi hanc indesinenter speciali meditatione constringamus: ut dum: scilicet: bona meditari non desinit: ei nec ad horam: aliena cogitare contingat. Tales igitur viros omnipotens deus ad zelandum instigat: et velut de suis stabulis dextrarios ad pugnam producit. Pastores etenim ecclesiarum qui in spiritu mansuetudinis annunciant populis verba dei: quasi quidam palafredi portantes regem: assidua eum exortatione predicando populis representant. Spirituales autem viri qui silentio vacant audientes non conuerti populum ad percutientem se: accenduntur zelo: et quasi quidam nobiles dextrarii: narium furore frementes tanto se liberius contra impios: tempore necessitatis ingerunt: quanto id multo tempore largiori desiderio conceperunt. Sequitur.

Lec. 6 ¶ Et vnum de quatuor animalibus dedit septem angelis, septem phyalas aureas, plenas iracundiæ dei viuentis in secula seculorum.

¶ Si quod quatuor animalium phyalas aureas dederit septem angelis: sermo propheticus intimasset; minori forsan labore: ceterorum enigmata soluerentur. Si vero ideo spiritus sanctus: et hec et alia multa ligare voluit sacramentis: ut non sine labore soluantur: onerosum apparere non debet: quod sepe digressionem facimus: ut ea que per se capi nequeunt per alia capiamus. In quibusdam locis iam dixisse me recolo: Helyam prophetam contemplantium ordinem (hoc est heremiticum) designasse. Hic cum accensus zelo occidisset prophetas Baal: et aufugeret a facie Jezabel que illum querebat in malum: et peruenisset ad montem dei Horeb: aduersus filios israel: deum, qui sibi loquebatur interpellauit: dicens: zelo zelatus sum pro domino deo exercituum: quia dereliquerunt pactum domini filii israel. Altaria tua domine destruxerunt: prophetas tuos occiderunt: et relictus sum ego solus: et querunt animam meam ut auferant eam. Quod cum loquutus esset in conspectu domini: facta est vox domini ad eum: dicens. Vade et reuertere in viam tuam: per desertum in Damascum. Cumque perueneris illuc: unges Azahel Regem super Syriam: et Jehu filium Namsi: unges regem super israel. Helyseum autem filium Saphat: qui est de Abel in eula: unges prophetam pro te. Et erit: quicunque effugerit gladium Azabel: occidet eum Jehu: et quicunque effugerit gladium Jehu: interficiet eum Helyseus. Ecce Helyas partem quod zeli perficiens: vicem suam Helyseo (domino iubente) dimisit: et quod ille expresse tetigit: iste per se et per reges contemporaneos sibi: secundum totum compleuit. Ubi et illud summopere notari oportet: quod Helyas reges iubetur ungere: et tamen nihil horum fecit: ut intelligatur illud quod de ficulnea dictum est. Succide ergo illam. Post tres siquidem annos minatus est dominus ficulnee infructuose: et tamen ad preces cultoris dimisit illam: ita tamen ut ipsemet colonus qui rogauerat pro ea: daret aduersus eam sententiam: dicens. Et siquidem fructum fecerit: sin autem in futuro succides illam. Sicut ergo Helyas zelatus pro domino: non ipse permissus est effundere per se suum zelum super domum regis impii: et populum

iniquum: sed iustius est vngere Helyseum
in prophetam pro se: qui hoc qd ipse men/
te conceperat: diligenter expleret: ita quar
tum animal. i. heremiticus ordo: non po
tuit: non zelasse contra errores z immun/
ditias eoꝝ qui fornicati sunt a deo: z maxi
me Grecoꝝ: sed q2 nōdum aduenerat tem
pus generale in quo non esset aliqua excu
satio: institutus est ab eis ordo monasti/
chus qui posset diutius permanere: z cui
posset cōmittere vicem suam in faciendo
zelum dñi: tempore oportuno: ne quid mi
nus longanimitatis z patientie modera/
tio diuina videretur habere: si ante datam
sententiam: nō alios pretermitteret viros
magnos: qui hanc (nisi ꝯuerterentur) rui
nam in ꝑximo minarentur. Precessit er/
go ordo ipse: habens preparatas phyalas
traditas sibi a iusto deo: nec tñ ipse effudit
eas: sed alijs tradidit effundendas tempo
re quo essent ꝯsumata peccata. Sunt ete/
nim phyale ipse: pie traditiones: qbus per
fectos instituere discipulos: docentes eos
operari iustitiam z zelari pro ipsa: vt luce/
ret lux eoꝝ coram hominibus videtibus
opera eoꝝ bona. Illa est enim vera religio
in ꝯspectu dei que z foris lucet per exem/
plum: z intus accensa est per ardorem iu/
stitie. Unde z eedez phyale: non solum au
ree esse ꝑhibentur: verumetiam plene ira/
cundia dei: q2 z id qd foris ostenditur de
vita eoꝝ: lucidum est: z preciosum: z qui
intus latet amor non potest non vlcisci in
iuriam dei sui. Ita enim sibi ꝯueniunt ista
duo: vita. s. sancta: z zelus dei: vt alteꝝ sine
altero deo placere non possit. Si enim ad/
huc hō multis vitijs subiacere probat: qua
fronte: aut qua ratione zelabit aduersum
peccata delinquentium: qui se (teste con/
scientia) esse vnum cognoscit eoꝝ qui di/
gni sunt morte: eadem ipse faciens: que in
alijs ꝯdēnat. Unde z apostolus. Inexcusa
bilis es o homo ois qui iudicas. In quo
enim iudicas alios teipsum ꝯdemnas. Ea
dem enim agis que iudicas. Igitur qui se
ipsum vsq3 adeo miseꝝ esse dephēdit: vt
nisi misereatur sui deus: dignus sit ira: mi
sereri potius d3 delinquentibus q3 ostēde
re zelum: nisi forte z se z illos quos scit esse
reatus participes: cōiter rephēdat: iuxta
illud psalmiste. Peccauimus cum patri/
bus nostris: iniuste egimus: iniqtatem fe/
cimus. Alias autem: z sancte op3 esse vite:
z habere manifesta signa sanctitatis: qui
vult in peccatoribus exercere zelum dei:
vt non sit qui possit arguere vitam eius
z dicere. Eijce primum trabem de oculo
tuo: z tunc ꝑspicies: vt educas festucā de
oculo fratris tui. Et illud. Peccatori au/
tem dixit deus. Quare tu enarras iusti/
tias meas: z assumis testamentum meum
per os tuum? Unde z zelanti domino: ac
dicenti. Scriptum est. Quoniam domus
mea: domus orationis vocabitur: vos au/
tem fecistis illam speluncham latronum.
Responderunt Iudei ac dixerunt. Quod
signum ostendis nobis: q2 hec facis? Qd
tale est: ac si per increpationem diceretur.
Scimus quia istud facere sanctorum est: z
eorum quoru3 vita dissimilis est a vita hu
mana. Sed tu qui inter peccatores ꝯuer/
saris sicut vnus ex nobis: z cum eisdem
peccatoribus manducans z bibens: non
videmus quomodo ad te pertineat istud:
nisi ostendas apertum signum: per quod
te talem esse intelligamus: cui iure: om/
nes nos obedire possimus. Liquet ergo
ꝙ sancte oportet esse vite qui zelum vult
facere dei sui: quia nec spiritus sanctus: cu
ius est zelus iste: requiescit in corpore subie
cto peccato: dicente domino. Si diligitis
me: mandata mea seruate: z ego rogabo
patrem: z alium paraclitum dabit vobis.
Propagatum siquidem fore legimus spi/
ritum Moysi: sed tamen in eos qui boni
testimonij erant: z iustiores esse videban/
tur in omni multitudine filiorum israel.
Requieuit spiritus Helye super alium vi
rum: sed tamen super eum qui omnia re/
liquerat propter deum. Et vitam ergo san
ctam designatam in veste: z spiritum ze/
li dei: accepit Helyseus ab Helya: quia ni/

si precederet vnum: nullatenus aliud se/
queretur. Jnde est ꝙ phyale quas vnum
de quatuor animalibus tradidit septem
angelis: ⁊ auree esse perhibentur: ⁊ plene
iracundia dei: quia institutiones quas pa/
tres monachorum a viris spiritualibus ac
ceperunt: ⁊ claritatem preciosissimi auri
habere vise sunt in doctrina morum: ⁊ fer
uentissimum zelum in amore dei: non mo
do quia ita docuerunt: sed quia potentia
quadam verboꝝ ignitorum vtrunq; obe/
dientibus sibi tradere potuerunt. Et bene
dicens: vnum de quatuor animalibus: de/
dit septem angelis: septem phyalas aure/
as plenas iracundie dei: addidit: viuen/
tis in secula seculorum: quia sicut morien/
tis est iudicari: ita viuentis est iudicare: ⁊
sicut morientis pati iniuriam: ita viuen/
tis exercere vindictam. Jn illis etenim
sanctis qui omnia patienter sustinēt: ima/
go videtur esse Christi mortui: ⁊ in infir/
mitate carnis nostre ab impijs homini/
bus crucifixi. Jn eis autem qui faciunt ze
lum eius: viuere se ostendit in secula secu/
lorum: ⁊ venturum se esse de celo in glo/
ria patris sui: iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊
seculum per ignem. Unde ⁊ per aposto/
lum dicitur. Horribile est incidere in ma/
nu viuentis dei. Uidetur etiam aqua in
qua venit primo Christus mortificare mē
bra nostra: habere similitudinem rei mor/
tue: vel ad mortem fluentis: ignis in quo
venturus est secundo: rei semper viuen/
tis ⁊ manentis in secula seculorum: quo/
rum primum pertinet ad patientiam: se/
cundum ad zelum dei: iuxta quod ⁊ spiri
tus sanctus primo apparuit in columba:
ad extremum in igne: nimirum: quia tem
pus patientie: tempus iudicij sine mora se
quetur. Sequitur.

Ex.7 ¶ Et impletum est templum
fumo a maiestate dei: & de vir/
tute eius: & nemo poterat in/
troire in templum, donec consu
marentur septem plagæ septem
angelorum.

¶ Angeli egrediuntur de templo: vt ef/
fundant iram dei super terram: templum
autem impletur fumo: vt nemo possit in/
trare in illud: donec consumentur septem
plage: quia ad iustum dei pertinet: distri/
ctumq; iudicium: vt cum viri spirituales:
quorum est proprium manere intus: co/
guntur ad faciendum zelum dei: egredi
foras: nullus eorum qui extra sunt: sina/
tur ingredi intus: quousq; fiat iudicium
de viris impijs: quorum desperata frene/
sis incurabilis est. Sed quare nemo potest
introire in templum? Quia repletum est
(inquit) fumo a maiestate dei: ⁊ virtute
eius. Fumus oculos offendit vt videre
non possint: ⁊ indignatio diuina cecat
oculos mentis hominum impiorum: vt
non videant veritatem: sicut scriptum
est. Jmpie agent impij: neq; intelligent
omnes impij. Unde ⁊ ex persona omni/
potentis dei: Esaye dicitur. Obceca cor
populi huius: ⁊ aures eius aggraua: ⁊
oculos eius claude: ne forte videat ocu/
lis suis: ⁊ auribus suis audiat: ⁊ corde
suo intelligat: ⁊ conuertatur: ⁊ sanem
eum. Sed quare a maiestate dei: ⁊ de vir/
tute eius dicitur templum impletum esse
fumo: nisi quia sicut humilitas ⁊ infirmi/
tas ad redemptionem: ita maiestas ⁊ vir/
tus pertinet ad iudicem Christum: nisi
quia ibi securitas: vbi paruitas Christi:
ibi timor: vbi maiestas? Ut enim se ali/
quando exhibuit paruum: quatenus ef/
fusa desuper luce misericordie sue: illumi/
naret humiles: ⁊ mansuetos terre: ita
post ascensionem suam in celum: residens
cum patre in throno glorie sue: exhibet
seipsum ineffabiliter magnum: vt effusa
caligine iudicij sui: eos qui gradiuntur
in superbia percutiat cecitate: ne quan/
do (inquit) videant oculis: ⁊ auribus
audiant.

¶ Et nemo (ait) poterat introire in tem

plum donec ꝯsumarentur septem plage septem angeloꝝ. Hic locus est: vt dicamus: quare septem plage: ⁊ septem angeli. Diximus supius ad quintum tp̃s ecclesie ptinere ꝓprie effusionem phyalaꝝ: ⁊ qua rõne hoc tenendum sit: sufficiẽter expressimus. Et tñ qđ sepe notatum est: singule partes libri habent ꝓpria tpa deputata sibi: lz vniuersa tpa oibus partibus sint cõia: ſm q in ianua huius opis etiaz sub figura qnqz populoꝝ intimare curauimus. Quocirca ⁊ si proprium tp̃s effundentium phyalas iracundie dei: quintum est: sicut apostoloꝝ primum: martyꝝ scđm: doctoꝝ tertium: virginuz quartum: nihilominus tñ omnia tpa oibus sunt cõia: ita vt singulum tp̃s a primo vsqz ad septimuz: habeat in se aliqd qđ ptineat ad pastores: aliquid qđ ad ceteros ordines: nimiꝝ: qꝛ vnusquisqz istoꝝ ordinum a primo tpe vsqz ad septimum per successionez pdurat. Que: vz: successiones singuloꝝ ordinum: qꝛ per singula tpa variant: accidit vt singulus ordo in septem portionibus distinguatur. Et quãuis ipse vnus sit: multiplicitatem tñ per successionez recipiet. Hac pro causa: vt prima pars sub specie septem angeloꝝ: septem ecclesiarum: tertia sub specie septem angeloꝝ tubis canẽtium: septem tpa ecclesiastica vniformiter tangit: ita quinta pars sub specie angeloꝝ effundẽtium septem phyalas: singulis tpibus: singulis angelis deputatis. In singulis enim tpibus precedere oportuit patientiam: ⁊ seq zelum: qꝛ nulli deesse visum est: qđ non esset pro tpe tollerandum: ⁊ in fine puniendum: sicut ⁊ in quolibet hoie qui longo tpe expectatus: parui pendit apprehendere disciplinam. Hec igitur causa est: quare septem angeli esse dicũtur qui egressi sunt de templo ad effundẽdas septem phyalas iracundie dei. Et quare septem phyalas: aut septem plagas habere scribuntur: cum omnes sint vnius ordinis: ⁊ vnius potestatis. A quo sensu: nec illud discrepat: qđ ait dñs per Moysen: Percutiam vos septies ꝓpter peccata vestra: nimiꝝ: qꝛ septem sunt tpa: vel potius sex: sed duplex sextum: que data sunt ad penitentiam populo dei. In qbus ⁊ electi pcutiuntur vt ꝓficiant: ⁊ reprobi ne excusationem habeant de peccato suo: ⁊ vt reueletur illoꝝ ꝯsumata malitia in charitate istoꝝ. An forte non est ex charitate zelus isti: qꝛ corripit: qꝛ increpat: qꝛ flagellat: qꝛ (vt id qđ grauius est) inferam: eodem seruenti zelo cõmotus Petrus Ananyam ⁊ Saphyram tpaliter occidit? Absit. Quis enim magis irascitur sup insipientia adolescentis q̃z pater: qui amplius amat eum? Quis magis indignatur aduersus leuitatem puelle: q̃z sponsus: qui nimio amore alligatus est illi? Non ergo qꝛ dñs odit populum suum: pcutit eos his plagis que duriores sunt ceteris: sed vt ꝯuertantur ⁊ viuant: ⁊ si viri impij semp proficiant in peius: ⁊ odio habeant gratis eum qui dilexerit illos: eripiẽs eos de potestate principis tenebraꝝ: ⁊ redimens in sanguine suo. Igitur velint: nolint reprobi: opz electos dei facere zelum dei: ⁊ increpare durius eos qui nolunt ꝯuerti: ⁊ effundentes sup eos phyalas iracundie dei. Nam sequitur.

Ubicunqz notandum.

Regula communis

Cap. 16 Tex. 1

¶ Et audiui vocem magnam de templo dicentem septem angelis. Ite, & effundite septem phyalas iræ dei in terram.

¶ Uox magna audita est de templo: dicens septem angelis: vt effundant septem phyalas ire dei in terram: qꝛ de vtroqz testamẽto habet manifesta significatio: q debeãt viri spirituales effundere zelum suuz sup eos qui vsqz in finez terreni sunt: ⁊ terrena ꝯcupiscunt: etiam si eoꝝ aliqui ſm fictam speciem celestes esse videantur. Qꝛ enim pro diuersitate ordinum: in qbus carnales hoies mentiri deo per fictum habitum aut tonsuram noscunt: in sequẽtibus sup mare: ⁊ super fontes aquaꝝ: necnon ⁊ in solem: ⁊ in aerem: phyale aliquoꝝ angeloꝝ effuse fore scribuntur: ne qs nomine se

lis aut aeris aliquos celestes vires crederet designari. Hic non vni tantum angelorum: sed omnibus generaliter dictum est. Ite ꝛ effundite phyalas ire dei in terram. Et benedictum est. Ite: q꜡ qui mouentꝰ ꝑ zelum dei a tranquillitate animi sui: illuc ire videntur: vbi ante non erant. Et rursum qui post quietem silentij sui: vrgente amore dei sui: egreditur vt loquatur verbũ: ꝛ increpet delinquetes: ire dicitꝰ: q꜡ nisi aliquantulum deserat quod tenebat: vt eat ad aliud: in quo ante non erat: non potest facere nisi id quod prius: silere: legere: psallere: ꝛ orare assidue deum suum. Sed necesse est vt aliquando eat: quia vox magna que auditur de templo: eum quiescere non permittit: Eunt ergo angeli: quia vox audita compellit: ꝛ effundunt singuli phyalas suas vnusq̃sq̧ in ordine ꝛ in tempore suo. Nam sequitur.

¶ De primo angelo effundẽte phyalam.

Tex.2 ¶ Et abiit primus angelus, & effudit phyalam suam in terram, & factũ est vulnus seuũ ac pessimum in hominibus qui habent caracterem bestiæ, & in eos qui adorauerunt imaginem eius.

¶ Ecclesia primitiua que collecta est i iudea de circuncisione: sicut alibi iam scripsimus dicta est terra: siue q꜡ de populo terreno collecta est: siue q꜡ ipsamet terrena moysi precepta cõplectẽs: noluit vsq̧quaq̧ cõsurgere ad celestia verba: ꝓp quod viri spirituales qui fuerunt in ea assumpserunt zelum pro nomine dei aduersus eam: impropærantes illi duritiaꝫ suam: sicut ex verbis epistolaꝝ pauli: ꝛ libri actuum apostoloruꝫ perpendi potest: ex quibus est illud quod dicit isdem paulus: propter itroductos falsos fratres qui venerunt explorare libertatem nostrã: ꝛ periculis in falsis fratribus ꝛ alio loco. Videte canes: videte malos operarios: videte concisionem. Sic igitur zelantibus viris spiritualibus aduersus ecclesiam illam: que dicta est circũcisionis: factum est seuum vulnus ac pessimuꝫ in hominibus qui habebant caracterem bestie ex adorauerunt imaginem eius: q꜡ hii qui sic volebant vocari christiani vt tamen liceret eis carnaliter viuere ꝛ ambulare secundũ desideria vite huius: quod est habere caracterem bestie: hoc est: voluntatẽ carnis: que est contraria verbo crucis ꝛ obseruare doctrinam phariseorum: quod est adorare imaginem ipsius: non ferentes correctionem iustoruꝫ: seuo ac pessimo vulnere doloris sauciati sunt. Unde eisdem carnalibus hominibus velut in rabiem ꝛ furorem versis: insanabilis facta est plaga eorum: ita vt non nulli relicta penitus fide christi quasi canes ad suum vomitum redirent ad iudaysmum segregantes se a cõfessoribus christi: tanq̃ꝫ ab immundis ꝛ incircuncisis: ꝛ sociantes se iterum hominibus blasphemis qui fuerant consentiẽtes mortis eius: ꝛ comparticipes eorum qui fuderant cruorem ipsius. Diximus enim superius cum ageremus de sepe scripta bestia: q̃ ab herode primo qui occidit innocẽtes pueros (inchoata est: ꝛ primum caput ipsius fuit synagoga iudeoruꝫ: cuius recte arguitur accepisse caracterẽ ꝛ adorasse imaginem illius falsi christiani: qui relicta libertate que est in christo iesu: carnalia eius exẽpla ꝛ doctrinam pestiferam acceperunt.

¶ De secũdo ang lo effundẽte phyalaꝫ.

¶ Et secundus angelus effudit phyalam suam in mare. Tex.3

¶ Sicut in terra ecclesia circuncisionis: ita in mari ecclesia gentium designata est. Claruit autem hec ecclesia secũdo tempore predicantibus fidelibus verbum dei: secundum quod acceperant a sanctis aposto

lis. Aſſimilata autem mari propter amaritudinem cordis ⁊ fluctuationem infidelitatis: in qua multo tempore detenti fuerant: hoc eſt a diebus Japhet vſqꝫ ad chriſtum: quod tamen benedicente domino: vt prius terra benedicta ex iſrael protulerat ligna fructifera: ita ⁊ ipſum ad vocem predicantium verbum crucis: protulit electorum piſcium multitudinem copioſam: dicente de hoc domino predicatoribus primis. Venite poſt me: ⁊ faciam vos fieri piſcatores hominum. Verum q: ⁊ in ipſa collectione fidelium non defuerunt multi qui ſequerentur nicholaum: vnum de ſeptem diaconibus primis a quo propagata eſt ſecta nicolayterum: ⁊ qui redirent velut ſus lota in volutabrum luti: ſicut ⁊ apoſtata Julianus ⁊ qui tempore crederent ⁊ tempore temptationis recederent: ſicut multi qui defecerunt in perſecutione: ⁊ qui ita vellent ſeruare fidem chriſti: vt tamen liceret eis viuere in immundicia: ſicut gentes que ignorant deum: nō potuerunt deeſſe in domo dei viri ſpirituales: qui videntes huiuſcemodi abhominationes: non effunderent ſuper populum zelum ſuum: ſiue quia ipſi reprobi corrigi nolent a peccatis ſuis: ſiue quia electi coinquinarentur ab eis: ſuſtinentes ⁊ diſſimulantes iniquitates ipſorum. Predixerat enim beatus paulus futuros eſſe tales homines in eccleſia dei ita dicens. Ego ſcio ꝙ intrabunt poſt diſceſſionem meam lupi graues in vos non parcentes gregi: ⁊ ex vobis ipſis exurgent viri loquentes peruerſa: vt adducant diſcipulos poſt ſe. Sed ⁊ petrus in epiſtola ſua: ſimile aliquid preſcripſit dicens. Fuerunt in populo pſeudo prophete ſicut ⁊ in vobis erunt magiſtri mendacij qui introducent ſecta perditionis: ⁊ multi ſequentur eorum luxurias: per quos via veritatis blaſphemabitur: ⁊ in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. Et hoc quidem ⁊ alia multa que poſtea acciderūt: predicta ſunt a ſanctis apoſtolis in ſpiritu prophetie: vt non ſcandalizarentur electi: quando viderent ea opere conſumari. Ceterum multitudo maxima eorum qui ſteterunt in fide quam cito abierit retrorſum ab eo quod traditum erat illi: ſancto mandato: teſtatur ille qui ſcribit hyſtoriam eccleſiaſticam in loco illo vbi incipit agere de perſecutione Diocletiani: ⁊ Maximiani ita dicens. Ubi ex multa libertate multa que indulgentia viciati ſunt: mores: ⁊ diſciplina corrupta eſt: dum alter alteri inuidemus: ⁊ alter alteri derogamus: dumqꝫ nos inuicē mordemus: ⁊ incuſamus: ⁊ malorum per ſingulos cumulus intumeſcit: diuina prouidentia iacturam diſcipline populo ſuo illatam ex plurima pace ⁊ nimia ſui leuitate proſpiciens aggreditur primo ſenſim refrenare lapſantes. Et paulopoſt. Sed cū nullus ex hoc clementie eius intellectus populis redderetur: quin potius velut ignorantes deum: abſqꝫ diuina prouidentia res agi ducerent: ⁊ per hoc eo magis perſiſterent in malis ſuis: atqꝫ ipſi qui duces populi videbantur: ⁊ principes diuini mandati immemores effecti: aduerſum ſe inuicem contentionibus: zelo: liuore: ſuperbia: inimicicijs: atqꝫ odijs inflammarentur: ita vt tyrānidem potius q̄ʒ ſacerdotium ſe crederent exercere: tunc demum ſecundum vocem Jeremie obſcurauit dominus in ira filie ſyon: ⁊ deiecit de celo gloriam iſrael: nec rememoratus eſt ſcabelli pedum ſuorum in die ire ſue. Et poſt aliqua. Non eſt noſtrū deſcribere quanta in ſacerdotes dei iniuriarum genera collata ſunt: ſicut ne illud quidem noſtrū duximus exponere ſigillatim: quanta prius inter chriſtianos rabies diſcenſionis exarſit. Hoc ſolum hyſtorie tradere licuit: ꝙ iuſto dei iudicio ⁊ neceſſaria correctione diuinam ſenſimus manum. Neqꝫ enim refert remedium pro

Nota.

ferre pro quibus vel turbo perſecutionis inuectus eſt: vel quos: quantoſq; infidelitatis procella demerſerit. Sed illa commemorabo: que vel nos ipſos dicentes: vel alios edificent audientes: ⁊ infra. Illos qui ⁊ multo plures fuerunt quos metus oppreſſit: ⁊ ante congreſſionem ſolus terror eliſit: preterire melius puto. Uerum hoc commemorare libuit: vt ſciamus non defuiſſe culpam: tempore ſanctorum martyrum populo chriſtiano: pro qua viri ſpirituales effundere ſuper eos phyalaz iracundie dei: non immerito debuiſſent: ne quis putet fideles illius temporis omnes in perſecutione ſtetiſſe: aut ante perſecutionem: omnes ſanctos ⁊ iuſtos fuiſſe: quia multos legit in perſecutione paganorum martyrij gloria coronatos. Quia igitur multis modis preuaricatus eſt: non ſolum populus: ſed ⁊ clerus: effuſa eſt ſuper eos phyala iracundie dei: vt ſcirent experimento hi qui nollent conuerti ab erroribus vie ſue. Quid illud eſſet quod apoſtolus dicit gentili. Si deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat. Nam ſequitur.

Tex.4 ¶ Et factus eſt ſanguis tanquã mortui, & omnis anima viuens mortua eſt in mari.

¶ Non nulli quando increpantur: dolẽt ꝙ ſe vlciſci aut metuunt: aut nõ poſſunt. Et hoc precipue accidit illis: qui zeluz dei habent: ſed non ſecundum ſcientiam. Qui autẽ volunt honorari in populo ſicut nõ nulli clericorum: ſi quando increpãtur publice de vitijs ⁊ peccatis ſuis: ſeu etiaz quibuſcunq; erroribus de quibus correcti ſecretius emendari noluerunt: pre confuſione ⁊ rubore: emoritur cor eorum: ⁊ recedit ab eis penitus calor ſpei: delinquentibus in ſeipſis: ⁊ abijcientibus timorem domini a conſpectibus ſuis. Et quia multi erant in illo curſu temporis: qui confitebantur ſe noſſe deum: factis autem negabant: vbi viri ſpirituales ceperunt eos increpare de erroribus ſuis: quidam ſanguis accidie procreatus eſt in cordibus eorum: per quẽ mortua eſt omnis anima que viuebat in mari. Quare hoc? Quia homines animales qui ſe putabant aliquid magni agere: quia receſſerant a cultura ydolorum: ⁊ nolebant recedere a vitijs ⁊ a peccatis: mox vbi viri ſpirituales increpabant aliquos eorum ſcandalizabantur dicentes. Et ſi ſalui eſſe non poſſumus in fide chriſtiana: quid nobis profuit receſſiſſe a cultura ydolorum? Omnis ergo anima viuens mortua eſt in mari: quia animales homines qui neſciunt que ſunt ſpiritus dei: ſi compelluntur deſerere id quod amant: etiam parum id quod habent in deum: fidei: ⁊ ſpei: ⁊ deuotionis amittunt. Unde ⁊ cõpetenti iudicio traditi fuerunt in temptatione: vt qui ſine iuſtitie opere pacis tempore gloriabuntur: de fide: fuiſſe mortuam fidem illorum temptationis tempore probaretur. Et notandum ꝙ hoc vniuerſale omnis: vel omne: non ſemper in diuina pagina pro toto: ſed pro maiori parte accipiendum eſt: ſicut e diuerſo hoc: nomen: nemo: non eum ſemper intellectum facit: quem facere videtur: ſed alium. Si enim hoc nomen: nemo: ſemper pro nemine accipiendum eſſet: dicens ioannes baptiſta: in euangelio de chriſto. Et teſtimonium eius nemo accipit: nequaq; ſubiungeret. Qui autem acepit eius teſtimonium: ſignauit quia deus verax eſt. Et ſi ſemper hoc vniuerſale (Omne) vniuerſitatem reſpiceret nequaquam diceret dominus. Et ego ſi exaltatus fuero a terra: omnia traham ad me ipſum: ſed aliqua. Igitur ⁊ quod ait in hoc loco ioannes. Omnis anima viuens: non pro vniuerſitate credentium accipiendum eſt: ſed per in miſericordia multitudine eorum qui tempore eorum defecerunt in fide. Sequitur.

¶ De tertio angelo effundente phyalam

Tex.5 ¶ Et tertius Angelus effudit
phyalam suam super flumina,
& super fontes aquarum : & fa/
ctus est sanguis.

¶ Tertio tempore quod incepit a constã
tino immutatus est status ecclesie: propter
pacem ⁊ dominium quod datum est illi: ⁊
q: data est licentia christianis docere libe/
re filios suos: ita vt ordinato clero ⁊ mul/
tiplicatis discipulis viderẽtur e diuersis lo
cis ad irriganda corda fidelium: oriri qua/
si flumina ⁊ fontes aquarum: non iam pro
ferentes amaritudinem mundane sapien/
tie: quã perdidit christus: sicut prius aqua
maris: sed dulcedinez illius sapientie : que
de celo descendit. Sed quamuis istud nõ
defuit tamen iniquitas generi humano: p
qua nec isto modo reuocati ad iter: puniri
debuissent. Non nulli namq3 eorũ qui vi/
debãtur esse doctores i populo: p̃sũmẽtes
de cordibus suis: inter multa vera q̃ doce
re visi sunt: falsa aliqua ptulerũt: in qbus
⁊ de eadem cleri multitudine non solum
plurimos sequaces: verum etiam ⁊ defen/
sores i suis heresibus habere ceperunt: adeo
vt propter hoc scisma fieret in clero ⁊ i po
pulo dei: alijs stantibus pro veritate: alijs
defendentibus (quasi pro veritate) menda
cium. Cũq3 viri sancti arguerent eos ver/
bis pacificis q̃rentes reuocare ad iter: vsq3
adeo: vt legitur in hystoria ecclesiastica: in
ualuerunt heretici sacerdotes. vt multi p
consilium eorum occiderẽtur: ⁊ nouo post
victorias paganorum coronarentur marti
rio. Unde factum est vt tertius angelus ef
funderet phyalam suam: super flumina : ⁊
super fontes aquarum: hoc est super illos
episcopos ⁊ sacerdotes qui infecti erant er
rore arriano: ⁊ factus est sanguis: quia zelã
tibus viris spiritualibus aduersus prauos
doctores: procreatus est in cordibus eorũ
potus mortalitatis: d quo dicit apostolus.
Litera occidit : spiritus autem viuificat.
Mox enim vbi heretici increpant de do/
ctrina sua carnaliter ĩtellecta: indurãt cor
suum ⁊ obturant aures suas sicut aspis: vt
nolint ascendere ad spiritualem intellectũ
dicentes illos esse hereticos: qui alium in/
tellectum quã qui scriptus est: in testibus
librorum indicunt. Sed iusto dei iudicio
actu3 est: vt qui pro erroris sui defensione
catholicorũ sanguinem fuderunt: ipsi mor
talem potum doctrine carnalis que in lite
ra est: haurirent ignorãtes illud quod scri/
ptum est. Spiritus est qui viuificat : caro
autem non prodest quicq̃3. Unde ⁊ mox
subditur.

¶ Et audiui Angelum aqua/ Tex.6
rum dicentem. Iustus es, qui es,
& qui eras sanctus, qui hæc iu/
dicasti : quia sanguinem sancto/
rum & prophetarum fuderunt:
& sanguinem eis dedisti bibere,
vt digni sunt. Et audiui alterum
Angelum ab altari, dicentem.
Etiam domine deus oĩpotens ve
ra & iusta sunt iuditia tua.

¶ Angelus aquaru3 magnos illos: ⁊ spi/
rituales doctores designat: qui se opposue/
runt aduersus hereticos propter vera3 fi/
dem ostendentes intellectũ eorum esse san
guineum ⁊ carnalem: de quo dominus pe
tro. Beatus es inquit simon bariona: quia
caro ⁊ sanguis non reuelauit tibi. Et quia
nonnulli admirantur de iudicijs dei con/
querentes ad inuicem ⁊ dicẽtes. Si nos
credimus falsum quod putamus esse verũ
que culpa nobis est: aut que iniquitas? Ex
qua culpa id acciderit vt ita cecarẽtur cor/
da eorum: demonstratur cum dicitur. Qz
sanguinem sanctorum ⁊ prophetarum fu/
derunt: ⁊ sanguine3 eius dedisti bibere: vt
digni sunt. Humanum siquidem est : inci/
dere aliquando in errore3: sed persequi ca/

tholicos pro defensione erroris: ⁊ fundere illorum sanguinez (sicut fecerunt arriani) diabolicuz. Inde est: q correcti a viris spiritualibus: nõ fuerunt digni qui apprehẽderent disciplinaz: sed magis indurauerũt ceruices suas: vt contempta doctrina spirituali: eligerent ad defensionem erroris sui: intellectum habere: qui gustantibus inferre mortem. Et bene ait: q sauguinem sanctorum ⁊ prophetarum fuderunt: quia nõ solum pios sacerdotes ⁊ episcopos iuoluit persecutio arriana: verum etiã monachos ⁊ heremitas: in quibus erant non nulli habentes spiritum prophetie sicut legitur de sancto ioanne anachorita: ⁊ de sancto benedicto: q̃zuis ⁊ catholici doctores: prophete dici queant: quia futura predicunt. Et bene dicit angelus. Justus es: qui es: ⁊ qui eras sanctus: q ⁊ in veteri testamẽto ostẽdit se esse sanctum ⁊ iustum: reddẽs retributionez superbis: ⁊ in nouo similiter Angelus vero qui respondit ab altari ⁊ dixit. Etiam domine deus omnipotens vera ⁊ iusta sũt iudicia tua: catholicos episcopos puto designari congregatos in concilijs: q confirmantes scripturas sanctoruz: doctores hereticos dãnauerunt. Altare ⁊ enim de lapidibus fit segregatis ab alijs: ⁊ coniunctis in vnum locum. Sic ⁊ sancti episcopi segregati sunt secundum aliquid ab alia multitudine fidelium: vt ipsi qui sunt maiores in ecclesia decernerẽt: ꝯgregati in ꝯcilijs qd abijciẽdũ sit: qd tenendũ. Quasi ergo ab altari angelus respondit dicẽs. Etiam domine deus omnipotens: vera ⁊ iusta sunt iudicia tua: cũ ex ipso ordine episcoporum congregati sunt aliqui in concilijs: qui damnantes hereticam prauitatez ⁊ deum omnipotentem esse iustuz iudicẽ: ⁊ ꝓpria culpa homines ipsos incidisse in iudicium sanguinis qui sanguinem fuderunt testati sunt. Sequitur.

De quarto angelo effundẽte phyalaz.

Tex.7 Et quartus Angelus effudit phyalam suam in solem: & datum est illi æstu affligere homines & igne.

In sole sicut iam diximus designantur contemplatores: quorum est proprium relictis omnibus speculari faciez dei: ⁊ videre eum qui fecit nos. Hic ordo quarto tẽpore habuit conflictum cũ bestia: que ascẽdit de mari: quia iste castitatem predicat: ille luxuriam. Iste contemptum mundi: ille temporalem gloriam ⁊ mundanos honores. Sed quia ibi plerũqz ex occulta elatione: appetitus surripuit vane laudis: vbi manifesta religio prenotat sanctitatez: nec in ipso ordine tam preclaro deesse potuit: quod argueretur a sanctis viris: quia vana est profecto omnis regligio: que non est solidata: ⁊ fundata in radice humilitatis: etiam si pro sua excellentia videretur transcendere astra celi. Unde scriptuz est Gaudium ypocrite ad instar puncti: si eleuauerit caput suum vsqz ad nubes: quasi sterquilinium in fine perdetur. Igitur ⁊ super tales viros: si dissimulant corrigi dedit in diem: effunditur sicut ⁊ in ceteros phiala iracundie dei: quia tanto sunt qui eiusmodi sunt: durius increpandi: q̃zto illorum delictum: non tam homines tãgit: quam deum. Uerum quia se sanctos ⁊ iustos ⁊ digniores ceteris esse putant. tanto si increpantur ab aliquo: magis accenduntur in ira: quanto nihil esse putant vitam aliorum: qui se sicut ipsi extimant a vsu temerario increpare presumũt. Solent etiaz qui eiusmodi sunt conqueri concurrentibus ad se: ⁊ exponere illis vitam suam: vt sciant quia zelo inuidie ⁊ liuore odij arguũtur. Unde ⁊ plerũqz ꝯtingit: vt affligant homines estu ⁊ igne: ⁊ icipiãt estuare estu magno: q quia nihil est quod tã offendat corda carnalium: ⁊ quod tam eos cõpellat ad desperationem q̃z cum eos quos venerantur quasi sanctos: audiũt ab alijs quos bonos quidem esse putant: sed tamen impares meritis increpari: ⁊ ex eadem increpatione: inter eos quos sanctos esse crede/

bant: lites & scãdala generari. Dicunt eni. Si nobis erat spes & fiducia saluari posse orationibus istorum: & etiam si posse daretur: confugere ad illorum consortium: quo modo si isti salui esse nequeũt: qui tot & tã ta sustinẽt causa dei (nos qui peccatores su mus) misericordiam cõsequemur? Et hoc quidem dicunt carnales homines: secun dum quod ab ipsis ypocritis didicerunt: quia nesciunt inter corporalia & spiritualia vitia habere discretionez: & quia melior sit humilis seruitus: q̃z superba libertas. Inde est quod satisfacientibus eisdem ypocritis in exercitijs corporalibus: accendũtur ipsi carnales homines contra eos: qui zelãtur aduersus ipsos: diiudicãtes & blasphemantes illos tanq̃z inuidos & iracundos: & in ipsis omnipotentem deuz qui zelatur per eos. Unde & mox subditur.

Ypocrytis.

Tex. 8 ¶ Et extuauerũt hoĩes estu magno, & blasphemauerunt nomẽ dei hñtis ptãtẽ sup has plagas.

¶ Magno vt iaz dixi: estu estuant homines: cum illos audiunt increpari quasi homines perditos: quos ipsi ex multo tẽpore sanctos inter homines testati sunt: & ob hoc conuersi ad iniuriam eorum qui eos ypocritas esse dicunt: blasphemant spiritum domini qui habet potestatem super plagas istas: & dantis potestatem hominibus faciendi iudicium: vt sentiant plagas spirituales: quibus cuz possent resistere noluerunt. Sequitur.

Tex. 9 ¶ Neq̃z ægerunt penitentiam, vt darent illi gloriam.

¶ Cum arguunt ypocrite: q: querũt gloria ab hoĩbus: quos sibi q̃busdã familiaritatibus: & carnalibus amicitijs: aligantur: & nolũt cõuerti: oporteret ipsos homines qui decepti sunt ab eis penitentiaz agere: q̃ gloriam quam soli deo impẽdere debuerunt: impendunt hominibus morituris. Sed quia eos quos semel venerari ceperunt: confundunt deserere (re vera) q: homines sunt: non solum penitentiam non agunt vt dent gloriam deo: cui soli debet: verumetiam deteriores effecti in blasphemias ipsas prorumpunt dicentes. Isti homines nõ sunt ex deo: qui sanctos impius odiunt & persequuntur. Neq̃z enim aliuz blasphemare credendi sunt: q̃z ipsum spiritum sanctum: qui blasphemãt: quia increpant & quasi persequũtur ypocritas: quos ipsi putant sanctos homines spirituales: quia & illi quos arguit: dominus incurrisse spiritum blasphemie: nequaq̃z aperta cõtumelia blasphemauerunt spiritũ sanctũ: sed in belzebub (inquiũt) pricipe demoniorum eijcit iste demonia. Sequitur.

¶ De quinto angelo effundente phyalã.

¶ Et qntus ãgelus effudit phyalam suam super sedẽ bestiæ, & factũ est regnũ eius tenebrosum. T. 10

¶ Sicut in quatuor tẽporibus quatuor animalia claruerunt: & tamen in singulis ordinibus: multi sub ficta specie religionis abusi sunt gratia & misericordia deita in quinto tempore claruit generalis ecclesia: que est sedes dei: ordo. s. clericorum & conuentualium: de quo & septem isti angeli ad faciendum iudicium egressi sunt: & tamen nonnulli sub specie eiusdem sedis dei: facti sunt sedes bestie que est regnum antichristi regnãtis vtiq̃z a pricipio ecclesie i membris suis: eo q̃ non sint de illis clericis vel monachis qui vicerunt bestiam & ymaginem eius: sed de his qui victi sunt a bestia & ymagine: & numero nominis impius: adeo: vt deteriores sint: q̃z aliq seculares. Sicut (inquit augustinus) Nullos cõperi meliores: q̃z qui in monasterijs pfecerũt: ita nullos comperi deteriores: q̃z qui i monasterijs defecerunt. Et quoniaz supra modum qui eiusmodi sunt ambiunt regnare supra fratres suos: non immerito sublati a regno regis humilis: transeunt in regnuz eius: de quo dicit scriptura. Ipse est rex super vniuersos filios superbie. Queeũq̃z ergo canonice vel monasteria deuicte sunt a

bestia: seu ab ymagine ipsius: seu a nume/
ro nominis eius: sedes bestie facti sunt:
quia de talibus magis gaudet ille q dicit.
Isaias. Sedebo in monte testamenti: Et quoniaz
quo ad speciem habitus vnius ordinis es/
se videntur: cum eis qui effundunt super
eos phyalas iracundie dei: eo magis indi/
gne ferunt: q quasi a coequalibus incre/
pantur: non attendentes q habitus nõ ꝓ
sit: sed obsit: si hitus a vita discordet. Quo
circa effusa phyala super hanc sedem: essi
citur regnum eius tenebrosum: q2 ambi
tio ipsa p se cecat oculos eorum ne videãt:
ꝛ od ũ quod ꝯcipiũt cõtra eos qui se incre
pant: omnino aufert lumẽ ab oculis eoꝝ:
dicẽte ioãne cuius est liber iste: in epistola
sua: q odiũ obcecat mẽtẽ. Qui odit fratrẽ
suũ in tenebris est. ꝛ in tenebris ambulat:
ꝛ nescit quo eat: quoniã tenebre obcecaue/
runt oculos eius. Et quoniã qui eiusmodi
sunt: si quando impediti a viris spirituali
bus: nõ possunt obtinere quod cupiũt pre
nimio dolore cordis in detractionẽ eoꝝ q
se increpãt, prius erũpũt recte subiũgit.

T.11 ¶ Et cõmanducauerũt linguas
suas præ dolore.

¶ Lingue ꝛ enim populi recte illi dicun
tur quibus data est: illa gratia que significa
ta est in liguis que apparuerunt apostolis:
vt habeant ignem zeli dei: ꝛ ardorẽ loquẽ/
di: nõ volentes sub silentio preterire iniu/
rias dei sui. Sed quia nesciunt filij belial
sustinere vstionem medicine: tacti intrinse
cus dolore impatientie sue: quasi commã
ducãt linguas suas: dũ nõ metuũt detrahe
re de viris sanctis q lingue ex dono gra/
tie dicti sunt: vt per minora peccata ad ma
iora ptrãseant. Qui. n. sustinẽt patiẽter ꝛ iu
ste se argui cõfitent. paulo post: si perseue/
rãt in patientia: superueniẽte gratia: inue
niũt ꝯsolationẽ: ꝛ ꝯsolati benedicunt do/
minũ: qui saluat sperantes in se. Qui vero
impatientes sunt ad verbũ: primo quidez
laniãt dẽtibus correctores suos: deide cre
scẽte ipatiẽtia ꝛ malitia: vsq3 ad blasphemi
as: creatoris erũpũt. Unde ꝛ hic subdit.

¶ Et blasphemauerunt deum T.12
cœli & terræ præ doloribus, &
vulneribus suis, & non egerunt
penitentiam ex operibus suis.

¶ Blasphemauerunt inquit deum celi:
ꝛ terre. Blasphemauerũt qui coronat san/
ctos suos pro operibus bonis ꝛ saluat pec
catores penitentes per misericordiam suã.
Blasphemauerunt autem illum pre dolo
ribus ꝛ vulneribus suis: q2 si non a princi
pio resistitur concupiscentijs: duz tempo/
re est penitendi ad extremum multiplica/
tis doloribus: quia nõ licet quod libet: ita Nota.
sagittis temptationum interiora cordis sui
vulneravi contingit: vt plerũq3 ꝛ inuitus Mors
rapiatur animus ad blasphemiam: ꝛ que/
rens penitentie aditum: inuenire non pos
sit. Ergo stulti sunt qui differunt de die in
diem: quia qui promisit misericordiaz pec
catori quacunq3 hora peniteat ex toto cor/
de suo: dare se semper peccantibus affectũ
penitentie non promisit. Unde ꝛ p semet/
ipsam veritas dicit. Contendite intrare ꝑ
angustam portam: quia multi dico vobis:
querent intrare ꝛ non poterunt. Sequit.

¶ De sexto angelo effundente phyalam.

¶ Et sext9 ãgelus effudit phya T.13
lam suam in flumẽ illud magnũ
eufratẽ & siccauit aquas eius vt
ꝑparet via regibus ab ortu solis.

¶ Nuncusq3 zelus dñi i domo eius exarsit:
puniẽs eos q videbant esse de familia sua:
ꝛ de ordinibus pfectoꝝ: vt impleret illud
apostoli petri. Tempus est vt incipiat iu
diciũ de domo dñi. Nũc sup eos q irregu
lares sunt ꝛ mũdani sicut sunt milites ꝛ
negotiatores terre: ꝛ vniuersi q videt esse
quo ad opa filij huius mundi oportet effũ
di phialam iracũdie dei: quatenus inchoa
to tempore sexto: sentiant saltem exterius
plagam: quam intus pro cõsueta cecitate

grauioris plage vulnera sentire non pos/
sunt. Scimus enim ꝙ flumen eufrates in
fluebat quondã opulentissimã illaꝫ ciuita
tem que dicebatur babylon: ⁊ dictum est
inferius in hoc libro: ꝙ aque multe super
quas meretrix sedet: sunt populi multi. Si
auteꝫ aque huius fluminis quod vocatur
eufrates: populi sunt: ⁊ gẽtes ⁊ lingue que
parent romano imperio: siquidem ciuitas
romana ipsa est noua babylon: quid est: ꝙ
ad effusionem phyale siccantur aque eius:
nisi q: pro eo ꝙ ipsi qui presunt non suspi/
ciunt correctionem: iusto omnipotẽtis dei
iudicio debilitant vires eoꝝ: vt deficien/
tibus exercitibus suis: non sit q resistat re
gibus: ⁊ tyrannis: qui sicut in sexta parte
plenius cõtinetur: venturi sunt: ad percu
tiendum regnum ipsius babilonis? Qui
autem dicitur ab ortu solis. Arbitror ad
literam esse intelligendum: vt vꝫ a parte
orientali incipiet tribulatio: sicut ⁊ factum
est: hoc est ab illa prouintia: vbi (vt tanga
mus ⁊ spiritum) ortus est verus sol: ⁊ vn/
de ad occiduas mundi partes lumen euã/
gelice predicationis illuxit. Sequitur.

Tex.3 ¶ Et vidi de ore draconis, et de
ore bestiæ, et de ore pseudo pro
phetæ exire spiritus tres immũ/
dos in modum Ranarum. Sunt
enim spiritus demoniorum fa/
cientes signa: & procedent ad
reges totius terræ congregare il
los in preliũ ad diem magnum
dei omnipotentis.

¶ Post desolationem romani imperij: re
uelabitur ille iniquus que extollitur ⁊ ad/
uersetur super omne quod dicitur deus:
aut quod colitur. Habebit autem in comi
tatu suo militiam hominum perditorum:
designatam in bestiam que ascendit de ma
ri: ⁊ cateruam falsorum clericorum: ⁊ qua/
si prophetarum suorum designatam in be/
stia que ascendit de terra illa. s. bestia q̃ vo/
catur pseudo propheta: ⁊ exibunt de ore ip Basi.
sorum: spiritus demoniorum ad facienda
signa vt conuocent reges infideles ad eua
cuandum regnum christi: vt ipse qui tene
bit locum draconis: ⁊ in eo ipse draco: pos/
sit extimari deus: ⁊ adorari ab hominibus
tanq̃ꝫ ipse sit deus. Et illorum quidem in/
tentio: talis erit ⁊ propositum ⁊ voluntas.
Uerumtamen ad diem magnum domini:
congregandi sunt vniuersi: quia ꝓpe erit
dies domini: prope ⁊ velox nimis: in qua
⁊ erubescent infideles pro omnibus erro/
ribus suis: Qui autem ait in moduꝫ rana/
rum: immunditiam ⁊ falsitatem eorum ex
primere voluit: vt sciant electi quales spiri
tus erũt: per quos perditi homines factu/
ri sunt illa signa: ⁊ non scandalizentur ad
ostensionem eorum. Rana eniꝫ cum infla/
tur: mentitur se esse quod non est. Sic ⁊ si
gna illa mendacia erunt: ⁊ nihil veritatis:
aut vtilitatis habentia. A tempore autem
illo quando ista fient: incognita erit dies
⁊ hora quãdo veniet dominus. Naꝫ ꝙ an
teq̃ꝫ reueletur filius perditionis: nõ sit do
minus venturus ad iudicium: non solum
testatur apostolus in epistola ad thesaloni
censes: verum etiam obsecrat ne decipiã/
tur ab aliquo ne hoc credãt: dicẽs ita. Ro
gamus vos fratres ꝑ aduentuꝫ domini no
stri iesu christi: ⁊ nostre congregationis in
ipsum: vt non cito moueamini a sensu ve/
stro: neqꝫ terreamini: neqꝫ per spirituꝫ: ne
qꝫ per sermonem: neqꝫ per epistolam tan/ T.17
quam per nos missam: quasi instet dies do
mini. Nequis seducat vllo modo: quoniaꝫ
nisi venerit discessio primum: ⁊ reuelatus
fuerit homo peccati filius perditionis: qui
aduersatur ⁊ extollitur supra omne quod
dicitur deus: aut quod colitur: ita vt in tẽ/
plo dei sedeat: ostendens se tanq̃ꝫ sit deus.
Igitur aperte liquet ꝙ anteq̃ꝫ reueletur fi
lius perditionis: non veniet dominus ad
iudicium. Postq̃ꝫ autem ille reuelabitur:
incerta erit dies ⁊ hora quãdo veniet qua
si fur reddere vnicuiqꝫ secundũ opera sua.
Unde ⁊ hic subditur.

¶ Ecce

T.14 ¶ Ecce venio sicut fur. Beatus
qui vigilat & custodit vestimen
ta sua ne nudus ambulet: & vi-
deant turpitudinem eius.

¶ Qđ non ꝓsequitur in hoc loco Joan-
nes inchoatam orationem: sed ea inconsu-
mata ꝛ intercisa dñs ipse loqtur: dicens.
Ecce venio sicut fur. Furtiuum ipsum sui
ipsius: subitum ac terribilem designat ad-
uentum: quem nemo nouit: nisi solus pa
ter. Non enim ptinuit ad Joãnem dicere
quo tpe: ꝛ qua hora vẽturus sit dñs ad iu
dicium: sed eo loquente: ꝛ premuniente fi
deles de malis que ventura sunt circa fi-
nem seculi: ipsemet dñs loquitur ꝛ dicit.
Ecce venio sicut fur: vt intelligamus: qꝛ
cum viderimus ꝯsumari verba que loqui
tur Joãnes in capitulo isto: prope erit dies
dñi ꝛ aduentus maiestatis ipsius adeo vt
ex illa hora: oporteat electos esse suspensos
ꝛ preparatos ad aduentum iudicis: nesciẽ
tes qua die ꝛ qua hora venturus sit ad iu-
dicium: sicut factum est in diebus Loth: ꝛ
in diebus Noe. Quocirca illi soli beati
erunt: qui postpositis omnibus curis mũ
di: vigilant ꝛ custodiunt mandata dei: ope
rantes sibi vestimenta iustitie: ꝛ custodien
tes ne nudi appareant ab opibus bonis in
tante presentia maiestatis: ꝛ ꝯfundantur si
cut Adam: vidẽtibus vniuersis turpitudi
nem suam ꝛ peccatoꝝ suoꝝ. Est enim tur
pitudo peccatum discoopertum: peccatum
qđ non tegit vestimento salutis: illo vtiqꝫ
Psal. vestimento: de quo dicit psalmista. Sacer-
dotes tui induantur iustitiam. Quocirca:
beati illi quoꝝ remisse sunt iniquitates: ꝛ
Psal. quoꝝ tecta sunt peccata. Beati qui per di
gnos fructus penitentie recupant vestem
iustitie quam amiserunt: sicut econtrario:
veh illis erit quoꝝ corda grauantur in cra
pula: ꝛ ebrietate: ꝛ curis huius vite: ꝛ in-
ueniet illos repẽtina dies illa: qꝫuis exem-
plum qđ dictum est a dño de diluuio: ma-
gis de iudicio precedenti: qđ erit in interi
tu Babylonis intelligendum sit: sicut ꝛ il
lud qđ dixerat apostolus in precedenti epi
stola ad thesalonicenses. Cuꝫ dixerint pax
ꝛ securitas: tunc repentinus super eos ve-
niet interitus: quasi dolor in vtero haben
ti: ꝛ non effugiet. Sequitur.

¶ Et congregabit illos in lo- T.15
cum qui vocatur hæbrayce, ar-
magedon.

¶ Expleto verbo dñi dicentis. Ecce ve-
nio sicut fur: repetit Joãnes qđ intermise
rat impfectum: ꝛ dicit Et ꝯgregabit illos
in locum qui dr hebrayce armagedon. No
tandum vero: ꝙ nõ ait: ꝯgregabunt: illos
reges. s. terre: de qbus sermo erat: sed ꝯgre
gabit: qꝛ ꝛ si spirituuꝫ immundoꝝ erit con Ps. 2.
gregare illos in prelium aduersus dñm: ꝛ
aduersus Christum eius: ipsius tñ Chri-
sti erit ꝯgregare illos in locũ artum: quem
ipsi penitus ignorabunt vt prelietur ipse:
iuxta illud Zacharie prophete: aduersus Zacha.
eos: sicut preliatus est in die certaminis.
Puto autem nomen loci: qđ vocatur he-
brayce: armagedon: esse significatiuũ: sicut
ꝛ vallis Josaphat: sed non occurrit mihi
adhuc interpretatio ipsius nominis: cui da
re possem fidem: vt scirem qd sonet in lin
gua nostra. Si cui autem occurrerit prius
qꝫ mihi: puto ꝙ ex ipsa interpretatione no
minis queat: ꝙ ad rem faciat plenum ca-
pere intellectum. Sequitur.

¶ De septimo angelo effundẽte phyalã.

¶ Et septimus angelus effudit T.16
phyalam suam, in aere, & exiuit
vox magna de templo a throno
dicens, factum est.

In sex precedentibus effusionibus:
ꝑseuerauit mundus in malitia sua: ꝛ
mansit inuincibilis ꝛ induratus nolẽs ac
cipe disciplinam. In septima autem pcus-
sione: emarcescet in semetipso: ꝛ desinet se

pbēre: percussa prius fornicaria Babylo/
ne: que de vino prostitutionis sue: potauit
omnes gētes. In sexto autem tempore fiet
vtrunqz: precedet enim sextus angelus: ꝛ
effundet generaliter phyalam suam ꝯtra
omnes reprobos: qui ꝛ protinus percussi
exterminabūtur de terra: ꝛ mox sequetur
septimus effundēs ꝛ ipse phyalam suam
super electos: quatenus si que macule ad/
heserunt eis de communione Babylonis
purgentur ꝛ dealbentur super niuem: hoc
quoqz modo in ꝑcussione septima: cesset
plaga domini a populo suo: ꝛ relinquatur
de cetero sabbatismus populo dei. Igitur
in aere spiritualis illa ecclesia designatur:
que relinquetur velut mūda seges: excisis
de terra spinis: ꝛ tribulis: ꝛ cunctis reli/
quijs Babylonis. Assimilatur autem ae/
ri: qꝛ nihil iā3 sapiet: sicut modo terrenu3
atqz carnale: sed sublimata velut a terra:
munditia: virtute: ꝛ sanctitate: vite angeli
ce appropinquabit. Sed ꝛ si qua sordida
nebula antique ꝯuersationis fedabit: illam
ad effusionem phyale septimi angeli mun
dabitur a delictis suis: ꝛ erit sancta ꝛ im/
maculata quasi sponsa ꝛ ornata viro suo.
Propterea exiuit vox magna de templo a
throno dicens. Factum est: qꝛ manifesta in
telligentia egredietur: de vtroqz testamen
to: ꝛ ex ore totius ecclesie que est thronus
dei: que docebit oīa esse ꝯsumata: nihilqz
supesse de reliquo: nisi vt vnusqsqz ꝓpriaz
mercedem accipiat ſm suum laborem.

¶ Explicit qnta pars libri. Incipit sexta.



Uinqz precedenti/
bus partibus dili/
gēter inspectis: ſm
qꝫ notare curaui/
mus in summa li/
bri: inuenimus qua
tuor generales or/
dines: designatos
in quatuor anima/
libus: habuisse con

flictum cum quatuor bestijs: quas scribit Dani.
Daniel: singuli per singula tempora specia
liter: ꝛ tñ omnes simul ab ipso principio
generaliter. Deinde in quinto tempore se/
dem dei (hoc est) ecclesiaz generalem: que
dicta est in spiritu Hierusalem: cum eccle/
sia malignātium: que vocatur Babylon:
quatenus complens quinqz prelijs istis: re
cipiat vtraqz ciuitas in successione sue pro
lis ſm opera sua: ꝛ appareat qd differat in
ter iustos ꝛ impios: non modo in futuro
seculo: verumetiaz in hac vita presenti. Ut
autem quatuor animalia pertinent ad se/
dem dei: ita ꝛ quatuor bestie ad sedem
Sathane: quia ꝛ ciuitas celestis a qua/
tuor partibus: habet muros suos: ꝛ ciui/
tas nihilominus infernalis: que illi velut
ex opposito ꝯtraria semper existit. Igitur
completis quinqz prelijs in temporibus
suis: opz Babylonem recipe ad plenum
sexto tempore mercedem erroris sui. Hie/
rusalem autez mercedem bonam ſm suuz
laborem: iuxta qd aperte ostēditur in hac
sexta parte: de qua in hoc presenti volumi
ne tractaturi sumus: ꝛ ostēsuri qꝫ infelices
sint filij huius mundi: ꝛ omnes qui ambu
lant in superbiam carnis: sed ad rem ve/
niamus.

¶ Incipit distinctio prima.

¶ Et facta sunt (inquit) fulgura, c.17
& voces, & tonitrua. Et terremo
tus factus est magnus, qualis nū/
quam fuit ex quo homines fue/
runt super terram, talis terre mo
tus sic magnus.

Quando vult deus per successiones
temporum mutare statum ecclesie:
vt alia post alia ſm quod scriptum est con
sumentur: precedunt ante annos aliquot
fulgura miraculoꝝ: voces exhortationuz:
tonitrua spiritualium eloquiorum siue vt
somnolenti quiqz ac desides excitentur a

somno mortis: siue vt tam ipsi ꝗ͂ alij in/
telligant: ꝙ nouum aliquid facturus sit
dominus super terram. Puto autem ꝙ
hec signa ceperunt iam olim precedere in
temporibus nostris. Nam ⁊ viri sancti pre
cesserunt nos ante non multos annos:
qui miracula facerent: ⁊ qui verbis exhor
tatorijs non paucis populum domini ad
penitentiam prouocarent: si tamen fue/
runt aliqui qui audirent: ⁊ recogitarent: ⁊
dicerent in corde suo: quid est hoc: vt qui
norunt dijudicare faciem celi ⁊ terre: si/
gna quoqꝫ temporum presentirent. Sed
quia dura ⁊ terrena corda hominum: non
possunt sentire nisi virgam: ecce percus/
sio satis grauis sequuta est in populo ne/
quam: ecce terremotus factus est ma/
gnus: mota sunt quippe sunt corda popu
lorum ex his que acciderunt: ⁊ commo/
ta sunt a mari vsqꝫ ad mare: in omni po/
testate ⁊ regno occidentalis ecclesie: que
aliquid adhuc esse videtur: zelantibus
vniuersis pro iniuria regis sui: ⁊ cupien/
tibus vlcisci de gentibus infidelibus: qui
ablato signaculo fidei nostre: polluut vsqꝫ
adhuc templum sanctum eius: zelati sunt
multi ⁊ moti sunt: non solum animo: sed
⁊ corpore. Quare ergo non profecerunt?
Puto pro eo ꝙ in zelando: non rectum
ordinem tenuerunt. Oportuerat enim il/
los considerare primo: quam ob causam:
T.17 id passi sumus: quam ob causam tradita
sint sancta nostra in manus extraneas: in
manus gentium infidelium que ignorant
deum: ne forte qui fecit aliquando flagel/
lum: de resticulis: ⁊ eiecit de templo ven/
dentes ⁊ ementes: ipse nunc pro simili cul
pa congregauerit gentes in congregatio/
nem vnius fascis: ⁊ vtatur eis pro flagello
contra nos eijciens nos iterum de domo
sua: que facta est a populo speluncha latro/
num. Quid enim si gentes infideles per/
mittuntur possidere ad tempus domum
ipsam de qua nos turpiter eiecti sumus:
vt ostendat dominus in nobis qui non ser
uamus promissum: multo amplius fore

pollutam ꝗ͂ in eis qui nihil promiserunt:
si quo modo ꝯfundamur: vel isto modo: ⁊
agnoscamus vel sero reatum nostrum?
Prius enim oportebat nosipsos pugnare
contra nos: vt pugnaremus fletibus deli/
cta nostra: ⁊ sic premissa satisfactione: si ad/
huc vrgeret necessitas: procederẽ secure ad
bellum: habẽtes ipsum quem offendimus
deum viuum placatum tutorem ꝓpitium
ac ducez belli. Magnus ergo terremotus
factus est nimis: pro his que acciderunt: ⁊
quod eo deterius est: magna pro culparuz
meritis instabilitas animoꝝ. Defecit enim
fides ⁊ veritas de terra. Ubiqꝫ motio: qꝛ
vbiqꝫ scissura. Recedit frater a fratre: ⁊ p/
ximus a proximo suo: ita vt nihil sit soli/
dum: nihil sit stabile super terra. Et ꝗ͂uis
terremotus ille magnus: adhuc post dies
aliquot futurus sit: signa tamen motionis
illius: ac si presentia iam tenemus: ⁊ ini/
tia pre solito manifesta dolorum future
tempestatis vastitatem precurrunt. Se/
quitur.

¶ Et ciuitas magna facta est in T.18
tres partes.

¶ Scriptum est in euangelio. Omne re
gnum in seipsum diuisum desolabitur. Ut
ergo ostendatur ꝙ appropinquat desola/
tio regni: quod aliquando erat vnum ⁊
contiguum: appropinquante sexto tempo
re: diuidi incipit inter tres partes. In illo
die apparebit manifeste quomodo ex mo/
tione humanoruz cordium: frangatur vni
tas Romani imperij: querentibus singu/
lis aliorum terminos vsurpare: licet (vt
iam dixi) certa iam inditia teneamus. Ci/
uitatem sane istam: que vocatur magna:
ego Constantinopolitanum Imperium
intelligi puto: in quo per crebra scisma/
ta que in eo facta sunt: possunt fieri eti/
am suspecta maiora. Accidit autem hoc
vt compleatur illud quod scriptum est.
Dominus immiscuit in medio eius spiri/
tum vertiginis: ⁊ errare fecit Egyptuz in
oi ope suo: sicut errat ebrius vomẽs: ⁊ non

erit Egypto: opus qḋ faciat caput ⁊ cau/
dam incuruantem ⁊ refrenantem: ⁊ ↄcur/
rere faciam Egyptios ↄtra Egyptios: ⁊
pugnabit vir ↄtra fratrem suum: ⁊ vir cō
tra amicum suum. Et iterū. Commotione
cōmouebitur terra: ⁊ agitatione agitabit
terra: sicut ebrius: ⁊ auferetur quasi taber/
naculum vnius noctis: ⁊ grauabit eam ini
quitas sua: ⁊ corruet: ⁊ non adyciet vt re/
surgat. Sequitur.

T.19 ❡ Et ciuitates gentium ceci/
cerunt.

❡ Quare ceciderunt? Quia terremotus
qui ↄfregit ciuitatem magnam: subuertit ⁊
illas. Puto autem per has ciuitates: intel
ligendas esse ecclesias Grecorū: de qbus in
specie atrij siti extra templū: sub sexto an
gelo tuba canente terribiliter dictum est.
Atrium qḋ est foris templum: eyce foras:
⁊ ne metiaris illud: q꞉ datum est gētibus.
Si autem ecclesie que ↄtinentur sub hoc
atrio gentibus date sunt: nō immerito di
cte sunt ciuitates gentium: q꞉ ab ipsis he/
reditate possesse. Ut enim per presentia in
telligant futura: non modica plebs manet
in Alexādria: que seruat vsq꞉ hodie fidem
Christi: sicut ⁊ in Syria: ⁊ in alijs locis:
qui tñ si de moribus agitur: vtrū sint chri
stiani: an sarraceni: dubitat. Date sunt er/
go huiuscemodi ciuitates gentibus: ⁊ gen/
tiū quodammodo facte sunt: ⁊ tñ adhuc
in fide stare videntur. Sed cum puenerit
ad aures eorū qui ita stant: ꝙ soliditas chri
stiani populi dissoluat: putas stare poterūt
inter hostes suos? Nempe ⁊ in veteri te/
stamento erāt quedam gentes commixte
cum semine israel: que dicebant: Samari/
te: seruantes tātummodo legem Moysi: ⁊
nihilominus ydolis suis immolātes: que
tamdiu se vocabāt israelitas: q̄diu prospe
ra ↄtingebant iudeis: tamdiu stabant in
ↄfessione vnius dei: q̄diu pro confessione
ipsa pacem sibi ↄcedi sperabant cum filijs
israel. Aliogn: vt in tpe credebant: ita in
tpe tentationis recedebant. Sic ⁊ nōnul/
le ecclesie Grecorū: (sicut iam multis expe
rimentis ꝓbatum est) facillime transeunt
de dextera ad sinistram (haud dubiū) pro
eo ꝙ recesserunt ab vnitate ipsius ecclesie:
de qua dicit Christus Symoni Petro. Tu
es Petrus: ⁊ sup hanc petram edificabo
ecclesiam meam: ⁊ porte inferi non preua/
lebunt aduersus eam. Sed quare ista oia?
Nunqd sine causa? Absit. Sed vt debilitet
robur Romani imperij pp peccata: ⁊ su/
matur vindicta de gente apostatrice. Un/
de ⁊ mox subditur.

❡ Et Babylon magna venit in T.20
memoriam ante Deum dare ei
calicem vini indignationis iræ
eius.

❡ In oibus tpibus retroactis visus est
dns dissimulare peccata delinquentium: vt
putet obliuioni tradidisse iudiciū. Cum
autem completis annis patientie venerit
dies ille magnus: in quo iudicāda est vrbs
supba: id qḋ videbat obliuioni traditum:
reuocari putabitur ad memoriā: cum ne
vnum qdem peccatum abscondi poterit:
de quo non digna meritis capiatur vindi
cta. Dabit enim illi deus calicem vini indi
gnationis ire sue: vt sentiat amaritudinē
passionis: qua potauit ipsa martyres Chri
sti psequens eos de ciuitate in ciuitatem.
Nec illud tñ dicimus: vt vniuersa multi/
tudo reproborū: que post resurrectionem
mortuorum demergenda est in caminum
ignis: colligenda sit in tpe sexto: vt perci/
piat pariter mercedem erroris sui: sꝫ pars
illa tātum vniuersalis Babylonis que pre
sens erit tpe sexto. Usus est enim sanctarū
scripturarū: vt sepe pars alicuius rei acci
piatur pro toto: ⁊ qḋ agitur in parte: refe
ratur ad totum. Quare hoc? Quia ⁊ si diuer
sa sunt pro tempore accidentia: vna est tñ
reproborū omnium: sicuti ⁊ electorū volun
tas. Audiūt filij iudeorū reprobasse patres
eorū Jesum Nazarenum quasi seductorem
⁊ hostem legis: ⁊ plꝫ eis studium patrum

suorum

ſuorum:adeo vt crucifigant ⁊ ipſi volun/
tate:quem non poſſunt perſequi actione.
Et ob hoc ſi daretur facultas perſequerē/
tur libentiſſime membra eius:itavt nec ip
ſi ab opere videantur immunes. Sicut.n.
vnus eſt homo ⁊ multa ſunt mēbra eius:
⁊ tamen per ſingula membra dicitur age/
re ipſe qui vnus eſt:dictur enim idem ip/
ſe videre:cuꝫ ad ſolos oculos pertineat vi
ſus:audire:cum ad ſolas aures pertineat
auditus:⁊ ſic de ceteris mēbris. Sic ⁊ vni
uerſa multitudo reproborum:aut electorū
alia ⁊ alia opera in parte:⁊ parte alia:⁊alia
in tempore:⁊ tēpore prius.ſ.poſterius age
re viſa eſt:⁊ tamē vniuerſa referunt advni
tatem pro eo.ſ.ꝙ vna voluntas:ea que di/
uerſa ſunt in membris:facit eſſe, cōmunia.
Quo circa:⁊ ſi vnus erit in fine caminus
ignis in quo multitudo reproborum que
dicta eſt babylon:cruciabitur ſine fine: tē/
poraliter tamen: non omnibus qualiter re
cedit:ſed alij permittuntur ꝓſperare vſqꝫ
in finem:alij iudicantur a domino in hac
vita preſenti. Et hoc quidem ſepe accidit:
vt non obliuiſcantur filij hominum iudi/
ciorum dei:⁊ multiplicetur malitia ſuper ter
ram. Generaliter autem in quinque tēpo
ribus ſuſtinuit patienter:⁊ promiſit regna
re babyloneꝫ in delitijs ſuis:affligi vero fi
lios ieruſalem a filijs babylonis perſequē
tibus:qui nati ſunt ſecundum carneꝫ: eos
qui ſecundum ſpiritū nati ſunt:donec iſto
rum iuſtitia:⁊ illoruꝫ nequitia cōpleatur.
Porro in ſexto tempore quod prope eſt: ⁊
illius in veritate ſunt ſuperbie:⁊ iſtius af/
flictioni imponetur finis:non quia tribula
tio nō erit ſexto tempore aduerſus electos
ab his qui extra ſunt populis infidelibus
ad necē carnis:ſed quia deſinet intrinſeca
emulatio ad ruinam cordis: quod ſolū eſt
optabile a diligentibus deum. Nō eniꝫ in
gemiſcunt electi dei:quia vidēt chriſtianos
paganorum gladio trucidari:cū ſibi ⁊ ſan/
ctis apoſtolis ⁊ martiribus legant deū ſuū
noluiſſe parcere in hac parte:ſed magis ꝙ
filij babylonis:qui dicunt chriſtiani ⁊ non
ſunt: corrumpūt mores bonos colloquijs
malis:q2 iniquis ſemper operibus cruciāt
animas iuſtorū:q2 audiūt blaſphemari no
men domini:⁊ vlciſci nequeunt iniuriam
dei ſui. Inde eſt ꝙ nec ſibi parci deſiderāt
quo ad mortē carnis:ſed cupiunt argentū
⁊ plūbuꝫ iactari pariter in fornace: vt con
ſumpta vniuerſaliter ſcoria:id quod erat ꝓ
tioſum:pretioſius fiat: Unde ⁊ cum dice/
ret Iſayas. Uiſitabo ſuper vrbes mala: ⁊
ſuper impios iniquates ipſoruꝫ: protinus
adiecit ⁊ ait: Precioſior erit vir auro ⁊ ho
mo mundo obrizo. Igitur in ſexto tempo
re erit tritura aree generalis ⁊ ventilabruꝫ
in manu domini ad purgandaꝫ areaꝫ ſuā
vt congregetur triticuꝫ in horreo eius: pa
lee vero comburantur inextinguibiliter.
Sequitur.

¶ Et omnis īſula fugiit:& mō/ T.21
tes non ſunt inuenti.

¶ Hoc iam dictum eſt in ſecunda parte:
in apertione ſexti ſigilli:q2 hoc plerunqꝫ vt
ſepe dixi. tangitur in hoc libro in ſpetie:
quod plenius continetur in genere: Inſu/
le ſunt eccleſie epiſcopales: que fluctibus
huius ſeculi:ex omni parte obſeſſe: pluri/
mam ſanctoꝝ ſuoꝝ patiuntur iacturam.
Montes vero ſunt monaſteria in quibus
a ſeruis omnipotentis dei arta ⁊ ardua ſer
uatur innocentie vita: In terremotu ergo
illo qui erit tam validus in illo die: cū vꝫ
vniuerſa regna gentium colligentur in
vnū ⁊ inſurgent quaſi fluctus ſeui maris
contra filiam babylonis: fugient cenobia
de locis ſuis:vt abſcōdāt ſe in locis occul/
tis a facie tempeſtatis: ⁊ eccleſie multe eſſe
deſinent:diſperſis vel interſectis defenſori
bus ſuis. Non enim erit dies illa:dies illa
dies miſericordie:ſed dies ire ſue: ſicut ⁊ ꝑ
prophetam dicitur. Ecce dies domini ve/
nit crudelis:⁊ indignatione plenus ire:fu
roriſqꝫ:ad perdendam terram in ſolitudi/
nem ⁊ peccatores eius cōterendos de ea.
Unde ⁊ hic terribiliter ſubditur.

T.22 ¶ Et grando magna sicut talē/
tum descendit de cælo in homi/
nes: & blasphemauerunt homi/
nes deum pp plagam grandinis:
qm̄ magna facta est uehemēter.

¶ Commota ⁊ confracta terra a tam ter/
ribili terremotu: oportuerat corda homi/
num conteri timore: ⁊ scindi multiplici/
ter ad penitentiam: quod ⁊ facient illi qui
bus sanum erit cor (sicut in apertione sex
ti sigilli demonstratur) cum dicitur. Om
nis seruus ⁊ liber abscondent se in spelun
cis ⁊ petris montium: ⁊ dicent mōtibus
⁊ petris: Cadite super nos: ⁊ abscondite
nos a facie sedentis super thronum ab ira
agni: quoniam veniet dies magnus ire
ipsoꝝ: ⁊ quis poterit stare? Ceterum quo/
rum corda ceca sunt: ⁊ auersa a veritate:
vt nolint videre lumen qd̄ venit in mun
dum: incident in iudiciū ire dei (sicut di
Rom̄. cit apostolus.) Reuelatur ira dei de celo
sup omnem impietatem ⁊ iniustitiam ho
minum eoꝝ qui veritatē dei in iniustitia
detinent: q: quod notum est dei: manise/
stum est illis. Et grando (inquit) magna
sicut talentum descendit de celo in homi/
nes. De celo descendit pluuia: de celo nix:
de celo grando. De ore etiam iustoꝝ quo/
rum sanctum collegium: nō immerito vo
catur celum: descendit predicatio ad irri/
ganda corda fidelium: descēdit commina/
tio frigida ad cohercēdum calorem vane
⁊ inepte letitie: descendit ⁊ increpatio du/
ra ad cōterendam duritiam hominum im
pioꝝ: quatenus aut redeant ad cor: ⁊ agāt
penitentiam de reatibus suis: aut infide/
lis (vt ait apostolus) si discedit discedat.
Quid enim si de verbo iudicij scandalizā
tur ⁊ pereant perituri? Scandalizatus est
Achab rex israel in verbo Michee pphe
te: ⁊ factus est deterior q̄ erat prius. Scan
dalizatus Sedechias in verbo Hieremie
tradidit illum in custodiam: Sed num q:
illi scādalizari poterant: idcirco tacere ve/
ritatem oportuerat testes veritatis ne illo
rum de cōtemptu verbi augeretur pecca/
tum? Quid enim durius verbo Petri di
centis Symoni mago. Pecunia tua te/ Actuū.
cum sit in pditione? Oportebat enim ma
gnam duritiam cordis: magno ictu percu
ti verbi duri: non vt scandalizaretur: sed
vt pcussus durius a magistrora tanta neg
tia priuaretur. Ille autem non est cōuersus:
sed omnino subuersus: ⁊ factus est psequu
tor illius qui eum percusserat ad salutem.
Sed ⁊ nunc qd expectant filij falsitatis
vt loquantur eis discipuli veritatis? Nun
quid verba mollia ⁊ placētia sibi? Si hoc
sperant: frustra: q: non est tempus: Si scan
dalum est eis iniuste: q: necesse est vt pre/
dicant ad salutem multorum quod sciunt
certissime affuturum. Sed quare grando
ista que eo modo (quo supra diximus) de
celo descendit: magna esse dicitur sicut ta
lentum: nisi q: talentum grauius est mul/
tis ponderibus que cōtinet infra se: ⁊ ver
bum istud quod scriptū est de ruina Ba
bylonis: grauius est multis alijs: quibus
exprimuntur tam multe calamitates mū/
di. Inde est: q carnales homines qui dili
gunt mundum: ⁊ a que sunt mundi: ne/
queunt patienter ferre: cum audiunt vni/
uersaliter perire: qd̄ amant: putantes nihil
esse iocundius vita presenti. Blasphemāt
autem dn̄m qui auctor est tam dure senē
tie: dicentes vnusqsqz ad pximum suum.
Si ita futuꝝ est: quare qui nouit oia ante
q̄ȝ fiant: tam horrēdo fine cōsumanda crea
uit: nisi q: adulantur ei qui eum misericor
dem ⁊ amatorem iustitie esse dicunt? Hec
est eniȝ illa blasphemia que arguit in vno
latrone qui pēdebat in cruce: dicente vni
uersoꝝ dn̄o qui erat pariter crucifixus. Si
filius dei es: salua temetipsū ⁊ nos. Latro
siquidem ille qui ad sinistram (vt putatur)
xpi suspēsus erat in ligno crucis: significat
carnalem populum qui duȝ viuit ⁊ ambu
lat sm̄ carnem: tradendus est qn̄qz in ma
nus gētium pro sceleribus suis. Blasphe/
mat autem dn̄m dicens. Si filius dei es:

salua temetipsum τ nos:q: populus carna
lis qui nescit ea que dei sunt:ꝫ ea que mū
di:si qñ dicit̃ ei. Noli murmurare in flagel
lis: q: xp̄s sine cā peccati pro salute oium
pependit in cruce: ptinus respōdet τ dicit.
Et que necessitas fuit vt ista pateret̃? Si
oipotens est τ pius (sicut dicūt scripture)
nec ipse hoc pati debuit:nec nos addicere
passioni. Poterat enim saluum facere ge
nus humanum sine passione ꝓpria τ ɔtu
melia suipsius:τ trāsferre illud de transi
torijs mūdi gaudijs:ad eterna celoꝝ. Nec
blasphemia erit tunc:τ si sit iamnūc in ore
multoꝝ. Nec in corde vniuersoꝝ qui ne
sciunt id qđ dicit apostolus. Uerbum cru
cis peuntibus qdem stultitia est:his autē
Cap. 17 qui salui fiunt:virtus dei fit. Sequitur.

Tex. 1 ¶ Et uenit unus de septem an
gelis qui habebāt septem phya
las: & loquutus est mecum di
cens. Veni ostendam tibi danna
tionem meretricis magnæ quæ
sedet super aquas multas: cum
qua fornicati sunt reges terræ:
& inebriati sunt qui habitant ter
ram de uino prostitutionis eius.

¶ Angeli habentes phyalas qui sunt in
precedēti parte libri copiosius dictum est.
Unus aūt eoꝝ qui venit ad Joānem:sex
tus angelus est:cui dictum est:magis q̄ꝫ
aliq̄ꝫ precedētibus:occulta detegere sacra
menta. Uenit aūt angelus ad Joānem:vt
Joānes vadat ad angelum qui vocat euꝫ:
τ ostendat illi dānationem meretricis ma
gne:q: nisi spirituales viri appropinquent
verbo predicationis discipulis veritatis:
nequaq̄ꝫ ipsi discipuli possunt appropinq̄
re illis intellectu cordis:nec videre dāna
tionem meretricis magne que sedit aliqñ:
τ adhuc sedet sup aquas multas. Est autē
vtile videre dānationem ipsius:q: qui ne
scit qđ passura sit pro erroribus suis:desa
cili decipit̃ nutibus oculoꝝ suoꝝ. Hāc ma

gnam:dixerunt patres catholici esse Ro Roma
mam:nō quo ad ecclesiam iustoꝝ:que pe
grinata est apud eam:ꝫ quo ad multitudi
nem reproboꝝ:qui blasphemant τ impu
gnāt opibus iniqs eādem apud se peregri
nātem ecclesiam. Uerumtñ τ si ipsa princi
paliter intelligēda sit:nihilominus tñ vni
uersa multitudo reproboꝝ:τ eoꝝ maxime
quoꝝ maior est facultas τ voluntas peccā
di:eoꝝ qui ducūt vitam luxuriosam:τ de
litijs affluētem:letātes cum malefecerint:
τ exultātes in rebus pessimis. Nō ergo in
vno regno:aut in vna ꝓuincia:querēdus
est locus huius famosissime meretricis: ꝫ
sicut per totam aream christiani impij:dif
fusum est triticum electoꝝ:ita per oēm la
titudineꝫ eius dispse sunt palee reproboꝝ.
Aque multe qđ significēt:angelus ipse q
hic loqtur:inferius exponit. Reges vero Prelati.
terre dicti sunt prelati:qbus pro vitandis
peccatis populi ɔcessuꝫ est regimen aiaꝝ.
Quoꝝ tñ nonnulli fornicant̃ cum Baby
lone:qñquidem vt placeant hoibus:par
uipēdunt τ negligunt mādatum dei. Alio
qn si agēduꝫ est de principibus huius mū
di:ipsi sunt qui regnāt in Babylone:τ nō
est differētia inter caput τ corpus. Sed oi
no in loco iste:sicut τ in illo vbi dr̄ de xp̄o
q̄ ipse sit princeps regū terre:prelati eccle
siaꝝ noie regum terre:accipiēdi sunt:exce
pto q̄ ibi boni prelati.i.simplices τ humi
les corde itelligēdi sunt:hic supbi:timidi:
τ prudētes ad malū:q eo mō fornicant̃ cū
meretrice magna:quo filij quondā isrl̄ cū
Madiāitis:qñqdē postposita cura plebiū
suaꝝ:q̄rēt die noctuq̄ꝫ placere ꝓncipib᷒ hu
ius mundi:τ ꝓ eis quoq̄ꝫ si liceat pugnare
vsq̄ꝫ ad mortē. Qđ bñ quoq̄ꝫ i geñ. designa Genes.
tū ē:vbi dr̄. Uidētes filij dei filias hoiuꝫ q̄
eēnt pulchre:accepūt vxores sibi ex oib᷒ q̄s
elegerāt. Qui.n. ɔuenieti᷒ dici queunt filij
dī q̄ꝫ hi q i regimie aiaꝝ ɔstituti:locū reti
nēt filij dei? Et q̄ filie hoiuꝫ nisi opulētissi
me ciuitates? Et qdē si pp electos q pegri
nant̃ apđ eos:ɔsiderāt aliq fieri epi:immues
sūt ab isamia ista. Si āt pp diuitias τ lucra

mundi nouerint se fornicari cuz eis: quas sibi eligunt vt diuites fiant: dicente domino: Si oculus tuus simplex fuerit: totum corpus tuum liuidum erit. Si autem lumen quod in te est: tenebrosum est: ipse tenebre quante erunt? Quod est dicere. Si intentio tua bona est: bonum est opus quod sequitur intentionem. Si autem intentio praua fuerit: quicquid superedificatur prauum esse: necesse est. Quo circa si is qui desiderat episcopatum: ad hoc tantum desiderat illuz: vt sit pater orphanorum z iudex viduarum (iuxta illud apostoli) bonum opus desiderat. Si autem vt fiat amicus diuitum z affinis potentũ: nouerit se esse de illis de quibus dicit psalmista. Perdidisti omnes qui fornicãtur abs te. Quod autem sequitur. Et inebriati sũt qui habitãt terrã diuino ꝓstitutionis eius generaliter ad omnes homines qui pauperes sunt rebus: non spiritu referendum est: qui z si fortuna sibi (vt aiunt) aduersante diuites esse nequeunt: nihilominus tamen de voluptate babylonis subripiũt: id quod possunt: vt saltẽ certis horis aut diebus inebriẽtur vino prostitutionis ipsius. Licet enim nequeãt abũdare sicut illa possunt tamen z ipsi inebriari de torrente voluptatis eius: vt cogantur tradere obliuioni voluptatem z ebrietatem domus domini qua inebriandi sunt illi: de quibus dicit psalmista. Inebriabuntur ab vbertate domus tue: z torrente voluptatis tue potabis eos. Habet eniz z Christus calicẽ quez proponet electis sed amarum nimis: quia amarã oportet esse potionem: qua sanãtur egroti. Qui si i vino calicis christi designatur amaritudo passionis: quid per vinũ qd propinat fornicaria nisi dulcedo voluptatis ipsius? Quamuis eniz nomine fornicationis: omnia peccata voluntarie commissa intelligenda sint: principale tamen vitiũ corruptionis babylonice fornicatio est. Ipsum est enim vitiuz qd magis dominatur in filijs huius mundi: etiã si nullã habeãt potestatẽ: nullis polleant honoribus nullis diuitijs fulciantur. Sunt eniz nonnulli qui habere pulchras mulieres z diuites (quia ipsi pauperes sunt rebus z viribus impotentes) non possunt: z tamẽ q꞉ ꝑ affectum animi terram inhabitant: z non celum: saltem visione z recordatione operis iniqui inebriantur vino prostitutionis fornicarie babilonis (hoc) amore z ardore luxurie que regnant in diuitibus huius mũdi: qbus i hac parte sceleris licet: sepe omne quod libet. Sequitur.

Psal. (margin, beside "psalmista. Perdidisti")

Psal. (margin, beside "psalmista. Inebriabuntur")

¶ Et transtulit me angelus ĩ desertum in spiritu. Tex. 2

¶ Duo sunt que non permittunt hominem videre ruinam filiorum huius mundi. Sollicitudines terrene z sensus littere que occidit. Quamdiu mundanis implicaris negotijs: ipsis negotijs impedientibus: videre casum mundi in scriptura non potes. Otium tibi in legendo pax z silentium necessaria sunt: si vis intelligere que legis. Sed z si quãdo ista presto sunt: necesse est vt de sensu littere: trãseas ad spiritualẽ intellectũ. Si.n. sic semp accipis q̃ legis: vt legis carnalis intellectus te ad inconueniens sepe ducit. Unde z veritas ipsa dicit. Spiritus est qui viuificat: caro autẽ nõ prodest quicquam. Si ergo vis vidêre quo fine terminandũ sit regnũ mundi: ꝑmitte te transferri ab angelo in desertuz imitans Abraaz: qui egressus est de terra z de cognatione sua z de domo patris sui: z transi eodem modo de litterra ad spiritualẽ intellectum: z tunc poteris intueri q̃ filij huius seculi preuidere nõ possunt. In hac (inquit) dominus: die tua q̃ ad pacem tibi: nunc autez abscõdita sunt ab oculis tuis. Sequitur.

Casus mundi. (margin)

¶ Et vidi mulierem sedentem super bestiam coccineam plenã nominibus blasphemie: habẽtẽ capita septem & cornua decem. Et mulier erat circundata purpu Tex. 3

ra & coccino, & inaurata auro:
& lapide pretioso: & margaritis.
habens poculum aureum in ma/
nu sua plenum abhominatione,
& imuuditia fornicationis eius.

¶ Qui transferuntur a viris spirituali/
bus i desertũ: ⁊ de sensu littere ad spiritua
lem intellectum: vident oculis mẽtis qua
si similitudinem mulieris: vident ciuitatẽ
illam famosissimam: que fuit quondam do
mina regnorum: ⁊ cui erant aliquando su/
biecte plures gentes efferre ritu ac mori/
bus bestiales. De hac siquidem bestia: mul
ta in precedentibus partibus dicta sunt: ⁊
non nulla adhuc in suis partibus dicenda
supersunt. Non autem spiritualibus ocu/
lis presentia tantummodo presto sunt: ve/
rumetiam preterita ⁊ futura. Uident ergo
⁊ pro se ⁊ pro alijs: quanta fuerit aliquãdo
glo. ia romani imperij: q̃ztis fuerit ciuitas
illa locupletata diuitijs: quot mundi deli/
tijs ⁊ carnis voluptatibus debriata: ⁊ qd
futurum vt post hec: vt discant electi dei
nolle emulari in malignantibus neq̧ zela
ri facientes iniquitatem. Sciendum vero
ꝙ in sexta parte ista est sermo cómixtus: vt
nonnulla intelligenda sint scd͛z litteraz: nõ
nulla scd͛z alego. iam pro eos. s. ꝙ a sexto tẽ
pore incipit transire qd͛ ex parte est: ⁊ veni
re id quod perfectum: vt iam non querãt
electi videre sicut prius p speculũ ienigma
te: sz incipiant videre facie ad faciem: aper
to iam ad liquidum libro: ⁊ septez signacu
lis eius. Inde est ꝙ in hac sexta parte loq/
tur angelus Joãni: ⁊ aperit ei archana my
steria: vt sciant hi qui tardi sunt corde ad
credendum in omnibus que locuti sunt
Dan. prophete: ipsuz esse tempus statutum de
quo dixit angelus Danieli. Uade Daniel:
quia clausi sunt signatiq̧ sermones vsq̧
ad tempus statutum: pertransibunt pluri/
mi ⁊ multiplex erit scientia. Igitur quod
ait Joannes. Et mulier erat circũdata pur
pura ⁊ coccino: ⁊ inaurata auro ⁊ lapide
pretioso ⁊ margaritis: hec intelligi voluit:
quod dixit: excepto ꝙ nomine mulieris
meretricis accipiendam esse fornicariam
ciuitatem: que propter huiuscemodi orna
menta: fornicata est adeo viuo ⁊ vero: ⁊
maxime cum dicat apostolus. Auaritia est
idolorum seruitus ignorans quo in euan/
gelio scriptum est: Ue vobis diuitibus qui
habetis consolationem vestram. Ubi eniz
copia diuitiarum: ibi enormitas vitiorum.
Unde ⁊ mox subditur: habens poculum
aureum in manu sua: plenum abhomina/
tione ⁊ immũditia fornicationis eius. Nõ
sufficit diuitibus huius mundi vasa pretio
sa ad ostendendam vanitatem glorie sue:
nisi in eis continue propinentur exquisita
vina in quibus est abhominatio ebrietatis
⁊ immunditia luxurie: per que excluditur
spiritus sanctus a corde multorum dicen/
te apostolo. Nolite inebriari a vino in quo
est luxuria: sed impleamini spiritu. Unde
⁊ per prophetam dicitur. Ut qui potentes
estis ab bibendum vinum: ⁊ viri fortes ad
miscendam ebrietatem. Sequitur.

¶ Et in fronte eius nomen scri/ Tex. 4
ptum misterim babylon magna
mater fornicationum & abhomi
nationum terre.

¶ Filij Jerusalem cum offendunt in ope
re vel in verbo erubescunt nimis: ⁊ que/
runt diligenter quomodo possint abscon/
dere reatum suum. ⁊ coram hominibus: ⁊
coram deo: ne forte aut homines scandali
zentur ⁊ pereant: aut deus indignatus pu
niat delinquentes. Abscondunt autem il/
lum dum agunt penitentiam: dum alios se
ostendunt per bona opera quam fuerunt
per culpam: non negantes se esse peccato/
res: sed querentes apprehendere vestes iu
stitie: vt non sint de numero illorum: de
quibus dicitur. Beati quorũ remisse sunt Psal.
iniquitates ⁊ quorum tecta sunt peccata.
Quo contra filij babylonis: erubescũt cõ/
fiteri peccata sua sacerdotibus Christi: ⁊

non erubescunt iactare se de eis ⁊ publica
re illam coram multitudine hominum p/
ditorum predicantes illa sicut dicit pphe
ta. Peccata sua predicauerūt sicut Sodo/
ma: nec absconderunt. Sic sic fornicaria
ista: in fronte sua habet scriptum nomē mi
sterij: babylon magna mater fornicationū
⁊ abhominationum terre: nimirum: q: nō
abscondit confusionem suam: sed gaudet
vt patefaciat illam: nec confunditur de ea:
sed gloriatur: iuxta illud pphete: qđ de q/
busdam dicitur. Confusione confusi sunt:
quin potius: non confusi. Quid est autē.
Confusi sunt: quin ⁊ potius nō confusi: ni
si quia desperati quiqꝫ ⁊ re quidem ipsa cō
fusionis confusi sunt vehemēter: sed tamē
erubescunt erubescere ad penitentiam cū
sint confusione ⁊ erubescentia digni. Un/
de ⁊ per eundem prophetā dicitur. Frōs
meretricis facta ē tibi: noluisti erubescere.
Ob hanc ergo maxime causam: vocata est
babylon domina regnorum: vt nō tam ha
bens confusionem: q̄ꝫ ipsa confusio esse in
telligatur: ⁊ quasi erubescētia vniuerse ter
re. Siquidem babylon confusio interpre/
tatur. Scriptum est autem nomen ipsum
in fronte ipsius: quia continue inueniunt
reprobi exemplum huius nominis: vt non
confundant male agere dicētes. Hoc agūt
illi: ex hoc illi: erimus ⁊ nos sicut vnus eo
rum. Sequitur.

Tex. 5 ¶ Et vidi mulierem ebriam de
sanguine sanctorū: & de sangui/
ne martyrum christi.

¶ Ciuitas vt iam dixi reproborū que di
cta est babylon: non tantum romana ciui/
tas extimāda est: aut ipsa (quod absit) scđꝫ
totum: sed vniuersa multitudo hominum
impiorum ⁊ natorum scđm carnem: de q/
bus dicit apostolus. Sicut tunc qui scđm
carnem natus fuerat: persequebatur eum
qui secundū spiritū: ita ⁊ nunc. Hec ergo
ciuitas ebria est de sanguine sanctorū qui
occisi sunt ab origine mundi: quia ipsa cū
filijs suis sitiuit sanguinem eorū ⁊ effusus
est in medio eius: ⁊ de sanguine martyrū
iesu: qui occisi sunt in nouo testamento p/
pter fidem ipsius: Sequitur.

¶ Et miratus sum cū vidissem illam admiratione magna. Tex. 6

¶ Qui ad hoc translati sunt in desertū
a spū: vt preterita priorum seculorum mi
steria spiritualiter intelligere querant: pri
mo quidem incipiunt sentire: q̄ nonnulla
sic scripta sunt: vt aliud significent q̄ꝫ sunt
ipsa: deinde cum aliqua occorrunt: que ni
mis archana esse videbantur: admirātur
admiratione magna: maxime in illis ima/
ginibus que omnino sunt inusitate: vtpo/
te in huiuscemodi muliere: ⁊ bestia q̄ por/
tat illam: habente capita septem: ⁊ cornua
decem. Admirantur autem q: sciūt illa ali/
qua designare: ⁊ tamen ad illorum notitiā
per seipsos nequeunt peruenire. Uerum
q: omnia tempus habent: ne diutius ad/
mirentur discipuli veritatis in typo eorū
quibus oportet multa mysteria que hacte
nus latuerunt in litteris vtriusqꝫ testamēti
sexto in tempore aperiri: Loquitur adhuc
Joannes qui iā translatus erat in desertū
⁊ dicit.

¶ Et dixit mihi angelus. Qua/ Tex. 7
re miraris. Ego tibi dicam sacra
mentum mulieris & bestiæ quæ
portat eam: quæ habet capita se
ptem & cornua decem.

¶ Sacramentum in diuina pagina in bo
na parte accipi consueuit. Dicitur enim sa
cramentum: quasi sacrū mysterium: ⁊ qua
si signum sacre rei verum hic sacramentū:
vt ego arbitror p simplici mysterio est ac
cipiendum: nisi forte sacramentum non tā
quis ad mulierem ⁊ ad bestiam: q̄ꝫ ad sa/
crum dei consilium dixerit referēdum: qui
tegit hec ⁊ illa pro tēpore ⁊ aperit omnia
quando vult: Notandum vero non ita an
gelus ille qui locutus est Joanni aperuit
hoc mysterium vt perueniret eo tempore

sicut erat futurū: ad notitiam generis humani: sed typum tenuit: vt iam dixi spiritualium virorum: qui erant in tēpore sexto perfectis discipulis ostēsuri. Alioquin si adhuc verba ista expositione non egent in veritate: septem montes extimanda sunt septem capita bestie: ⁊ in veritate ipsa bestia: non regnum hominum impiorum: sed quadrupes silue: qd̄ ꝗ̄ sit absinduum ⁊ diuersum a fide: ille alius angelus qui locutus est Danieli: si tamen alius est ⁊ non ipse manifeste aperit cum dicit. Bestia quarta quartū regnū erit in mundo: quod maius erit omnibus regnis: ⁊ destruet vniuersam terram ⁊ comminuet eam. Igitur expositurī verba ipsa: que dicuntur exposita: quod isdem angelus dixerit audiamus. (Dan.)

Tex. 8 ¶ Bestia quam vidisti: fuit & nō est: & ascensura est de abysso & in interitum ibit: & mirabuntur inhabitantes terram: quorū non sunt scripta nomina in libro vite a constitutione mundi: videntes bestiā quæ erat & nō est. Et hic est sensus qui habet sapientiam: septem capita: septē mōtes sunt: sup quos mulier sedet: & reges septem sunt. Quinqꝫ ceciderūt, & vnus est: & vnus nondum venit: & cum venerit: oportet illū breue tempus manere.

¶ Dictum est in precedentibus ꝙ bestia ista terribilis ⁊ inuisa vniuersas gentes significat infideles que aliquando subiecte fuerunt romano imperio: ⁊ persecute sunt Christum ⁊ ecclesiam eius: ab exordio ipsius incipientibus ab herode: Et per ꝓpria quidem tempora corruens in septem capitibus stetit: vti iam diximus in septimo capite a tempore Mahomet vsqꝫ ad presens. Quod autem dicit Angelus. Fuit ⁊ nō est sexto tempori ecclesie ascribendum est: sub quo percussa prius babylone superabitur a Christo: ipsa Bestia: sicut ostendetur inferius: cum locus ipse iam alibi memoratus in suo ordine exponetur. Dicit autem non est: quia cessare oportet velut ad horam feritatem ipsius: preualente Christo ⁊ militibus eius. Ascensura est autem post modicum: bestia ipsa que iam putabitur intersecta: de abysso populi infidelis ad suggestionem draconis: ⁊ scandalizabuntur terreni homines ⁊ carnales: quorum nō sunt scripta nomina in libro vite a constitutione mundi dicentes ad inuicez in cordibus suis. Si esset iste iesus quez colimus verus filius dei: nequaꝗ̄ persecutio gentiuz: que nuper sedata est: iterum consurgeret in tāta potentia ad dispergendas reliquias populi christiani: sed apparet manifeste ꝙ nihil possit: quando quidem confessores nominis eius eius dispergūtur de terra. Nō enī credent accidere hoc ex permissione filij dei qui permittet eleuari eam vsqꝫ ad nubes: sicut eleuatus est Simon magus: vt corruat in profundum: ⁊ dispereat vsqꝫ in finem: sed ex iuditio furoris dei qui velit quasi seductū ab homine crucifixo delere de terra populū xp̄ianū. Maxime cū exurgēt pseudo xp̄i: ⁊ pseudo ꝓphete (ad seducendum si fieri possit:) etiā electos. Hec est enim hora illa temptationis de qua dicit dominus angelo phyladelphye. Ego te seruabo ab hora temptationis que ventura est in orbem vniuersum temptare habitantes in terra. Quod autez dicit angelus. Hic est sensus qui habet sapientiam: septem capita: septem montes sunt: super quos mulier sedet: ⁊ reges septez sunt: qnque ceciderunt: ⁊ vnus est: ⁊ vnus nondū venit: ⁊ cum venerit oportet illum breue tempus manere: manifeste indicat expositionem suam esse occultā: ⁊ alia expositione indigere: vel certe sapientes esse debere quibus explananda sunt verba ipsa: vt possint capere q̄ dicūtur: iuxta illō apostoli. Sapientiā loquimur inter ꝑfectos. Superius (Christi seduc.)

autem dixerat angelus. Bestia quam vidisti: fuit & non est: nunc autem dicit. Septem capita: septem sunt montes: super quos mulier sedet. Si autem bestia fuit & non est: quomodo capita dicit esse mōtes: nisi quia vsus est scripturaruz sanctarum: vt nonnunquaz presens tempus ponatur pro preterito & futuro? Ponit ergo: sunt: pro: fuerunt: sicuti & nos ipsi plerunqz facere consueuimus. Porro ipsi montes qui fuerint: & in ianua huius libri dictuz est: & in quarta parte nisi fallor: diligentius repli catum. Primum caput fuit regnum Herodis & successoꝝ eius. Secundum imperium Romanoꝝ vsqz ad Diocletianum. Tertium: quartum: quintum: & sextum: quatuor i opere memorata regna arrianorum: Septimum caput regnuz sarracenorum. Sed & reges quinqz qui crediderūt: qui fuerint in eisdem locis dictum est. Nō est autem dictum: & in ipsis septem capitibus: septem reges sunt: vt quasi singulum caput habuerit singulum istorum septem: (maxime cuz decem cornua: decem reges designentur:) sed ait. Et reges septez sunt: vt non ipsi septem reges singuli per singula capita: sed alio modo surgere intelligantur (hoc est) per singula septem temporuz: de quibus in hoc opere frequēter & latius locuti sumus. Non enim septem capita bestie singula per singula tempora orta sunt: sed sicut ostendit melius in Daniele. Primum caput in primo tempore. Secundū in secundo. Quartum in tertio. Septimū quarto. Exinde septimum caput perseuerat vsqz ad sextum tempus: in quo & deficiet: aut quasi deficiet surrecturum post modicum vt disppareat in eternuz. Reges ergo septem: non per septez capita: sed per septem tempora assignandi erant: & ideo ait. Et reges septem sunt: Horum primuz (vt iam scripsimus) fuit herodes cum successoribus suis. Secundus Nero cum successoribus suis. Tertius Constantius arrianus: cum successoribus suis. Quartus mohamith: vel potius Chosroe rex Persarū cuz successoribus suis. Quintus is qui primus in partibus occiduis: cepit fatigare ecclesiam pro inuestitura ecclesiarum ob quam causam multa scismata & tribulationes orta sunt ex eo tempore in ecclesia dei: Sextus autē rex de quo dicitur: Et vnus est: & ille est rex vndecimus in Daniele: in cuius tempore aperienda est ad liquidum reuelatio ista: & percutienda noua babylō: ab eodem rege & complicibus suis: post cuius percussionem occidetur. Septimuz caput bestie: quasi ad mortem: & dabitur tranquillitas ecclesie christi. Porro inter sextā persecutionem: & aliam que erit sub illo rege de quo dicitur: & vnus nondum venit: futurum est breue temporis spatium ad respirationem fidelium: deficiente in persecutione babylonis imperio: quod est itus: & imperio bestie quod est extra: quoniam vtraqz morietur. Uerumtamen babylon oratio: bestia adhuc veluti demone resurget: Ascensura est enim de abysso: vt faciat adhuc vnam persecutionez veluti in octauo loco: & protinus ibit in interitū de quo vlterius non resurget. Unde & mox subdit.

¶ Et bestia quæ erat & non est: & ipsa octaua est: & de septem est: & in interitum ibit. Tex. 9

¶ Si haberet ista bestia octo capita: non diceretur. Ipsa octaua est: & de septem est: sed tm̄: octaua est Diceretur enim octaua in octauo capite: in quo tm̄ modo superesset. Sed quia septimum caput bestie morietur: & resurget: & etiam de reliquiis errorum: aliorum capitū: apparebunt simul: erit quidem congregatio illa pessima octaua & pro tempore & successione: sed tamen de septem erit: q: in ipsa erit collectio oiuz errorum: qui in septem capitibus ostensi sunt: regnante illo rege septimo: qui erit fons malitie & vas erroꝝ: i quo requiescet plenitudo iniquitatis & origo neqtie: Uel ex hoc cū creuerūt iniquitates: vt cōsumenē oia que scripta sunt. Interim sub rege sexto ꝑcutietur babylon a bestia & a regibus

suis: et nihilominus ipsi reges pugnabunt cũ christo: et christus vincet illos in gladio oris sui. In gladio non materiali: sed in gladio spiritus: quod est verbum dei. Non enim deesse poterunt reliquie in quibus pugnet et vincat: quia omnia quecũq; voluit fecit in celo et in terra. Nã sequitur.

T.10 ¶ Et decem cornua quæ vidisti in bestia: decem reges sunt: q regnum nondum acceperũt: sed potestatem tanquam reges: vna hora accipient post bestiam. Hi cum agno pugnabunt & agnus vincet illos: quoniam dominus dominorum est & rex regũ: & qui cum illo sunt uocati electi: & fideles.

¶ In Daniele dicitur: vnum regem surgere post decem. Hic autem de sexto rege dicitur: vnus est: et de decem cornibus: decem reges sunt qui regnum nondũ acceperunt. Hoc autẽ quomodo intelligi possit: non video nisi vt sub nomine sexti regis: alius surgere intelligatur post alium: quatenus post illũ de quo dicit ioannes: Unus est: quem ꝓpter tẽporis instantiam puto fuisse Saladinũ famosissimũ illũ regem turchoꝝ: a quo nuper capta est illa ciuitas in qua passus est christus: surgat alius in successionem ipsius: sicut sint aliquibus medii: siue nõ: et ille sit de quo dicitur in Daniele: Et alius surget post eos: et ipse potentior erit prioribus: Quod si ita est: recte nõ dicitur de decem regibus: Una hora regnum accipient: post regem sextum: sed post bestiã: q; alius forte rex regnabit super bestiam: quando decem reges illi regnaturi sunt: alius cũ incipiet consumari id quod dicitur. Et vnus est: Etenim ſm Danielem (regnantibus decẽ regibus illis singulis in locis suis) oportet surgere quendã paruum regẽ de medio illoꝝ: qui humilians tres illoꝝ: facturus est prelium contra sanctos: et ob hoc: aliquantulũ res venit in dubium: Utrũ prius decẽ reges illi conuenientes cum vno aliquo magno rege: qui regnaturus sit super regnũ illud quod vocatur bestia: percussuri sint pariter babylonem: et postea regnaturus sit ille qui tres illoꝝ regum humiliabit: et facturus est prelium contra sanctos. An vnus idemq; sit sub quo simul vtrunq; oporteat consumari. Quocunq; autem modo: istud factuꝝ sit: idcirco ꝓmissum est de pugna illoꝝ regũ et agni: q; intentio quidem eorum et pugna tota erit contra Christũ: et contra confessores nominis ipsius: sed tamẽ vincendi sunt a Christo et militibus eius: quia qui cum illo sunt vocati: electi sunt et fideles. Fieri tñ põt: vt vtrũq; simul fiat: et ꝑcussio. s. babylonis: et ꝑsecutio electoꝝ nesciẽtibus causã iudicij his qchristianos affligũt: nescientibus inq̃; q; oporteat eos vincere in illa parte que pertinet ad babylonem: in ea vero que pertinet ad ierusalem: superari in certamine a rege Christo: ubi quia iratus est deus falsis christianis: hic quia fidelibus suis et electis placatus: et ideo vtrunq; simul dicit: q; in vno sexto tempore pariter vtrunq; continget. Porro: victore Christo superabitur bestia: et esse desinet que fuit: ita vt dicatur. Fuit et non est. Sed cum hoc fortiter teneri putabitur: et diligenter amplecti: repente rex ille vnus qui scriptus est vndecimus in Daniele: surget (vt putamus) contra decem: et humiliatis tribus magnificabitur nimis: et faciet omnia illa mala de quibus in quarta parte sufficiẽter tractauimus. Uerum hoc post ruinam babylonis: et bellum quod habituri sunt ipsi reges cum martyribus Christi. Nũc q; precessi sermo de victoria Christi: qd etiã de casu babylonis dictum sit: audiamus. Nam sequitur.

Sala.

Nota

¶ Et dixit mihi aquas quas uidisti ubi meretrix sede. populi

sunt & gentes & lingue. Et decem cornua quæ uidisti in bestia: hi odient fornicariam & desolatam facient illam & nudam: & carnes eius manducabunt: & ipsam ignem concremabunt.

¶ Quamdiu aque iste permanent in suo statu: non possunt preualere reges gentiuʒ contra babylonem: quia ipse sunt que pugnant cõtra illos pro ea. Sed quia effusio phyale sexti angeli desiccat eas: non est fiducia in potentia eorum: quia dominus ipse est qui pugnat per impios contra eam. Unde mox subditur.

E.12 ¶ Deus enim dedit in corda eorum: ut faciant quod illi placitum est: ut dent regnum suum bestiæ donec consumentur uerba dei.

¶ Dixerat superius de his regibus. Hi vnum consilium habent ⁊ virtutem ⁊ potentiam suam bestie tradent. Nunc autem dicit. Dominus enim dedit in corda ipsorum vt faciant quod illi placitũ est: vt dẽt regnum suum bestie donec consumentur verba dei. Tale est enim ac si diceretur. Uidentes reges qui erunt in exteris regionibus ꝙ rex ille qui erit princeps bestie pugnabit cum his qui subiecti sunt romano imperio: iam tunc in multis regibus diuiso: ⁊ preualebit: inuitati ab eo: ⁊ monitis ⁊ terroribus in adiutorium suum: habebũt pariter vnum consilium: quid eos oporteat respondere: ⁊ tandẽ ꝗ oẽs vno animo odiunt christianos: ⁊ maxime romanũ imperium: quicquid poterunt habere virtutis ⁊ potentie in armis bellicis tradẽt potestati illius regis: ita vt ipsi quoqꝫ obediant mandatis eius: ⁊ sint in adiutorium ipsius ad faciendum iudicium quod placitũ est deo: nescientibus ipsis. i. vt faciant fornicariam desolatam a filijs: ⁊ nudaʒ a substantia vt occidant infirma eius in ore gladij: ⁊ fortia ipsius igne tribulationis consumant. In carnibus. n. infirma in ossibus fortia designantur. Manducant autem aduersarij carnes eius: ⁊ ipsa que in solo osse relinquitur: concrematur igne: quando eos qui infirmiores sunt: ⁊ quasi viliores: occiduntur in ore gladij: eos autem q fortiores ⁊ chariores: afflictos ⁊ delusos diutius venire ad suum finem per tormenta compellunt. Sed hac in re considerandũ est diligentius: ꝙ in hac tribulatione tria genera hominum suspensa erunt velut in cruce: ⁊ vnũm quodqꝫ remunerabitur ẜꝫ differentiam cordis sui. Alij enim punientur sine causa flagelli: vt sequãtur vestigia regis sui. Alij quasi duo latrones: quoruʒ vnus conpunctus est in flagellis: ⁊ ideo misericordiam consecutus: vnus induratus: ⁊ ideo a consort o electorum seclusus. Uua ergo erit persecutio que iuoluet christianos in die illo: sed non vnus profectus quia alij per ipsam coronabuntur: martyrio: alij cognoscentes reatum suum ⁊ dicentes: iustus est dominus quia peccauimus ei: consequentur veniam: alij blasphemantes christum ⁊ dicentes. Si vere esset hic filius dei: nec ipse se permitteret crucifigi: nec nos tradi sineret in manus inimicorum suorum: tradentur de terra: vt hi qui relinquentur electi: puriores sint auro quod per ignem probatur. Et hec quideʒ futura sunt in proximo: etiam si displiceat filijs huius mundi: etiam si multis auctoritatibus muniãt partẽ suã subsanantes ⁊ consutantes eos qui annuntiãt ista. At ne forte non reciperent expositionem modernam: in tam tam graui ⁊ taʒ duro iuditio: noluit angelus qui loquebatur ioanni preterire silentio: que esset hec mulier: de qua tam sinistra loquebatur: sed peracta expositione in fine verborum suorum conclusit

dicens.

T.13 ¶ Et mulier quam uidisti est ciuitas magna quæ habet regnũ super reges terre.

¶ Non solum autẽ ex auctoritate huius libri: & ex presenti loco traditum est nobis a patribus: q Roma sit in spiritu babylõ: verumetiam ex sententia petri qui scribẽs aliquibus ex vrbe roma. Salutat vos inqt ecclesia que est in babylone. Sz in hoc verbo: consolatio non modica facta est populo qui vocatur romanus: quandoquidem in ipsa vrbe que vocatur babylon peregrinatur ciuitas ierusalem: ita vt non possit colligi nisi de fine qui sunt in ea filij babylonis: & qui filij ierusalem: nequis: aut confidat de ea steriliter propter bona que promissa sunt a domino apostolo petro dicente. Tu es petrus: & super hanc petram edificabo ecclesiam meam: & porte inferi non preualebunt aduersus eam: aut diffidit pp omnia mala que scripta sunt i hoc libro: si quãuis corpore peregrinetur in ea: non fuerit de filijs babylonis: sed de filijs ierusalem: qui plerũq egrediuntur simul ex vno vtere sicut Esau & Iacob: qz potens est deus: vt ait petrus: homines pios de temptatione eripere. Nec putandũz q ciuitas ipsa solos ipsos complectatur: qui murorum ipsius ambitu circũscripti esse videntur: sed omnes qui pertinẽt ad imperium eius: quod licet sit diuisum: & dilaceratum in partibus: vt ostẽdatur appropinquare desolatio eius: vnum tamen est in populo christiano: maxime autez in latino: qui per omnia romano pontifici subiectus esse consueuit: & si ei filij babylonis instigati diabolico spiritu in hijs que pertinent ad deum: subiecti esse non possint. Nonnulli vero contempta expositione sanctorum patrum Ieronymi & Augustini adherent illi verbo sancti Gregorij pape: qui dicit se audisse a quodam viro: q dicebat se audisse ab alio: dixisse beatum Benedictum cuidam aliquid loquenti de ea Roma agentibus non destruetur: sed terremotibus fatigata in se ipsa marcescet. Sed esto sit hoc quod dixit: si sanctus Benenedictus hec dixit. Beatus papa Gregorius mox subinfert hoc in suis diebus apparuisse completũ nimirum quia non de populo: sed de menijs dixerat ciuitatis. Multas denique ciuitates olim famosissimas & superbas videmus funditus subuersas vsq ad solum: sicut & de Ierusalem dominus dicit. Et non relinquent in te lapidem super lapidem: secundum q timuit vir ille: ne accideret Rome per populum & regem Gothorum: super quo dicitur habuisse responsum a sancto Benedicto: q Roma a gentibus non destrueretur: sed de remotibus fatigata: in seipsa marcescet. Non enim eo modo minatur sermo diuinus ciuitati: que habet regnum super reges terre: quia non lapides: & parietes peccauerunt domino: vt cure sit domino lapides iudicare: sed magis vt relinquantur multe domus (vt ait propheta:) magne & pulchre sine homine: & desolentur ciuitates ab habitatoribus suis. Sequitur.

¶ Et post hoc uidi alium angelum descendentem de cœlo habentem potestatem magnam & terra illuminata est a gloria eius: & exclamauit forte voce dicens. Cecidit cecidit Babylon illa magna: & facta est habitatio demoniorum: & custodia omnis spiritus immundi: & omnis volucris immunde: & odibilis. Cap. 18 Tex. 1

¶ Alium angelum se vidisse dicit respectu illius angeli q sibi ostẽderat dãnationẽ meretricis magne. Nõ.n. vnius ordinis ministros habet deus: sz diuersorum: ne s

vnius tantum essent ordinis integrum
⁊ persectum testimonium tam sublimi//
bus rebus perhibere non possent. Jn//
de est: ꝙ alij de templo quod est in ce
lo: referuntur egressi: alij de celo sim//
pliciter descendisse narrantur. Quare
hoc? Quia alij egrediũtur de ordine com/
uentualiuz designato in templo: alij de vi
ta solitaria ⁊ contẽplatiua designata in ce/
lo. Et illi quidem angeli qui egressi sunt de
templo: plures sunt: quia in vita ꝯuẽtuali
veluti diuersa membra: diuersis actioni/
bus deputata conueniunt in vnum cor//
pus designatum in vno templo de quo an
geli ipsi egressi sunt effundere phyalas ira
cũdie dei. Qui aũt dicit descendisse de ce/
lo solus scribitur: ⁊ vnus est: q2 ad vitam
contemplatiuam pertinet illud vnum de
quo dominus ait. Porro vnum est necessa
rium. Sed ⁊ illi angeli non dicuntur de/
scendisse: sz tantum egressi fore de templo
Hic autem angelus de celo describitur de
scendisse: quia in ordine conuentualiũ: pre
sto est assidue vita actiua: ⁊ quando aliquis
conuersatur inter fratres loquitur verba
dei: exire magis dicitur: q̃z descendere:
quia sepe loquitur cum eis verba commu
nia quibus aliquando loquitur verba dei:
Uita vero contemplatiua: que omnino in
diget solitudine: quasi quoddam celuz est:
altius eminens a rebus humanis: a qua q
aliquando egreditur: vt loquatur homini
bus: satis condescendit eis quibus loquit:
⁊ si verbuz dei: eo ꝙ a proposito ⁊ vita sua
alienum sit: ⁊ vt ita compatiatur homini/
bus: non nisi magna ⁊ euidens extorque/
re aliquando necessitas possit. Habitu/
rus est aũt iste predicator siue solus appa/
reat: siue cum sotijs: claritatis sue magnaz
potestatem in loquendo verbum dei: sicut
⁊ de domino nostro scriptum est. Loque//
batur tanquam potestatem habens non si
cut scribe eorum ⁊ pharisei. Sed ⁊ terra il
luminabitur a gloria eius: sicut sub sexto
angelo tuba canente: nescio an de isto: an
de alio dictum est: quia non adhuc in ob/
scuro enigmate: sicut olim: sed velud i cla
ritate solis annuntiabit hominibus veri/
tatem dicens: ⁊ annuntians manifeste: ꝙ
omnino imminebit ruina ciuitatis super/
be: ⁊ collecta in inferno fiat habitatio de//
moniorum ⁊ custodia omnis spiritus im/
mũdi (hoc est diabolici) ⁊ custodia omnis
volucris immunde (hoc est) cuiuscunqz
anime deputate penis eternis: ⁊ odibilis:
pre confusione nuditatis sue: que aliqua n
do erat induta purpura ⁊ bysso: ornata
margaritis ⁊ lapidibus pretiosis. Sed
quare istud patiatur ostenditur cum proti
nus subinsertur.

¶ Et de ira fornicationis eius Tex. 2
biberunt omnes gentes: & re//
ges terre qui cum illa fornica/
ti sunt: & mercatores terre de
virtute delitiarum eius diuites
facti sunt.

¶ Quod dicit. De ira fornicationis eius
biberunt omnes gentes: in quarta parte li/
bri explicasse me recolo: in loco illo: vbi
post angelum cui datũ est euangeliũ eter
nũ secutus est alius angelus: qui diceret
id quod in hoc loco angelus iste dicit: ceci
dit: cecidit babylon illa magna ⁊c. Unde
quia in libro isto: iterum atqz iterum reca/
pitulatio facta est: arbitror: ꝙ iste sit ille an
gelus: qui sub sexto angelo tuba canẽte di/
citur descendisse de celo: ⁊ qui circa finem
quarte partis loquitur: vt iaz dixi: ⁊ dicit.
Cecidit cecidit babylon magna: que a vi
no ire fornicationis sue potauit omnes gẽ
tes. Utrum autem ipse sit vnus de viris il
lis qui venturi sunt: quid opinio interim
tenere queat: in eisdem partibus dictum
sufficiat. Reges vero terre esse prelatos ec
clesiarum: quorum aliqui fornicantur cuz
Babylone superius dictum est. Quod
autem sequitur. Et mercatores ter//
re de virtute delitiarum eius diuites fa/
cti sunt: ad falsos sacerdotes: ⁊ ypo/
critas referendum est qui negotiantes

regnũ dei:inhiant tẽporalibus lucris: quе
runt verbis subdolis placere de vitibus
huius mundi: quorum virtus: est in de
litijs carnis: vt ipsi diuites fiant: ⁊ possint
de cetero viuere in delitijs: attẽdẽtes quo
modo eis indeficientes delitiaꝝ redditus
constituti sint: ita vt largientes multa: sem
per illis proueniat: quod largiri queant: ⁊
nunq̃ꝫ deficiat quod largiendum sit. Hec
est enim virtus delitiarum babylonis: qua
diuites fiunt mercatores terre. Ceterũ qui
sic ad tẽpus participat delitijs eius: vt ta/
men sup hoc ipso doleat: ⁊ ingemiscat: po
test si vult recedere a consortio eius: ⁊ redi
re ad regem suuꝫ q redemit illum: ne forte
si diu steterit apud eaꝫ cogatur participa/
re magnis delictis eius: ⁊ superuẽniẽte ho
ra vltionis accipiat de plagis illius: puniẽ
te in eo domino: quod ipse in seipso parui
pendit punire: Nam sequitur.

Tex.3 ¶ Et audiui aliam vocẽ de ce/
lo dicentem. Exite de illa popu/
lus meus: & ne participes sitis de
lictorum eius: & de plagis eius
non accipietis: quoniam perue/
nerunt peccata eius vsqꝫ ad cœ/
lum: & reordatus est dominus
iniquitatum eius.

¶ In hoc loco sicut ⁊ in multis alijs scri
ptura diuina: celi nomine designatur. In
ea siquidẽ auditur hec vox: q̃ iã hoc ipsuꝫ
licet alijs verbis scriptum erat in libro Je/
Jerem. remie dicẽtis. Recedite de medio babylo
nis: ⁊ de terra chaldeorum egredimini: ⁊
estote quasi hedi ante gregem: quoniaꝫ ec
ce ego suscitabo: ⁊ adducã in babilonẽ cõ/
gregationem gentiũ magnã de terra aqui
lonis: ⁊ preparabuntur aduersus eam: ⁊ in
de cupietur sagena eius quasi, viri fortis
interfectoris nõ reuertetur vacua. Et erit
babylõ in p̃dã: oẽs vastantes eã replebũ/
tur: ait dñs. Igitur quod hic dicitur. Qua
si de celo auditũ est: q̃ quicquid scriptũ esse
videtur de illa babylone que pcussa est a
medis: totũ secundũ spiritũ intelligẽdum
est de ista: quã pcussuri sũt reges illi de qui
bus supra locuti sumus: maxime cũ illa di
catur fuisse pcussa ab imo rege medorum:
Jeremias autem aduersus babilonẽ: non
vnũ tantum regẽ: sed multos ⁊ terribiles
venturos esse predixit. Sed qua ratione
populus domini exire potest de babylone
cũ regnum istius: toto pene orbe terraruꝫ
cõstet esse diffusum. Sed ⁊ quomodo de
illa egredit̃ qui in illa nũq̃ꝫ fuit. Si auteꝫ
adhuc in illa est qui de illa iubetur exire:
quomodo potest non esse particeps deli/
ctorum eius? Sed notandum est: ꝙ illum
necesse ẽ accipe de plagis eius: qui vsqꝫ ad
horam percussionis eius mane in ea etiam
si sit electus quem admodum ille latro
qui suspensus est cum Christo in cruce:
⁊ propter bonã confessionẽ audire meruit.
Amen dico tibi: hodie mecuꝫ eris in para
diso. Qui ergo non vult esse particeps fla/
gellorũ eius: aut omnino ascendat in mõ
tem cum Abraam ad vitam spiritualẽ: aut
saltẽ transeat moribus in segor: ⁊ cõtineat Genes.
se in ea dignos interim faciens penitentie
fructus. Alioquin: q̃ deus vltra non pati
tur extollentiã babylonis: necesse est sicut
dixi: vt flagelletur cum ea: qui negligit pre
uenire horam desolationis ipsius: Sed q̃/
re nõ patitur vltra deus: qui passus est: ha
ctenus vsqꝫ ad presens? Quia venerunt i/
quit) peccata eius vsqꝫ ad celũ. Non enim
sufficit filijs babylonis: ꝙ persequũt cõti/
nue mẽbra Christi: veruꝫ etiã ponẽtes os
suum in celum quotiẽscunqꝫ cõtingit eis
aliquid aduersi nõ metuunt blasphemare
vnigenitũ dei pro salute omnium pepẽdit
in cruce: ⁊ dicere verbũ in deum viuum q
solẽ suum facit oriri sup bonos ⁊ malos: ⁊
pluit sup iustos ⁊ iniustos. Et quoniã pro
nimia patiẽtia sua: visus est tradidisse obli
uioni omnes iniqtates meretricis huius
magne: in quibus ꝯuersata est a diebus an
tiquis. Cum inceperit percutere eam pla/
ga insanabili ⁊ inaudita: videbitur accẽde

re illud quod ibi protinus subiunctuz est.
Et recordatus est dominus iniquitatum
eius. Quarũ iniquitatum? Illarum quas
perpetrata est in persequendo filios Ieru/
salem quibus ⁊ dicitur.

Tex.4 ¶ Reddite illi, sicut ipsa reddi/
dit vobis: & duplicate illi dupli
cia secundum opera eius. In po/
culo quo miscuit vobis, miscete
illi duplum.

¶ Miruz quomodo electis nunc di /
citur. Reddite illi: sicut ipsa reddidit vo
bis: ⁊ cum quasi eoꝝ manibus iudicanda
tradatur: aut quasi ĩ potestate illoꝝ sit quã
tum hec antiqua meretrix debeat puniri:
maxime cũ videatur cõtrariũ verbo domi
ni dicentis. Orate pro persequẽtibus ⁊ ca
lumniantibus vos. Sed sciendũ est ꝙ nõ
semper precipit dominus orandũ pro ini/
micis: maxime si sint inimici dei: sed pro tẽ
pore ⁊ ad tempus (hoc est) vsqꝫ ad tẽpus
statutuz: in quo post diem patientie: sequi/
tur dies iudicii: ⁊ tempus sanctorum ĩ quo
incipiet dominus iudicare mundũ: ⁊ red/
dere vnicuiqꝫ secundum opera sua. Alio/
quin si semper orandum est pro iniquis: er
go: ⁊ inuita futura. Oramus siquidem pro
impijs ⁊ iniquis: quamdiu spes est vt con
uerti queant: ne forte qui putat reprobus
sit electus. Quando autem iniqtas impio
rum peruenit vsqꝫ ad celũ: ⁊ vsqꝫ ad blas/
phemiã spiritus sancti: ⁊ certũ est ꝙ egres
sa sententia velit deus iustus auferre ma/
lum de terra: quis audeat contra sententiã
Ioannis orare pro peccantibus peccatum
ad mortem: ⁊ odientibus ac blasphemanti
bus eum qui nos redemit sanguine suo?
Reddent autem in die illa filij ierusalem
fornicarie ciuitati: secundum ꝙ ipsa reddi
dit eis: ⁊ duplicabunt ei duplicia secundũ
opera ipsius: qꝛ secundum improperia ⁊
iniurias quas passi sunt ab ea subsanabũt
illam: ⁊ duplo etiam confundent faciem il
lius qꝫ ipsi confusi sunt ab ea: cum veneric
dies calamitatis sue. Scimus enim ꝙ filij
huius mundi prudentiores filijs lucis in
generatione sua sunt: ⁊ ꝙ infirma mundi
⁊ ignobilia ⁊ contemptibilia que elegit de
us pro illoruz simplicitate: tradita sunt do
minio ⁊ potestati eorum qui esse in hoc se/
culo fortiores videntur. Et hoc quidẽ nõ
casu aliquo: sed permittẽte iusto iudice deo
qui aliquando filios israel tradidit potesta
ti egyptiorum vt discerent non alta sape/
re: sed humilibus consentire. Sic sic ⁊ in
hoc tempore voluit filios babylonis habe
re dominium ⁊ potestatem: filios vero ie/
rusalem subijcere seruituti: quatenus per
multas tribulationes ⁊ iniurias perueni/
ant ad regnum dei: in quo pauperes: facile
diuites difficile ingrediuntur. Sunt enim
⁊ diuites: licet per pauci: qui habẽt plures
familias: seruos ⁊ ancillas: ⁊ tamen perue
niunt ad regnum dei: qꝛ his quibus prela
ti sunt tẽporaliter: ac si patres filijs miserẽ
tur: ⁊ eam in illis indulgentiam facere stu/
dent: quam ipsi ab omnius domino cupi/
unt obtinere. Ceteri autem non sic: sed si
quando subiecti eorum grauati onere ser/
uitutis murmurant contra eos. non consi
derantes ꝙ tales potius elegerit totius do
minus creature: pro modico ⁊ contẽnẽdo
verbo reddunt eis graues iniurias: vo/
cãtes eos seruos neqꝫ rusticos ⁊ periuros:
operientes facies eorum ignominia: ⁊ cuz
magna confusione ⁊ reuerentia a suis con/
spectibus expollẽtes. Ergo ⁊ ipsi humiles
cum venerit tẽpus eoꝝ operiẽt confusio/
ne ⁊ reuerẽtia faciẽ babylonis dicẽtes Ec
cine est illa babylõ ciuitas supboꝝ: que oli
opprimebat humiles in potentia sua: mo/
do facta est quasi lutum platearum: ⁊ quasi
stercus terre plena omni ignominia ⁊ con
fusione perhemni. Quasi ergo dupluz red/
dent ei electi: improperantes eis miserias
calamitatis sue: qꝛ nõ solũ sup tẽporalibus
iniurijs quas incurrent: cõfundent faciez
reddẽtes ei vicem ꝓ vice: verũetiã sup pe
nis tartareis in quibus deputata est ĩ eter
num. Unde ⁊ mox subditur.

Tex.5 ¶ Quãtũ glorificauit se & in delitiis fuit: tm̃ date ei tormẽtũ & luctũ: quia in corde suo dicit. Sedeo Regina & vidua nõ sum: & luctũ nõ videbo. Ideo in vna die veniẽt plage eius: mors: & luctus: & fames: & igni cõburet.

¶ Glorificãt se filij huius mũdi: qꝛ nobiles sũt: qꝛ potẽtes: qꝛ diuites: qꝛ dñi alioꝝ. Sꝫ ⁊ verbũ crucis ⁊ virtutẽ penitus ignorantes: in bonis ducunt dies suos: ⁊ affluunt multis delitijs: sicut diues ille qui sepultus est in inferno. Porro in die illo cũ hec illis improperabunt electi: qui modo cõtẽnunt ab eis nolẽtibus recipere correctione eoꝝ: excitabitur ex hoc illis tormẽtũ ⁊ luctus: vidẽtes se omnino constitutos in arto: ⁊ nõ posse redire ad assuetas delitias ⁊ honores seculi quos amiserunt. Nõ enĩ ponũt hec oĩa in corde suo anteq̃ȝ veniãt vt leuius expta ferant: ideo intollerabilis erit luctus eoꝝ ⁊ irremediabilis afflictio tormentoꝝ suoꝝ: Quia in corde (inquit) suo dicit. Sedeo Regina ⁊ vidua nõ sum: ⁊ luctũ nõ videbo: ideo in vno die veniẽt plage eius: mors: ⁊ luctus: ⁊ fames ⁊ igni cõburet. Multitudo hominũ superboꝝ gloriatur de regno mũdi: quod sibi videt esse contraditũ: ⁊ qꝛ sedet quasi regina imperãs humilibus ⁊ paupibus terre. Dicit etiã se nõ esse viduam: qꝛ cõfidit de viribus terrenoꝝ pncipũ qui imperant in ea: ita vt nõ se credat videre luctũ cũctis diebus vite sue: nec sentire aliqd de vniuersis plagis que scripte sunt in hoc libro: iuxta illud euangelij. In hac die tua que ad pacẽ tibi nũc aũt abscõdita sunt ab oculis tuis. Ideo (inquit) vna die (hoc est) vno tẽpore: venient plage eius: mors: luctus ⁊ fames. Hec sunt.n. spirituales reproboꝝ plage a die obitus sui. Moriunt morte eterna: ⁊ ideo luctus sequet eternus: Et qꝛ non sic moriuntur vt esse desinant: esurient sine fine: ⁊ qd̃ est deterius: ipsi q esurient: erũt cibus ignis eterni: Justa satis recõpensatio. Pro vita gloriosa: mors pro inepto gaudio: luctus p delitijs: fames pro refrigerio ignis. Et quasi quereret de eo qui ista facturus est: ⁊ quis sit tante potentie qui hoc facere possit: cum nulla videat in terra esse ptãs que ei fortitudine adequetur adiecit ⁊ ait.

¶ Quia fortis est deus qui iudicabit illam. Tex.6

¶ Tale ẽ.n. ac si diceretur. Si moriturus assummeret bellũ cõtra eã: ⁊ indignatio omnipotẽtis dei: cuius ire resistere nemo potest: non esset in causa: posset forsitan vt vsq̃ȝ modo presumere de viribus suis. Sꝫ qꝛ ille pugnat cõtra eã q dicit p prophetã Dies vltionis in corde meo: frustra cõtendit resistere inimicis suis: qꝛ domini est voluntas vt vincat ab eis: q vtit eis quasi vasis mortis: sicut ⁊ de populo Assur dicit ipse dñs p Jsaiã prophetã. Ve assur virga furoris mei: ⁊ baculus ipse indignationis in ira mea sup gentẽ fallacẽ mittã eũ. Que est autẽ gens fallax: nisi que se esse simulat qd̃ nõ est? nisi que cõfitet se nosse deũ factis autẽ negat? Verũtñ ⁊ si hic ex pte agit iudicium eius: nõ ideo tñ cũ morte carnis cõsummationẽ accipiet. Sed erit quasi quedam ostensio iudicij futuri. Sequitur.

¶ Et flebũt & plangẽt se sup illã oẽs reges terre, q cũ illa fornicati sunt: & ĩ delitiis suis vixerũt. Tex.7

¶ Jlli reges terre ⁊ rectores aĩaꝝ q pp delitias babilonis q̃ puenũt ad manus eoꝝ: scꝫ qd̃ ⁊ opa eoꝝ testãt: gaudẽt se esse platos ecclesiaꝝ: adeo vt malit offẽdere vicariũ sũmi pastoris: q̃ȝ pñcipes mũdi ⁊ babylonis nõ poterũt nõ plãgere ĩ die illo: cum viderit trãsire ⁊ nõ reuerti qd̃ dulcit amauerũt: ⁊ si p durũ valde iudiciũ qd̃ sustinebũt ĩ hac vita cogãt ĩtelligere penas eius eternas: ac per hoc studeant longe fieri a conuersatione eius propter timorem tormentorum ipsius. Et iam sequitur.

Tex.8 ¶ Cum viderint fumum incen/
dii eius longe stantes propter ti/
morem tormentorum eius.

¶ Si pugna regum decem materialis nõ
esset: possemus in hoc incendio inferiorẽ
tantum intelligere penam. Quia vero ma
terialis erit: potest simpliciter p incendiũ
temporale eius quod passura est: designari
supplicium. Inter fumum vero ꝛ incendi
um hoc iteresse cognoscitur: q fumus ple/
rũq3 a longe videtur etiam ab his qui in/
cendium videre non possunt: inueniendũ
vero ne semper videatur: obsistunt plerũ
q3 siluarum nemora ꝛ colles obiecti. Sed
vtrum magnum sit an paruum: de fumi ca
igine intelligitur. Incendium ergo baby
lonis: tormentum quod patietur in die il/
lo designat: fumus vero famã que longius
aduolabit. Stabunt ergo a longe ob timo
rem tormentorum: ꝛ quia parare se nõ au/
debunt ad prelium cõuertentur ad luctũ.
Et plangent (inquit) super illã: omnes re
ges terre qui cum illa fornicati sunt: ꝛ in
delitijs suis vixerunt: dum viderint fumũ
incendij eius longe stantes propter timo
rem tormentorum eius dicentes.

Tex.9 ¶ Veh veh ciuitas illa magna
babylon: ciuitas illa fortis quo/
niam vna hora venit iudicium
tuum.

¶ Hi qui nõ cõsiderãt in die pacis: quã
nulla sint omnia temporalia q̃ trãsire pos
sunt: ꝛ gloriam principum huius seculi: q/
bus vt ꝛ ipsius pariter honorentur: cũ eis
adherere contendunt: cum repente vide/
rint accidisse quod prius dicentibus non
credebant: p amore quo colligati erãt eis:
flebant amarissime: ꝛ lugebunt obstupescẽ
tes pro nouitate immutationis ipsius: ꝛ
pro timore tormentorũ eius: pro posse lon
gius recedentes: Et q2 ei nõ poterũt ades
se admirãtes pariter ꝛ dolẽtes dicturi sũt
in cordibus suis. Veh veh ciuitas illa ma
gna: ciuitas illa fortis: que olim in magni/
tudine populorum: ꝛ in fortitudine mili/
tie sue subiugauit orbem: quomodo tã su/
bito absorta est: ꝛ redacta ad nihilum: ita
vt nec vestigium supersit memorie magni
tudinis eius. Unde ꝛ per prophetam do/
minus ait. Et erit babylon illa gloriosa in
regnis inclita in superbia chaldeorum: si/
cut subuertit dominus Sodomã ꝛ gomo
ram ꝛc. Sequitur.

¶ Et negotiatores terre flebunt T.10
& lugebunt super illam: quoni/
am merces eorum nemo emet
amplius.

¶ Negotiatores terre qui sicut superius
dictum est. Ipsi sunt sacerdotes bruti q ne
sciunt que dei sunt: sacerdotes animales q
dati sunt in atrium exterius vt manducẽt
peccata populi qui vendunt orationes ꝛ
missas pro denarijs facientes domũ oratio
nis apothecã negotiationis: faciẽtes in q3
locum publicũ: ꝛ speluncam latronũ. Do Sacer.
lebunt ergo ꝛ flebunt super illã q2 merces merca.
eorum nemo emet amplius: vt pote q nec
ita cõpuncti erubescent sup scelere suo: s3
tanq3 animales ꝛ carnales hoc tantum co
gentur deflere: q2 pdiderunt quod amaue
runt: q2 non erunt quibus vendant merci
monia sua. Deficiet enim vendendi studi/
um: q2 ementium pertransibit concursus.
Sola remanebit delusa ꝛ confusa cupidi/
tas: que ablata sibi voluptatis materia in
vocem fletus erumpet: q2 iam quod libet
non licet: ꝛ quod sibi erat propriũ ꝛ fami
liare carebit. Quã vero pretiose sint ipse
merces quas abutendo: dei munere p car
nalibus vendunt aparitur cum subditur.

¶ Merces auri & argenti, & la/ T.11
pidis prætiose, & margaritæ, &
byssi, & purpuræ, & serici, & co
cri, & omne lignum tinũ: & om/
nia vasa eboris, & omnia vasa de
lapide

lapide prætioso, & eraméto, & ferro: & marmore: et cinnamomum: & amomum: & odoramétorum: & unguenti: & thuris: et uini: et olei: et simile: et tritici: et iumentorum: et ouium: et equorum: et rhedarum: et mácipiorũ et animarum hominum.

¶ Hec omnia ꝛ similia spiritualiter intellecta: cõmissa sunt sacerdotibus ꝛ clero nõ vt cõmutentur ꝑ carnalibus: sed pro spiritualibus (hoc est:) pro animabus fidelium ꝛ operibus bonis. Sed quid? Nunquid nõ a principio presto fuit symõ qui oblata pecunia petro ꝛ Joãni: vendi sibi postularet donũ spiritus sancti? Sed tũc ꝛ si fuit qui emeret: qui venderet: non fuit: sed magis qui contradiceret tam nefando emptori. Nunc autem ꝛ si emptor piger esset ademptionem: presto tamen est venditor: sollicitans animas miserorum: nõ vt humiliter cõsequãtur gratiam: sed vt infeliciter emãt non vt roborentur celesti munere: sed vt ruant pariter cum ruẽtibus. Deniq; non nullis commissum est aurum sapientie: ꝛ argentum eloquentie ad vtilitatem ecclesie: sed tñ propter hec dona nõ electos dei: (qui plerunq; despecti sunt:) edificare querunt: sed magis adherere diuitibus huius mundi: vt loquantur eis placentia ꝛ honorentur ab eis: sicut quondam falsi prophete in ierusalem qui decipiebant plebem in promissione pacis dicentes: pax: pax: cum non esset pax. Alijs cõmissa sunt sacramẽta diuina: designata in margaritis ꝛ lapidibus pretiosis: pro salute viuorũ ꝛ mortuorum: ꝛ tamen nolunt ea dare aliquibus nisi: aut accipiãt aliquid: aut accipere sperẽt. Alijs datum est: posse operari opera iustitie: designata in bysso ꝛ purpura ꝛ serico: ꝛ cocco: sed tamen per hec hominibus secularibus: placere querunt magis q̃ deo: paruipendentes id quod dominus ait. Attendite vobis ne faciatis iustitiam vestrã coram hominibus vt videamini ab eis. Alijs commissa sunt necessaria artificia ad operandum quod bonũ est manibus suis sicut faciebat apostolus: designata in ligno thimo: ꝛ vasis eboris ꝛ vasis de lapide pretioso: vtpote in edificijs basilicarum: in cõstructione monasteriorũ: in descriptione librorum: sed hec ipsa facere nolunt: nisi sint qui larga manu offerrant ex eo quod abũdant nisi eis retribuatur in hac vita p̄senti. Alijs cõmissa sunt exercitia corporalia: que pertinent ad vsum quottidianum: designata in erramento ꝛ ferro ꝛ marmore vt operentur manibus suis: ꝛ habeant vnde tribuant necessitatem patientibus: sed tamen non solum eoꝝ que operãtur dare aliquid pro deo nolunt: verũetiã pro re vilissima chariora extorquere contẽdunt. Alijs data sunt exercitia spiritualia designata in cinnamomo ꝛ amomo: ꝛ odoramentis: ꝛ vnguentis: ꝛ thure: sed tamen pro eis laudes hominũ suscipere non verentur negligentes illud quod scriptum est. Amẽ dico vobis receperunt mercedem suam. Alijs datũ est posse reficere corda fideliũ omni doctrina spirituali: designata i vino ꝛ oleo: ꝛ simila: ꝛ tritico: sed tñ eleuati in supbiã ad ꝑlationẽ aspirãt: Alijs cõmisse sunt anime fideles designate (pro diuersitate intellectus:) in iumentis ꝛ ouibus: ꝛ equis: ꝛ rhedis: ꝛ mancipijs: ꝛ animabus hominũ vt eas custodiant ad salutem: sed tamẽ cũ eas deberẽt instituere i timore domini: vt placeãt soli deo: docent eos placere hominibus aliter q̃ oportet: vt possint ab eis cõsequi tẽporalia lucra: nesciẽtes illud quod scriptũ est. Dominus dissipat ossa eoꝝ qui hominibus placẽt ꝯfusi sunt: qm̃ deus spreuit eos. Ecce hi oẽs sunt negotiatores terre: q cõmutant dona dei ꝓ rebus tẽporalibus ꝛ caducis assẽtiẽtibus eis: imo ꝓuocãtibus: filijs babilonis qui dicũt se esse fideles ꝛ nõ sunt: sed sunt synagoga sathane. Scimus.n. q͂ nulla gẽs est: aut populus i oi multitudine eoꝝ q xp̄iana ꝓfessione cẽ

sentur: que licet sit in magnis sceleribus: non querunt tamen habere ecclesias ⁊ sacerdotes ⁊ clerũ: ⁊ etiam aliquando interesse sacris: licet qui indigna participat: iudicium sibi manducet ⁊ bibat. Uerũ quia filij ierusalem plerunqȝ pauperes sunt ⁊ despecti. Filij babylonis diuites gloriosi: quibus putas libentius adherent hi qui non causa dei: sed causa honoris ⁊ lucri: sacerdotalem non tam accipiunt: q̃ȝ vsurpant ⁊ rapiunt dignitatem? Nõ ne magis filijs babylonis: qui ditis est: q̃ȝ filijs paupercule tempestate conuulse. Et quoniam vtriqȝ ceci sunt vtriqȝ pariter in foueam cadunt. Uerumtamen quia causa tantorum scelerũ in vrbe fornicaria principaliter manet: ad iustum superni iudicis pertinet examẽ vt magna illa meretrix que prouocat alios ad delictum iudicetur prius: qui autem seducti sunt ab ea reseruentur ad luctum videntes ablatum sibi gaudium: ⁊ letitiam seculi quam amauerunt. Non enim possũt mentes carnales de leui obliuisci eorũ que amauerunt: maxime cum non habeant cõsolationem de celo: aut aliquid esse putent celi gaudia respectu terrenorum: scriptura attestãte que ait. Animalis homo non percipit que sunt spiritus dei. Sed quia merces negotiatorum diligentius annotauit: oportebat etiam beatum ioannem mutata verbi persona: delitias exprimere babylonis (hoc est) illas delitias pro quibus ĩdeȝ negotiatores ad nundinas ipsius babylonis vniuersas merces suas detulisse vidẽtur: facta .s. cõmutatione inter vtrasqȝ merces. Nam sequitur.

T.12 ❡ Et poma tua desiderii anime tuæ discesseruut a te: & oĩa pinguia & præclara perierunt a te. & amplius illa tã nõ ĩuenient mercatores q̱ diuites facti sunt ab ea.

❡ Lȝ merces prauorum negotiatorum spũales sint: merces tñ babylonis carnales: q̃: vȝ: merces carnales ꝑ eorum carnalibus sacerdotibus dulces esse nimis esse videñt: tradũt q̃qȝ pretiosa pro concupiscentia gule: ⁊ commutant turpis lucri gratia spiritualia pro carnalibus: immitantes iudam proditorem: qui vendidit dominum pro triginta denarijs. In his auteȝ tribus speciebus: manet principaliter concupiscentia gule. In pomis: in pinguibus; ⁊ in potionibus vini. Uerum hec ⁊ omnia ⁊ similia transibunt ab babylone: ⁊ iam nõ erit qui vendat: ⁊ ⁊ si non desint qui emere querant. Unde ⁊ de eisdem mercatoribus: iam tunc frustratis a spe sua: consequenter adiungitur.

❡ Longe stabunt propter timorem tormentorum eius flentes & lugentes & dicentes. Ve ve ciuitas illa magnaquæ amicta erat bysso & purpura: & cocco: & deaurata auro & lapide prætioso: & margaritis quoniam vna hora destitutæ sunt tante diuitiæ. T.13

❡ Hec verba lugentium mercatorum nõ sunt spiritualiter accipienda: sed magis ſȝ consuetudinem lugentium: qui solent accipere verbum pro verbo: quatenus ꝑ hoc quod dicitur amicta erat bysso ⁊ purpura ⁊ cocco: ⁊ deaurata auro ⁊ lapide pretioso: ⁊ margaritis: fuisse valde ditis: ⁊ gloriosa: ⁊ nobilis: intelligatur. Sequitur.

❡ Et omnis gubernator: & omnes qui in longum nauigant: & nautæ: & qui in mari operantur. longe steterunt & clamauerunt videntes locum incendii eius dicentes: Que similis ciuitati huic magne? T.14

❡ Quis: ⁊ Nemo: in diuina pagina nõ est vniuersaliter accipiẽdũ: ſȝ plerunqȝ alterũ ꝑ multis: alterũ pro paucis accipiẽdũ est: Quod enim ait dominus. Omnes quot quot venerunt ante me fures fuerunt ⁊ la

trones:non est accipiendum generaliter de omnibus:sed de multis. Et quod ait sanctus Joannes baptista de christo. Et testimonium eius nemo accipit non ita est intelligendum: hoc nemo:vt nec sancti apostoli accepisse illud intelligātur:sed q: pauci fuerunt qui acceperunt verbum eius respectu eoꝝ qui illud non acceperunt. Scimus autem q̄ non solum nonulli episcopi ⁊ sacerdotes implicantur negotijs babylonis:vt diuites fiant: verumetiam nō nulli abbates:⁊ monachi:⁊ alij atq3 alij religiosi:immo non qui sint: sed qui esse videntur. Nomine ⁊ enim gubernatores:p̄lati cenobiorum accipiendi sunt: nimiru3 quia ipsa monasteria naues sūt spirituales. Quarum nauigatio:quia lōga est:nonnulli monachorum querunt elongari fugientes ⁊ manere in solitudine:⁊ tamen ad extremum ad epulas redeunt babilonis:⁊ ab ipsius exsecrandis delitijs astinere nō possunt. Quamuis non sit segniter accipiendum q̄ dicēs omnis gubernator ⁊ omnes qui in longum nauigant:adiecit:Et naute qui in mari operāt. Scimus eni3 esse aliquos nautas qui nō nauigāt in lōgum ⁊ aliquos operari in mari: q nusq̄3 nauigāt sicut piscatores:quia nonnulli monachorū in ciuitatibus manent:nonnulli vero ⁊ parochias habere permissi sunt. Sed isti omnes lugebunt ⁊ flebūt sup excidium babylonis:quam temporaliter amauerunt: videntes(inquit)locum incendij eius. Uidebunt eni3 ciuitates nobilissimas desolatas vrbis monitissimas absq3 habitatore. Et quoniam carnales homines nesciunt cogitare nisi gloriam carnis:nec credūt ea que scripta sunt in hoc libro de sancta ciuitate ierusalem:dicturi sunt ad inuicem in die illo:id quod in hoc loco scriptu3 est. Que similis ciuitati huic magne? Dicturi(inq̄3) sunt verbum istud:⁊ si quod simile videntes desolationem tam innumere multitudinis ⁊ tanti regni:quod modo ⁊ si legūt in canonicis libris:aut ipsi tamen minus intelligunt:aut plene intelligentibus fidē exibere non possunt. Et quia fortiter annexi sunt ⁊ corde ⁊ animo ruiture nescientes:aut non volentes viuere absq3 epulis eius:non possunt in ruina eius lenire dolorem suum videntes quādoque ⁊ agnoscētes depisse pariter omne quod amauerūt. Nam sequitur.

¶ Et miserūt puluerē sup capi- T.15
ta sua & clamauerūt flētes & lugētes & dicētes. Ve ve ciuitas illa magna ī q̄ diuites facti sūt oēs q habēt naues ī mari:de p̄tiis ei⁹ quoniam una hora desolata est.

¶ Sicut oleum significat gaudiū: ita puluis designat tristitiam. Mittunt ergo puluerem super capita sua: qui mentes suas vehementer affligunt. Clamant flentes ⁊ lugentes:dum se dolere supra modum manifeste demonstrant. Dolent autē propter illā:s3 magis q: mia3 libidinis sue irrecupabiliter amiserūt:iusta illud apostoli. Erūt hoies seipsos amātes. S3 si illi deflēt ruinā eius q eius familiares fuerūt:nūqd pro ea flebūt sc̄ti q ab illa occisi sunt:⁊ exterminati de terra:fugiētes d: domo i domū ⁊ d ciuitate in ciuitatē? Absit. Sequitur.n.

¶ Exulta super ea:cœlū & san- T.16
cti apostoli & p̄phetæ: qm̄ iudicauit deus iudiciū vestrū de illa.

¶ Celū vocata est ecclesia sanctoꝝ: Porro sc̄ti apostoli oēs s t p̄lati: p̄phete vero doctores sūt q: futura p̄dicūt. Hi ergo oēs pariter letari iubent:sup excidio babylonis:memores eorum que passi sunt ab ea oibus diebus pegrinationis sue. Seqtur.

¶ Et sustulit vnus angelus fortis lapidem quasi molarem magnū: & misit in mare dicēs. Hoc impetu mergetur babylon magna illa ciuitas:& vltra iā nō inuenietur.

¶ Hoc si ad exẽplũ dictũ est: qḋ dicit: hoc vult intelligi. Si autẽ mysteriũ est: aliquẽ de regibus mundi: moralis iste designat: quẽ angelus vnus fortis i abyssuz deijciet eo forsitã ordine: aut cõsimili: quo rex quõdã Theodoricus in olla vulcani iactatus ẽ a papa ioãne: (vt in regis impijssimi manifesto iuditio:) quid multitudo pessima mereat: agnoscat. Uere. n. peritura in seculuz ⁊ in penis in eternum mansura: demergetur in thartarũ que actenus regnauit imũdo: ⁊ nec ipsa inuenietur vltra: nec ea inueniet que diligebat. Transibit enim ad horaz voluptas: ⁊ pena voluptatis in eternũ manebit. Gaudia cessabunt: ⁊ fletus ⁊ vllulatus non desinent. Nam sequitur.

T.18 ¶ Et vox cytharedorũ & musicorum & tibia canentium: & tuba nõ audietur in ea amplius: et omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius: & lux lucerne nõ lucebit tibi amplius: & vox sponsi & sponse non audietur adhuc in te.

¶ Ecce qualis est portio: qui vite huius gaudia preferunt vite future. Bonũ erat eis per luctũ puenire ad gaudia quam de gaudijs tẽporalibus trãsire ad eterna tormẽta. Atqꝫ vtinã sufficeret eis: sic gaudijs trãsitorijs pfrui: vt saltem alios homines dimitterent inquiete vt conseruos ⁊ coequales sibi habere consotios paterentur: ⁊ nõ eos vi ⁊ potentia ac moruz proprie subijcerent seruituti. At nõ solũ istud facere superbiendo nõ metuunt: verum etiaz qḋ peius est: eos quos sibi subijciunt in errorẽ inducunt. Unde ⁊ mox subditur.

T.20 ¶ Quia mercatores tui erãt prĩcipes terre: quia in ueneficiis tuis errauerunt omnes gentes.

¶ Notandum ꝙ superius locutus est de regibus ⁊ negotiatoribus terre: quoꝝ alteri principes terre sunt: alteri ⁊ si non principes diuites tamen. Nunc autem mercatores babylonis: principes terre fore describit. Uidetur ⁊ enim mihi de alijs mercatoribus hic ꝙ̃ ibi: sermo esse prolatus. De illis si mercatoribus qui conueniunt cũ illis: de quibus supra locuti sumus: ⁊ putãt se emere spiritualia ꝑ carnalibus suis: qḋ autẽ dicit. Quia in veneficijs tuis errauerunt oẽs gẽtes (tale est) ac si diceretur: qꝛ te in loco eminentiori cõstitui: quo posses ab vniuersis videri: eo grauiores facte sũt ad inuẽtiones tue: quo exẽplo tuo omnes gentes que tibi erãt subdite: errauerũt: qꝛ quo tendit caput: illuc sequuntur ⁊ membra. Sequitur.

¶ Et in ea sanguis prophetarũ & sanctorum inuentus est: et omnium qui interfecti sunt in terra. T.21

¶ Rursum hoc pro more prophetico de secunda persona sermo cõmutatur ad tertiam. Id circo autem sanguis prophetarum ⁊ sanctorum omnium qui interfecti sunt in terra: subauditur iniuste: inuentus esse dicitur in babylone quia in radicibus (vt ita dixerim) suis: a Chaym primo reprobo inchoauit: ⁊ quicunqꝫ iniuste occisi sunt: aut ab ea: aut per eam factum est: vt morerentur: qꝛ ⁊ si forte aliqui electoruz occidisse aliquos iniuste leguntur: vt tamen hoc malum facerent: ex babilonis participatione habuerunt. Hucusqꝫ de ruina babylonis.

¶ Explicit distinctio prima.

¶ Incipit distinctio Secunda

POst hæc audiui q̃si uocẽ magnam tubarum multarum in cœlo dicentium. Alleluia. Laus et gloria et uirtus deo nostro: quia uera et iusta iudicia Cap.19 Tex.1

eius: quia iudicauit de meretrice magna que corrupit terram in proſtitutione ſua: & vindicauit ſanguinem ſeruorū ſuorum de manu eius: & iterum dixerunt: Alleluia: & fumus aſcendit in ſecula ſeculorum.

¶ Cum babylon illa vetus percuteretur aſperſis: ⁊ iudei liberati per cyrum regem: aſcenderent de babylone: q̄ꝫta eidēꝫ populo oriretur letitia: liber qui vocatur Eſdre manifeſte declarat. Nec inmerito. Si eniꝫ cantare canticum domini i terra aliena nō licet: ob memoriaꝫ ſancte patrie: a qua exules erant: quomodo reuocati ad patriaꝫ tacere a cātionibus poſſunt? Sic. n. de hoc
Psal. 136 legitur in pſalmo. Super flumina babylonis illic ſedimus ⁊ fleuimus dum recordaremur tui ſyon. In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra. Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerūt nos verba cantionum: ⁊ qui adduxerunt hymnuꝫ cātantate nobis de canticis ſyon. Hec aduerſarij. Sed quid illi reſpondent qui ſe captiuos eſſe cognoſcūt? Quomodo (inquiunt) cantabimus canticum domini in terra aliena. Et adijciunt. Si oblitus fuero tui ieruſalem: obliuioni detur dextera mea. Non ergo licebāt iudeis cantare canticum domini in terra aliena. Nec nos noua babylon cantare patitur alleluia: nec omnino in hoc exilio poſiti cantare corde pleno permittimur quouſqꝫ perueniamus ad regnuꝫ. Quia tamē in creatore noſtro gaudere nobis expedit: ⁊ letari: ⁊ cum per ſingulos dies de perceptis beneficijs collaudare. quid magnum illud hebreorum tripudium in ieruſalem remeantium deſignet ⁊ qualiter annuente deo temporaliter quoqꝫ ad implenduꝫ ſit: inquiramus tum quia preſens locus hoc exigit: tum quia per preſentia gaudia certiores efficimus de futuris. Quia ergo ⁊ noſtri trāſmigratio manet ⁊ opaca adduc babylonis memoria chriſti vineaꝫ necāt quātum putas erit gaudium electis dei cum viderint vepres ⁊ ſpinas euaſas eſſe de terra? Regnat babylō ancillata eccleſia, quia illa totam occupat: ⁊ hanc ne fructum proferat necat: Preſocatur iſta: illa multiplicatur ⁊ germinat. Quid igitur mirum ſi gaudet: cum videt ſucciſas eſſe vepres ⁊ ſpinas: cui in hac die babylonis reſpirare non licet? Sicut inq̄ꝫ: filij iuda erepti a vinculis babylonis: ⁊ reuerſi ad patriam: canticum letitie cantauerunt: ita ⁊ nos in die illa cum percuſſerit deus emulam noſtraꝫ: cantabimus: alleluia: non quia illa corruet ⁊ peribit: ſed quia nobis ruente ipſa: relinquetur libertas: ⁊ q꞉ templum quod combuſtum eſt: a caldeis: iteruꝫ fundabitur de lapidibus viuis. Sic enim ſcriptum eſt in Eſdra
libro Eſdre qui ſub ſexto ſignaculo continetur. Fundato a cementarijs templo domini: ſteterunt ſacerdotes in ornatu ſuo cū tubis: ⁊ leuite filij aſaph cum cymbalis vt laudarent deum: per manus dauid Regis iſrael. Et concinnebant in hymnis ⁊ confeſſionibus domino: quoniam bonus: q̄m in eternuꝫ miſericordia eius. Omnis quoqꝫ populus vociferabatur clamore magno in laudando dominum: eo ꝙ fundatum eſſet templū domini. Facta eſt ergo hoc modo letitia magna in populo: ⁊ hoc quater. Primo cum poſuerunt altare: ⁊ fecerunt ſolemnitatem tabernaculorum. Secundo quando fundatum eſt templuꝫ. Tertio q̄n cōſumatum eſt opus ipſius templi. Quarto cū ꝯſumata eſſet ſtructura ciuitatis. Secundū hoc: noua quedā ⁊ ipſa proſpera futura ſunt in eccleſia dei. Pro quibus nō incōgrue forſan quater cantabitur: alleluia. Quater ſane: alleluia pronuntiatū ē. Poſt hec (inquit) audiui quaſi vocem magnam tubarum multarum in celo dicentium alleluia. Poſt ruinam babylonis quaſi vox magna tubarum multarum audietur in celo: q꞉ tanta exultatio electorum erit in eccleſia quanta non fuit a diebus Conſtā/

tini:ob magnā consolationez ⁊ letitiā:quā
facturus est dominus super terram. Et q̄
iam in ore multorum resonabunt cōcordi/
ter aperta misteria:⁊ etiā multa hactenus
ora iudeoruz aperientur ad laudem Chri/
sti patenti spirituali intellectu:quia veluti
quidam flatus vehemens procedit de tu
bis diuersarum hystoriarum:recte dicitur
tubarum multarum: quia concorditer iu
deorum vox audietur ⁊ gentium. Unde ⁊
in euangelio scriptum est. Turbe autem
que p̄cedebant:⁊ que sequebantur:⁊ etiaz
pueri hebreorum egressi a ierusalem obui/
am christo clamabant dicentes. Osanna fi
lio dauid:benedictus qui venit in nomine
domini:osanna in altissimis. Jam enim in
cipit elucescere quid sibi velint laudes iste
cantantium:alleluia. Quas ⁊ si exprime/
re sicut erunt:nequimus:ꝙ tamen in tali
tempore future sint: secure possumus fir/
miterqꝫ promittere:non solum ex loci hu/
ius apertione:verumetiam ex his q̄ acte/
nus memorati sumus que omnia contieni
unt in sexto loco ostendentia:ꝙ in sexto tē
pore magna ista laus erit in ecclesia dei:pp
bona que superuenient reliquijs electoruz
suorum. Sexto nāqꝫ signaculo inchoato p
cussa est babylon mhetropolis chaldeoruz
a medijs:⁊ soluta (vt iaz supra commemo
raui) captiuitate iudeorum:edificatum est
templuz ⁊ muri ciuitatis in angustia tem
porū:propter quod ⁊ filij iuda laudauerūt
dominū super omni misericordia domini
qua consolatus est eos. Solemnitas quo/
qꝫ palmarum in qua glorificatus est chri/
stus inchoata sexta hebdomada quadrage
sime sexto die. s. ante passionez domini cele
bratur annuatiz i ecclesia christi:haud du/
bium:ꝙ in typo eorū que futura sunt post
pcussione babylonis:quādo ⁊ iudeoꝝ po
pulus ꝯuertet ad dn̄z. Turbe sane que p̄ce
debāt:grecos: que sequebantur latinos:q̄
āt occurerūt ad descensuz montis oliuaꝝ:
iudeos:vsqꝫ ad presens inimicos fidei:⁊
nostros:tunc autem amicos ⁊ cōciues de/
signat:qui ⁊ ipsi nobiscuz pariter cātabūt
dicentes. Osanna filio dauid: benedictus
qui venit in nomine domini. Unde ⁊ ei/
dem populo hucusqꝫ infideli veritas ipsa
dicit. Dico vobis:non me videbitis am/
modo donec dicatis. Benedictus qui ve
nit in nomine domini. Erit ergo in die il/
lo consumata seueritas ⁊ vexatio satis du/
ra dabit intellectum auditui. Aperientur
oculi eorum:⁊ videbunt iesum dicturi:⁊
ipsi vt iam dixi nobiscum. Benedictus q
venit in nomine domini. Cātabitur ergo
primum alleluia pro peremptione adulte/
re:quod est predicare iustum dominuz: iu
stus est enim in omnibus vijs suis. Secun
dum pro libertate ecclesie:quod est:miseri
cordem agnoscere. Uersus autem qui seq/
tur alleluia expositio est ipsius gaudij: qꝺ
significatur in alleluia:reperitio vero alle
luia:geminum esse illud gaudium ⁊ solem
nitatem demonstrat. Et re vera cum ipsi/
us e medio fit geminum gaudium exhibe/
tur:seu quia oppressio desinit:sed quia con/
solatio adhibetur. In vno ergo iudicio ba
bylonis semel ⁊ iterum dicitur alleluia:q̄
⁊ malū quod erat esse desinit:⁊ bonum qꝺ
aberat inuenitur. Sicut enim habet locus
ipse nisi obliuioni tradidimus. Audiui
quasi vocem magnam tubarum multaruz
in celo dicentium. Alleluia. Deinde ver/
sus sequitur in expositione ipsius alleluia:
dicens sic. Laus ⁊ gloria ⁊ virtus deo no
stro:quia vera ⁊ iusta iudicia eius sunt:qui
iudicauit de meretrice magna que corru/
pit terram in prostitutione sua: ⁊ vindica
uit sanguinem seruorum suoruz de manu
eius. Et iterū dixerunt alleluia. Quod aūt
sequitur. Et fumus ascendit in secula secu
lorum:vtrum de babylone dictum sit: an
de laudantibus dubitatur: quia posset
sano intellectu ab vtrosqꝫ referri. Fumus
sane de electis:ascēdit cum laus ⁊ benedi/
ctio illorum dirigitur ad deum viuuz. Un
de est illud. Ascendit fumus incensorū de
orationibus sanctorum de manu angeli co
raz deo. Ascēdit ⁊ de reprobis fumus mur
mur. s. ⁊ blasphemia cogitationis inique:

iuxta quod in hoc libro scriptum est. Et
fumus tormentorum eorum in secula secu
lorum ascendet. Utrunqꝫ autem in secula
seculorum: quia ꝛ laus iustorum erit in se/
cula: ꝛ murmur iniquorum eternū. Seqꝛ.

Tex.2 ¶ Et ceciderunt uigītiquatuor
seniores: & quatuor animalia &
adorauerunt deum sedentem su
per tronum dicentes alleluia.

¶ Dubium non est gaudere sanctos de
liberatione ecclesie: ꝛ ei rependere gratias
qui facit hoc letari ꝛ cōgaudere nobis: cū
nobis prospera ſm deum ad salutem pro/
ueniunt. Unde non immerito in celo can
tabitur alleluia pro liberatione iustorum:
nec minus de conuersione iudeorum: vt
impleatur ꝛ de eis: quod aliquando de no
bis cōpletum est. Gaudium est coram an/
gelis dei super vno peccatore penitētiam
agente. Si autem coram angelis: q̄ꝫto ma
gis coram sanctis hominibus: qui eiusdez
sunt conditionis ꝛ generis ꝛ nature? Ca/
dunt autem sancti coram deo: cū ei dignū
honorem ꝛ reuerentiam exhibent repen
dentes pro tot muneribus gratias tanq̄ꝫ
patri ꝛ domino: quod facere miser ille no
luit: qui coequari altissimo concupi noluit
ꝛ ideo sic: ꝛ sic cecidit: vt non posset vltra
surgere post ruinam. Eleuatus naqꝫ in al/
tum cecidit in profundum: sicut per se ip/
sam veritas dicit. Videbam sathanaꝫ qua
si fulgur cadentem de celo. Et ille quidez
sic. Si autem cadunt ne cadant. Humiliā
tur cum christo vt non allidanꝛ cum prin
cipe huius mundi. Sequitur.

Tex.3 ¶ Et uox de trono exiuit dicēs
Laudem dicite deo nostro om/
nes serui eius & qui timetis eum
pusilli ac magni.

Sepe dictum est in hoc libro ꝙ quatuor
animalia spirituales ordines d̄signāt: thro
nus vero dei generalem ecclesiam. Dixi/
mus etiam ꝙ quatuor spirituales ordines
non nisi perfectos recipit ꝛ probatos thro
nus autem: sic perfectos amplectitur: vt
tamen in christo paruulos nō excludat di
cēte dn̄o de eisdē paruulis. Qui scādaliza/
uerit vnū de pusillis illis qui i me credūt
expedit ei vt suspendatur mola asinaria in
collo eius ꝛ demergatur in profundū ma
ris. Ita sane vita cōmunis rēperata est apa
tribus sanctis: vt in ea fortes sint: qui cupi
ant: ꝛ ifirmi nō refugiāt. Hꝫ.n.i se vita ista
fructū cētesimū: hꝫ sexagesimū ꝛ trigesimū.
Hꝫ.n. cōtēplatores in claustris: operatores
in ministerijs. eruditores in scolis. Diuꝫ
tamē vna erit letitia qbus par est volun
tas: ꝛ si virtus inequalis differētiā faciat.
Ubi ergo seniores cātabūt alleluia: vel pro
illa letitia quā p̄scripsimus: vel qđ ampli
us creditur: qꝛ cōpleta iam erit aut prope
erit plenitudo illa gentium de qua scribit
apostolus. Egredieꝛ vox de throno (hoc
est) de ordine generalis letitie: potiusq̄ꝫ cla
moris: vox.n. exultationis ꝛ salutis in ta/
bernaculis iustoꝝ: vt iā nō solū illi gaude
ant: q in quatuor ordinibus cōtinenꝛ: apo
stoli: vꝫ: martyres: confessores ꝛ virgines:
quos sanctos esse ꝛ cum christo iam regna
re cōfidimus verūetiam omnes serui dei
q reliquerūt oia: ꝛ secuti sunt xp̄ꝫ: tā.s. pu
silli: q̄ꝫ magni: quia tempus adesse ceperit
cōsolationis eoꝝ: Unde ꝛ veritas ipsa di/
cit. His autem fieri incipientibus respici
te ꝛ leuate capita vestra: ecce appropiquat
redemptio vestra. Non enim omnes qui
relictis omnibus secuti sunt dominum a
deo perfecti fuere: vt mox egressi de cor/
poribus absqꝫ dilatione peruenirent ad pa
triam: quia quod de solis magnis concedi
tur: hoc profecto de pusillis negatur. Por
ro in die illa pusilli ꝛ magni laudabunt cō
muniter deum suum. Pusilli quia intrabūt
in regnum dei: magni: quia exultabunt
de sotietate ipsorum. Quāuis ꝛ de presenti
ecclesia hoc intelligi queat: qꝛ ꝛ q̄tuor ani
malia ꝛ sedes ꝛ seniores p successionis pro
paginem: vsqꝫ ad diem illuum manent in
mundo: ꝛ quod facient sancti prebendo

iter: hoc sancta mater ecclesia designata in throno: tam pusillis q̃ magnis imitanda mandabit. Quare autem pusillis: & magnis? Quia & qui pusilli sunt in Christo: desinent de reliquo esse pusilli: & qui magni sunt: mercedem accipient s̃m suum laborem. Et non immerito in hoc loco preferibantur pusilli: vt intelligatur illud quod scriptum est. Qui se humiliauerit sicut par-
Matt. uulus iste: hic maior est in regno celorum. Non excludunt qui magni sunt: si & ipsi deum timent: sed preferunt qui refugiunt esse magni (dicẽte domino.) Omnis qui se humiliat exaltabit. Sed quando istud? Haud dubium: q post ruinam Babylonis. Due sunt sane perfectorum ecclesie: que quasi cõmuniter inceperunt: vna que designatur (vt sepe diximus) in Petro: altera in Joãne: predicantium. s. vna: contemplantium altera. Et illa q̃dem que laborat precedit cum Petro: que autem contemplatur: sequitur cum Joãne. Parit autem precedens masculum quasi militem bellicosum: sequens vero feminam virgineo candore decoram: Quia vero quarta dies significant (vt iam diximus) hãc laboriosam etatem: pro eo. s. quarta dies additis duobus faciunt sex ebdomadas: & in eis significantur sex tp̃a huius sexte etatis: quasi mater cum filio: die quartodecimo recipietur in templum: quia consumata erit omnis plenitudo iustorum: qui per vitam laboriosam huc usque domino placuerunt: quinimmo vsque ad diem illum: in quo tempus istud laboriosum consumationem accipiet. Inde est q in hac sexta parte ad vocem que egressa est de throno exhortans dei filios: & dicens eis. Laudem dicite deo nostro omnes serui eius: & qui timetis eum pusilli & magni: protinus audita est vox multorum dicẽtium: alleluya: nimirum quia per iudicium Babylonis: q̃d precesserit: intelligetur tempus gaudij sanctorum & agni quoque nuptias aduenisse. Unde & mox subditur.

Tex. 4 Et audiui uocem quasi tubæ magnæ: & sicut uocem aquarũ multarum: & sicut uocem tonitruorum magnorum dicentium Alleluya.

Primo assimilatur vox ipsa quasi voci tube magne: deinde voci aquarum multarum: ad extremum vero: voci tonitruorum magnorum dicẽtium pariter: alleluya. Superius dixerat sanctus Joãnes audisse se quasi vocem tubarum multarum in celo dicentium: alleluya: nunc autem dicit audisse se vocem quasi tube magne: & sicut vocem aquarum multarum: & sicut vocem tonitruorum magnorum dicentium: alleluya. Quare hoc? Quia prima vox vna laudum quasi subito audietur in ore multorum pro iusto & manifesto iudicio q̃d facturus est dominus. Deinde incipiente aliquo viro dei: ordinata incipiet esse laus in ore multorum: ita vt que simplex esse putabatur in principio & in aliquo breui spatio coharctata paulatim: videatur esse multiplex: ac si aquarum multarum conuersis ad eam populis & linguis: & ad extremum seipsa maior effecta quasi tonitruorum magnorum perueniat sonus eius vsque ad fines terre. Sed quare istud?

Quoniam regnauit (inquit) dominus deus noster omnipotens: gaudeamus: & exultemus: & demus gloriam ei: quia uenerunt nuptiæ agni: & uxor eius præparauit se. Tex. 5

Ecce quare laudant metuentes dominum: ecce quare cantant canticum domini: quia: vz: absorta erit Babylon illa magna que a vino prostitutionis sue corrupit omnes gentes. De iure etenim esse videtur: & omnino consentiens rationi: vt perempta meretrice magna: que fornicata est cũ principe huius mundi: felices agni nuptie celebrentur: & pdito regno Babylonis

regnum Hierusalem statuatur et crescat. Hoc est enim regnum illud pro quo roga mus patrem dicentes: Adueniat regnum
Matt. tuum. Quod vero ait. Quia venerunt nu ptie agni: et vxor eius preparauit se: et illud quod subditur.

Tex.6 ¶ Et datum est illi ut cooperiat se byssinum splendens candidum.

¶ Simile est ei qd scriptum est in libro
Genes. Geneseos: vbi cum vidisset primo Rebeccha Ysaac virum suum circa horam vespertinam deambulantem in agro: descendens de tortuoso animali quod insederat: operuit se protinus pallio suo: assumpta ab eodem Ysaac in vxorem: introducta est in tabernaculum Sarre: quasi autem aspecto Ysaac descensura Rebeccha est de camelo vt induat se pallio suo: cum cognita veritate: que Christus est: descendet a temporali gloria quam visa est pro tempore tollerasse: vt induta pallio iustitie placeat viro suo: ad cuius se castissimum thalamum peruenisse letabit. Gaudeamus (inquiunt) et exultemus: quia venerunt nuptie agni: et vxor eius preparauit se: et datum est illi vt cooperiat se byssinum splendens et candidum. Nubere agno est videre eum sicuti est: et in eius visione vltra quam dici possit: aut excogitari: gaudere. Significari autem in byssino: opus iustitie: non necesse est: vt aliunde queratur: ipse enim libri auctor per se ipsum exponit dicens.

Tex.7 ¶ Byssinum enim iustificationes sunt sanctorum.

¶ Quod recte quoque splendens et candidum esse dicitur: quia ipsemet Christus Jesus qui est sponsus ecclesie factus est nobis iustificatio (vt testatur apostolus) ipse inquam qui est speciosum lilium conuallium: et candor lucis eterne: qui (sicut scriptum est) erit omnia in omnibus. O quam bonum est nos hic esse. Ipse pater: ipse dominus: ipse minister: ipse rex: ipse pastor et medicus est. Ipse vita: ipse lumen: ipse iustificatio est. Ipse cibus: ipse potus: ipse felicissimum indumentum. O quam bonum est nos hic esse. Excutere de puluere anima nostra: considera hec omnia et contemplare. Querere diligenter per singula et vide an ita sit: vt omnia te gaudeas possidere in Christo. Pastorem tuum esse Christum non dubites: quia ipse dicit. Ego sum pastor bonus: bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. Dominum et magistrum esse non dubites: quia ipse dicit. Uos vocatis me magister et
Psal. domine: et bene dicitis. Sum etenim. Regem tuum esse non dubites: quia ipse regit nos: et nihil nobis deerit: quia de eo dicit angelus matri eius Marie. Dabit illi dominus deus Luce.
sedem Dauid patris sui: et regnabit in domo Jacob in eternum: et regni eius non erit finis. Et propheta. Super solium Dauid et super regnum eius sedebit vt confirmet illud et corroboret in iudicio et iustitia amodo et vsque in sempiternum. Medicum tuum esse non dubites: quia ipse dicit. Non egent sani medico: sed qui male habent. Uitam tuam
Joannis esse non dubites: quia ipse dicit. Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me etiam si mortuus fuerit viuet: et omnis qui viuit et credit in me non morietur in eternum. Lumen tuum esse non dubites: quia scriptum est. Erat
Joan.1 lux vera que illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Cibum tuum esse non dubites: quia ipse dicit. Ego sum pa
Joannis nis viuus qui de celo descendi. Siquis manducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Potum tuum esse non dubites: quia scriptum est. Apud te domine est fons vite: et in lumine tuo
Psal. videbimus lumen. Indumentum tuum esse non dubites: quia apostolus dicit. Induite vos nouum hominem: qui secundum deum creatus est: in iustitia et sanctitate veritatis. Ueniamus ad maiora et ingrediamur in tabernaculum eius: pensemusque si possumus donum dei: et inter amplexus animi psallamus ei dulciter et deuote dicentes. Quid enim mihi restat in celo: et a te quid volui super terram defecit caro
Psal. mea et cor meum deus cordis mei: et pars

Psal. mea deus in eternuȝ? Et iteꝝ. Queadmodū desiderat ceruus ad fontes aquaꝝ: ita desiderat aīa mea ad te deus. Sitiuit aīa mea ad deū fontem viuū qñ veniam ꝛ apparebo añ facieȝ dei? Nec miꝝ. Quis eniȝ nō optet videre p̄rem: videre filium: videre frem? Sed hec in mundo simul in vno hoīe eē posse nec lex humana recipit: nec natura: Deo aūt difficile nihil. Oīa eque deo possibilia sunt. Deniqȝ vt pretermittā cetera: cum verbū dei audimus: aure: ꝛ in corde ꝯcipimus: filius nr̄ xp̄s efficit. Ipse est enim verbū ꝛ sapientia p̄ris: qui p ora predicatoꝝ ac si quedaȝ pluuia de celo descēdat: ꝛ cum verbuȝ dei accipimus in cordibus nr̄is: illam beatitudinem promeremur quam ipse nobis demōstrat: cū dicit.

Luce. Beati qui audiūt verbum dei ꝛ custodiūt illud. Habes hoc aptius ex ore eius. Quis enim (nisi ipse prediceret) dicere hoc auderet? Quicūqȝ (ait) facit volūtatem p̄ris mei qui in celis est: hic mihi mater: frater ꝛ soror est. Habēs ergo filium ama illum: nō est enim alienus quem diligis: ȝ vere tuus. Vis amare frem? Audi ap̄lm. Vt sit ipse primogenitus in multis fr̄ibus. Queramus adhuc diligentius: vtruȝ ꝛ pr̄ nobis ipse fit: cuius esse nos fr̄es letati sumus vt sentiamus eum esse nobis oīa in oībus. Si (inqt ap̄ls) vos xp̄i: ergo Abrae semē estis. Et psalmista de eodeȝ in spiritu. Ipse

Psal. inuocabit me: pr̄ meus es tu: deus meus ꝛ susceptor salutis mee: ꝛ ego primogenituȝ ponam illum excelsum pre regibus terre. Et paulopost. Et ponam in seculuȝ seculi semen eius: ꝛ thronus eius sicut dies celi. At si dulcior est amor amici ineffabilis amicitia spōsi Jesus. Habes in euāgelio. Vos amici mei estis: si feceritisque ego precipio vobis. Et in cāticis idem sponsus. Surge (ait) ꝓpera amica mea: colūba mea: formosa mea: ꝛ veni: Jam enim hyems trāsijt: imber abijt ꝛ recessit: flores apparuerunt in terra nr̄a: tp̄s putationis aduenit: vox turturis audita est in terra nr̄a: ficus ꝓtulit grossos suos: vinee florentes odorem dederunt. Audi hec fidelis aīa: audi felix ecclesia que es spōsa xp̄i: ꝛ delectare in dn̄o deo tuo. Tu enim hec oīa illi es: ꝛ alia multa. Tu sponsa: tu soror: tu filia: tu amica. Tu grex: tu plebs: tu hortus: tu vinea: tu exercitus. Tu tēplum: tu tabernaculum: tu paradisus: tu aula: tu ciuitas: tu militia. Electus tuus tibi: ꝛ tu illi. Ipse tibi totuȝ: ꝛ tu illi: totum tn̄ ab ipso qd̄ tu es: ipse vo totū a p̄e. Gaude sup his ꝛ letare: canta ꝯsona voce: de cāticis Syon: exulta ꝛ iocūdare in dn̄o deo tuo. Orna lāpades tuas excitare de somno: exurge ꝛ ornare monilibus: vt igrediaris ad nuptias. Voca nihilominus amicos tuos: vt videant pulchritudinem spōsi tui: gl'iam ꝛ decorem quam tibi dedit dn̄s tuus. Beati sunt oēs q vocati sunt ad nuptias istas: qnimo beati oēs q vocati nō renuunt festinare. Nam sequit.

Canti.

¶ Et dixit mihi. Scribe. Beati q ad cœnam nuptiaꝝ uocati sunt. Tex. 8

¶ Dicere angeli: est aliqd exponēdo narrare. Scribere: audiētis in cordis volumine aliqd memoriter retinere. Quare autē auditor verbi huius: hocipsum qd̄ audit: scribere precipit: nisi qr ille pōt terrenas nuptias dei cā despicere: qui ꝯ̄tra sit futura felicitas nuptiaꝝ agni: abscōdita qdeȝ a seculis: reuelāda vō circa fines seculoꝝ: meditari nō desinit in corde suo. Vocatio vō in hoc loco nō ita est accipiēda: vt illō euāgelij. Multi sunt vocati: pauci vō electi: ȝ ſm ap̄lm q electionem vocationem noīat dicēs. Quos predestinauit: hos ꝛ vocauit: ꝛ nō ex opibus: sed ex vocante dictum est: maior seruiet minori. Sequitur.

¶ Hæc uerba uera dei sunt. Tex. 9

¶ Dicere angeli: est vba hec vā dei esse: ita eadem vba manifeste exponere vt esse vera verba dei a pio auditore intelligatur. Unde ꝛ mox subditur.

¶ Et cecidi ad pedes eius ut adorarem eum. T. 10

¶ Qr magna sunt vba que nobis apienī

in die suo: hi quibus datū est itelligere ea mirabunt̄ pre maiestate eoꝝ: ꝛ his qui eaipsa apiēt reuerētiam quā poterūt exhibebūt. Angelus iste (vt ego arbitror) vnus est ð hūtibus septē phyalas: de quo supius dixerat. Uenit vnus de septē angelis q hēbāt septē phyalas: ꝛ loquutus est mecū dicēs. Ueni ondā tibi dānationē meretricis magne ꝛc. Quos aūt angelus iste significet: supiꝰ ꝑ captu sufficiēter exposui. Joānes vō (vt alibi diximus) typū gerit pioꝝ auditoꝝ: q ꝑ eo ꝙ ūba exposita manifestius pre solito capturi sunt: eis (vt iā diximus) qui aperient reuerentiam humilr̄ exhibebunt. Sed quid ibi sequitur.

C.11 ¶ Et dixit (inquit) mihi. Vide ne feceris. Conseruus tuus sum & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu. Deum adora.

¶ Hoc si ꝓ lr̄az ad angelū aliquē q Joāni loquebat̄ referēdū dicimus: pꝫ cā rōnis cur angelus a Joāne nō se ꝑmittebat adorari. Dei eni filius factꝰ hō: humanā in se nām assūpsit: qua nō solū coeq̄uit angelis: verūetiā sup angelos sublimauit: ꝛ ob hoc nō est passus angelus adorari ab hoie quē sibi esse ꝯseruū ꝛ coequalē agnouit. Sꝫ ad mysterium redeamus. Prohibet angelus Joānē ne se adorare dēat dicēs se eē ꝯseruū eius: q: nequaq̄ꝫ alta sapiētibꝰ: archana deus pādit misteria: q ꝑ tumorē cordiū suoꝝ ꝯseruos ꝛ ꝯciues suos: qbꝰ gr̄a illa data nō est: ieq̄les existimāt: sꝫ q nāe sue nō imemores imitant̄ Moysen ꝛ Paulū: quoꝝ alter se idignū iudicat ꝓlatū fieri in ꝑplo dīi: ita vt deo ipsi ne mitteret̄ resisteret: alter cū esset gr̄a maxius: minimū se oīuꝫ ꝯfitebat̄ dicēs.
Exodi Ego sum minimus aplōꝝ q nō suꝫ dignus vocari aplūs: qm̄ ꝑsequutꝰ sum ecclīā dei. Nō solū aūt: sꝫ ꝛ ꝑuū se eē eoꝝ qbꝰ ꝑdicauerat testatꝰ est dicēs. Nos āt ꝑuos vros ꝑ Jesum. Et alio loco. Quid est aūt Apollo: qd vō Paulus? Ministri eius cui credidistis. Qn̄ aūt istud dicebat Paulus deū ꝛ nō hoiez esse adorādū dicebat. Notādū vō qd dī. Cōseruus tuus suꝫ ꝛ frum tuoꝝ hn̄tiū testimoniū Jesu. Forte eteni suppares dignitatis eē vident̄ hi q designati sūt i Joāne: oīno aūt ieq̄les hi q dicti sūt fres Joānis: ꝛ tñ ꝛ eoꝝ ꝯseruū sese idē āgelus eē testat̄. Ego aūt fres Joānis hn̄tes testimoniū Jesu: illos existio designari q nec ꝑ se ūba mystica penetrare sufficiūt: nec alijs exponētibꝰ ad plenū caꝑe ꝑñt: q tñ ūba ꝓphetica q̄ apta sūt: fide itegerrima retinet ꝛ cū btō Petro aplō: fidei magis ꝛ ūtuti: q̄ꝫ sapiētie ꝛ prudētie innitunt̄. Nō igit̄ vr̄ illos ieq̄les existimāt hi q rapti i tertiū celū donant̄ audire secreta ūba que nō lꝫ hoi loq: sꝫ magis audiūt aure cordis vocē illā dn̄i dicētis: Si hec scitis: bti eritis: si feceritis ea. Hn̄ quoqꝫ ādat̄. Testimoniū Iesu: est spūs ꝓphie: q: nimiꝝ illos magis scriptura cōmēdat: q credūt spūi ꝓphie (hoc est) q credūt ūbis ꝓphaꝝ q scripta sunt de xpo: q̄ꝫ qui ꝑ signa ꝛ ꝓdigia ꝯuertunt̄ ad ipsuꝫ: nimiꝝ q: maioris est meriti credere qd nescitur q̄ꝫ querere intellectum in scriptura per quem perueniatur ad fidem.

¶ Explicit distinctio scōa. Incipit tertia.

Post gaudiū illō tā solene qd post ebdomadā q̄ ititulat̄ ð passiōe illā dico ebdomodā quā nos qdē latini qntā scribimus: greci sextā: mā ēt adhuc alia ebdōa: q̄ apd nos latios scribit̄ sexta: ipsa. s. ebdōa i q̄ mysteria passiōis xpi ab vtraqꝫ ecclīa celebrant̄: ꝛ ita vtraqꝫ ebdōa passionis pacta ad festa paschalia ꝑuenimꝰ. Ar vō ꝛ istitutiōes grecoꝝ mysticas i multis eē sentimꝰ nō icouenienti mysterio vtraqꝫ sexta ebdōa ē: vna. s. respectu ebdōe que apd nos iscribit̄ qnq̄gesima in q̄ solēniter icipit abstinētia grecoꝝ: altera respectu ebdōe q̄dragesime ꝓme quā nos sacrā vocamꝰ: vt quodāmō vtraqꝫ ebdōa vocet̄ sexta: ꝯsignās duplicē eē tribulationē sexti tpis: ꝛ qn̄ bis sextā: ac si ꝓma videret̄ ꝑtinere ad passionē sancti Joānis Baptiste: q̄ ꝑcessit: altera ad passionē dn̄i: que secuta est. Quod bene quoqꝫ in sexto die in quo passus est dominus: de

signatur:in quo post tenebras ipsius no/
ctis in qua captus est dominus : reddita
est lux terris:vsqꝫ ad sextam horam:ꝛ rur/
sum a sexta hora:vsqꝫ ad horam nonam:te
nebre facte sunt in vniuersa terra. Secun/
dum quod in hoc libro duplicem esse tri/
bulationem sexti temporis : aptissime de/
monstratur:quandoquidem post canticū
illud nouum:quod cantant tam solemni/
ter:electi dei:sequitur adhuc prelium be//
stie ab ipso infidelium exercitu excitare:in
quo oportet adhuc regem munerum solē/
nius de hostibus triumphare :ꝛ compleri
illud apostoli dicentis. Oportet illum re/
gnare donec ponat omnes inimicos sub
pedibus suis. Quod ergo alleluia istudqđ
cantatur a sanctis in sexta parte libri:tribu
latio:ꝛ sequitur ꝛ precedit: tribulationem
sexti temporis duplicem esse designat: Qđ
bene quoqꝫ i officio vigilie pasche designa/
tum est:vbi post plures tractus qui proce/
dunt:sequitur alleluia:ꝛ iterum post alle/
luia:sequitur:breuis tractus:post quem in
termittuntur huiuscemodi cātica designā
tia tantis afflictionem vsqꝫ ad vigiliaꝫ pē
thecostes. Quo circa:ꝛ si in hac sexta par/
te:de qua non agitur post ruinam babylo
nis:que non potest fieri absqꝫ passione ele/
ctorum qui reperientur in ea cantabitur so
lemniter:alleluia:nihilhominus tamen: ꝛ
post ipsum alleluia:sequetur prelium satis
durum:in quo oportet consumari quicqđ
minus esse videt̄ de labore ecclesie. Opor
tet.n.sequi adhuc septimam passionem:vt
compleatur illud quod scriptum est. Per/
cutiam vos septis propter peccata vestra.
Si enim in quinque temporibus : quinqꝫ
sustinui passiones:duas in sexto: septem ꝓ
fecto vicibus percussa fore ostenditur pro
pter peccata sua:anteqꝫ perfecte consume/
tur in ea id quod dicit apostolus. Ubi spi/
ritus domini:ibi libertas. His autem tam
necessarie:qꝫ compendiose transcursis: ad
aluei sui cursum fluuis de cetero dirigatur.
Hoc tñ prius diligenter notato:qꝫ pp alti
tudinē misterioꝝ ad quā nos a loco isto in

antea:ac si rapiendos in extasi:inuitat ser/
mo diuinus:oportet nos totā lectionē hu
ius iterate sexte partis seriatiꝫ ꝑcurrere:vt
possimus:cōsideratis primis ꝛ vltimis:ple
nū ex ea cape intellectū:aut qꝫtū ipse largi
tur:qui se in principio incepisse : ꝛ in fine
consumare demonstrat. Nam sequitur.
¶ Et vidi cœlū apertū: & ecce T.12
equus albus:& q̄ sedebat sup̄ eū
vocabat̄ fidelis:& uerax : & cū
iustitia iudicat & pugnat. Oculi
aūt eius sicut flāma ignis:& i ca/
pite eius diademata multa hn̄s
nomē scriptū:qđ uemo nouit: ni
si ipse:& vestitus erat veste aspsa
sanguine:& vocabat̄ nomē eius
verbū dei:Et excrcitus q̄ sunt in
celo seq̄bant̄ eū in eq̄s albis vesti
ti byssino albo & mundo : & de
ore eius ꝓcedit gladius ex vtraqꝫ
ꝑte acutus:ut ī ipso ꝑcutiat gētes
Et ipse reget eas ī virga ferrea &
calcat torcular vini furoris ire dī
oīpotētis:& hēt ī vestimto & ī fe
more suo scriptū. Rex regū : &
dn̄s dominātiū. Et vidi vnū ange
lū stantē ī sole:& clamauit voce
magna dicēs oībus auibus q̄ vo/
labāt ꝑ mediū cœli:venite & cō
gregamini ad cœnā magnā dei:
vt māducetis carnes regū: & car
nes tribunoꝝ:& carnes fortiū:&
carnes equoꝝ & sedētiū in ipsis.
& carnes oium liberorū:& seruo
rū:& pusillorū:& magnoꝝ. Et vi
di bestiā:& reges terre:& exerci
tus eorum congregatos ad faciē

dum prælium cum illo qui sede
bat in equo et cum exercitu eius
et apprehensa est bestia et cum
ea pseudo propheta: et qui fecit
signa coram ipsa. quibus perdu/
xit eos: qui acceperunt characte
rem bestie: et qui adorauerunt
imaginem eius: Viui missi sunt
hi duo in stagnum ignis ardētis:
et sulphuris: et ceteri occisi sunt
in gladio sedentis super equum:
ꝗ procedit de ore ipsius: & om/
nes aues saturate sunt carnibus
eorum.

¶ Hec omnia proposita sunt: non exposi
ta. Proposuimus autez illa vt sciamus vn
de agitur in articulo isto: in quo non ali/
quis sanctus ostenditur esse dux belli: sed
is qui mortuus est ꝓ nobis: ⁊ redemit nos
in sanguine suo vt compleatur illud quod
scriptum est per Zachariam prophetā. Ec
ce dies veniunt domini: ⁊ congregabo om
nes gentes ad ierusalem in prelium: ⁊ ca/
pietur ciuitas: ⁊ vastabūtur domus ⁊ mu
lieres violabūtur. Et egredietur pars me
dia ciuitatis in captiuitatem: ⁊ reliquum
populi non auferetur ex vrbe. Et egredie/
tur dominus: ⁊ preliabitur contra gentes
illas: sicut preliatur in die certaminis. Di/
xerat superius sanctus ioannes ꝙ bestia q̄
fuerat ⁊ non erat: ascensura esset de abisso:
⁊ in interitum ire: ⁊ ꝙ rex septimus ꝗ nō/
dum venerat: venturus esset: ⁊ cum veni/
ret oportet eum breue tēpus manere. Qđ
ergo tunc futurum dixerat: hic pro loco li
bri exhibet quasi presens: excepto ꝙ de re/
ge illo non facit mentionem: vt ostēdatur
ipsum esse illum iniquum qui vocatur an
tichristus: in cuius immundissimo corpo/
re habitabit personaliter draco rursus: qui
post iteratum bestie prelium: incarceran/
dus esse scribitur in abysso: vt nō seducat
amplius gentes: quousqȝ compleatur tem
pus incarcerationis ipsius. Quod ta/
men opinando dicimus magis q̄z asseren
do: siue hic: siue in alijs locis. Utruz. s. iste
rex septimus: vtrum precedens: de quo su
pra dicitur: vnus est: vtrum ille qui voca/
tur gog: an aliquis alius sit ille qui proprie Gog
dicitur antichristus. Unum dicimus secu
re ꝙ deterior erit sextus precedentibus qn
que: ⁊ septimus deterior sexto: ⁊ vterqȝ re
pletus erit felle draconis: ⁊ ipsi sunt duo vl
tima capita ipsius draconis: in quibus ma
xime pugnaturus est in hoc tempore sex/
to. Et sicut ego puto primus horum erit
rex super bestiam que ascendit de mari: se/
cundus super bestiam que ascendit de ter/
ra illa. s. bestia que victa est hic pseudo pro
pheta. Cum autem aperte liqueat euz qui
sedet in equo albo Christum esse iesum: q̄/
ritur quid possit de eo sentiri vel opinari:
vtrum per se ipsum visibiliter apparere di
gnetur in tempore tāte necessitatis vt pre/
lietur cōtra gentes illas: in gladio oris sui
sicut in tempore quo venit in munduz: an
non apparebit visibiliter in seipso: sed ma/
gis in sanctis suis preliabitur ⁊ obtinebit
sicut ex eo tempore quo ascendit in celuz.
Et quidem certi sumus ⁊ inconcusse te/
net omnis ecclesia iustoruz: ꝙ vēturus est
in gloria patris sui iudicare viuos ⁊ mor/
tuos ⁊ seculum per ignez. Sed vtruz tem
pore antichristi: vel postea a plerisqȝ dubi/
tatur: quia quidam sanctorum videntur
asserere: ꝙ ipse per se veniat dominus ad
destruendum antichristum ⁊ regnuz eius:
sequentes auctoritatem apostoli dicentis.
Et tunc reuelabitur ille iniquus quem do
minus iesus interficiet in impetu spiritus
oris sui: ⁊ destruet illustratione aduentus
sui: quidam vero vtrū ipse hoc faciat: aut
nuntius eius: dubitare quam asserere ma/
luerunt. Ego autem puto ꝙ ipse per se ip/
sum veniat ad destruendum eum: propter
illud quod ipsemet dicit in euangelio. Cō
festim autem post tribulationem dierum

illorum: sol obscurabitur: ⁊ luna non da-
bit lumen suum: Si enim non diceret:
confestim: questio satis dubia super hoc
remaneret. Sed quia hoc dictum: vide-
tur q̃ regnante adhuc antichristo: veniet
christus: vt ipse imponat finem regno ⁊
blasphemie sue: Quamuis non hoc co-
gat intelligi fieri: scilicet ista signa tem-
pore antichristi: ⁊ paulo post: sed neq̃
mox apparentibus signis venire Chri-
stum: quia potuit fieri aliqua dilatio in-
ter ostensionem signorum ⁊ eius occul-
tissimũ cunctisq̃ imperscrutatum aduen-
tum. Sed si ipsemet veniet contra anti-
christum cum exercitu suo: quid opinari
possumus q̃ super equum album sedere
visus est: nisi q̃ in corpore suo mundo a
peccato: apparebit visibiliter corã bonis ⁊
malis: vt faciat vindictã in nationibus ⁊
increpationes in populis? Hoc enim cogũt
Psal. nos intelligere sequentia maxime ꝓpter
illud quod sequitur. Et exercitus qui sũt
in celo sequebãtur eum in equis albis.
Verũ si hoc est: quomodo istud fieri pos-
se dicimus: vt sancti qui venturi sunt cũ
christo: appareant cũ corporibus suis: nisi
forte partem accipiamus pro toto: vt de il-
Zacha. lis intelligatur dictũ qui post resurrectio-
nem domini venerunt in sanctam ciuita-
tem ⁊ apparuerunt multis? Et quidẽ in
prefato ꝓpheta scriptũ est. Ecce dominus
deus meus veniet: ⁊ omnes sancti eius
cum eo: sed tamen q̃ resuscitati veniant:
non est scriptum: nisi forte intelligatur: si
tamen sane intelligi potest: id quod dicit
apostolus. Hoc vobis dicimus in verbo
domini: q̃ nos qui viuimus qui residui
sumus in aduentu domini non preuenie-
mus eos qui dormierunt: quoniã ipse do-
minus in iussu ⁊ in voce archangeli: ⁊ in
tuba dei descendet de celo: ⁊ mortui qui in
christo sunt resurgent primi. Nescimus. n.
⁊ nescire se profitetur Augustinus: vtrũ
circa principiũ illius temporis quod vo-
cat dies iudicij futura sit resurrectio mor-
tuorum: an in fine dicens sic. In illo iudicio
vel circa illud iudicium: has res dicimus
esse venturas: Helyam thesbiten: fidem iu-
deorum: antichristum persecuturum: chri-
stum iudicaturum: mortuorum resurre-
ctionem: bonorum malorumq̃ descri-
ptionem: mundi confragationem: eius-
demq̃ renouationem: Que omnia qui-
dem ventura esse: credendum est: sed
quibus modis ⁊ quo ordine veniant: ma-
gis tunc docebit rerum experientia: q̃
nunc ad perfectum hominum intelligen-
tia: valet consequi. Existimo tamen eo
quo a me commemorata sunt ordine es-
se ventura. Et hec quidem Augustinus.
Paulus autem videtur velle q̃ tempo-
re septimi angeli tuba canentis debeat fie-
ri resurrectio mortuorum (hoc est) in ex-
tremo tempore antichristi dicens sic. Ec-
ce mysterium vobis dico: Omnes quidẽ
resurgemus: sed non omnes immutabim̃:
in momẽto: in ictu oculi: in nouissima tu-
ba: Sed huic opinioni videtur contrariũ
id quod sequitur in septima parte: vbi so-
li sancti viuere dicti sunt: quod qualiter in-
telligi queat: ⁊ si queat: cum ad locum ip-
sum venerimus: vestigare curabimus. In
loco autem de quo nunc agere cepimus:
vnũ e duobus arbitror esse tenẽdũ: q̃ autẽ
mortui q̃ sunt in christo cum eo protinus
apparebũt viuentes: sm̃ suprascriptã apo-
stoli auctoritatẽ: aut illi apparebũt suscita-
ti cũ ipso qui cũ eo pariter resurrexerunt a
mortuis. Quãuis nõ incõgrue forsan i eqs
albis corpora mortalia sanctorum intelligi q̃-
ant: quod magis puto: qui sequentes pas-
sionem domini sui: ita pugnaturi sunt in
corporibus suis tradendis ꝓ nomine cru-
cifixi in tempore sexto: quomodo ipse in
die sexto in candido illo equo suo supera-
uit ⁊ vicit. Quid autem alijs placeat: ne-
scio: mihi autem hoc magis placet. Verũ
tñ: ⁊ si ipse p̃ se dñs non aderit p̃ntia corpa-
li: aderit tñ inuisibiliter militibus suis vt vi-
cat in eis in hoc tempore nouissimo: sicut
⁊ in diebus antiquis. Sed ⁊ quamuis de
presentia eius corporali compellamur am-

bigere:pertinere tamen hoc totum ad dié iudicij ex loco illo sexti capituli quite partis demonstratur:vbi coadunationis horum regum ad bestiam hoc modo mentio facta est. Uidi de ore draconis τ de ore bestie:τ de ore pseudo prophete exire tres spiritus immundos: in modum ranarum: sunt enim spiritus demoniorum facientes signa. τ procedent ad reges totius terre:cōgregare illos in prelium ad diem magnuz dei omnipotentis. Quod autez ait hic. Uidi celum apertum τc. ad sacre scripture aptionez referendum est:ex cuius aperta claritate:hoc ipsum τ omne quod sequitur: liquet esse futurum. Qui autem sedet super equū. s. Christus iesus fidelis τ verax vocatus est:quia sicut promisit de hac victoria:ita in tempore prefinito fidelem se esse exibebit τ veracem. Qui bene quoqꝫ iniustitia iudicare τ pugnare dictus est: quia non alienum ius querit:sed propriuz. vsurpatum vtiqꝫ iniuste a Diabolo:τ ideo iusto iudicio punietur ipse τ exercitus eius. Judicabit autem iniquos τ auctores tanti facinoris: ceteros superabit: τ subijciet sceptro suo vt compleatur illud quod apostolus dicit. Oportet illum regnare quousqꝫ ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. Solus enim ipse potest:quod nemo alius. Oculi autem (inquit) eius sicut flamma ignis:τ in capite eius diademata multa habens nomen scriptum quod nemo nouit nisi ipse:τ vestitus erat vestem aspersam sanguine: τ vocabatur nomen eius verbum dei. Oculi domini veniētis ad iudicium flamme ignis similes esse perhibentur quia nemo erit qui se abscondat a calore eius. Unde τ per apostolum dicitur. Nolite iudicare ante tempus qousqꝫ veniat dominus:qui illuminabit abscondita tenebrarum τ manifestabit cōsilia cordium. Qui recte quoqꝫ in capite suo multa diademata habere dictus est:quia quod noluit facere vsqꝫ modo de vniuersis inimicis suis:in illo certamine triumphabit: nimirum: quia deus verus est de deo vero τ necesse est vt creatrix diuinitas designata in capite: vincat τ triumphet de omnibus creaturis: Unde τ bene dictum est:habens nomen scriptū quod nemo nouit nisi ipse:quia ꝙ ipse sit verbum τ sapiētia patris:credere quidem multi possunt: scire autez nemo potest:nisi ipse:qui est id quod est:τ in ipso soli spirituales τ fideles qui cū sint corpus ipsius:participant omnibus que habet ipse. Sed quare īfideles scire non possunt? Qr infirmanť fide propter passionez ipsius. Quod bene vtrūqꝫ demonstratur cuz subdiť. Et vestitus erat vestem aspersam sanguine:τ vocabatur nomen eius verbum dei: Tale est enim ac si diceretur. Jdcirco hoc nomen eius quod est verbum dei:infideles τ impij scire nequeunt:quia in assumpta forma mortalitatis nostre dignatus est aspergi sanguine suo per manus hominum impiorum. Possumus quoqꝫ per vestem aspersam sanguine: intelligere iustitiam Christi quam impij homines denigrando deprauant τ polluunt blasphemantes cum incurrunt iudicium dicentes: domini esse voluntatis vt inique agant iniqui: τ necesse sit perire eos in peccatis suis. Quod licet omni tempore indesinenter agant: precipue tamen in die illo in quo reddet dominus vniciuqꝫ secundum opera sua. Unde τ idem dominus per prophetam loquitur dicens: Torcular calcaui solus τ de gentibus:non est vir mecum. Calcaui eos in furore meo: τ conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea: τ omni indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus retributionis mee venit. Circumspexi τ non erat auxiliator: quesiui τ non fuit qui adiuuaret. Et saluauit mihi bracchium meum: τ indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Ecce hic aperte innuitur: quid sibi velit aspersio sanguinis indumentorum Christi: τ quod ad diem vltionis referendum sit; in qua oportet calcari vuam in lacu ire

dei donec egrediatur sanguis vsq; ad' fre-
nos equorum. Ad ipsum enim pertinet cē
sura iudicij iuxta illud quod ipse dicit. Ne
que enim pater iudicat quenq;: sed omne
iudiciū dedit filio: vt omnes honorificent
filium sicut honorificant patrē. Unde ⁊ nō
incōgrue subiunctū est. Et vocabatur no-
men eius verbū dei: vt intelligatur illud:
quod alibi ipse dicit. Nō enim veni vt iu-
dicem mundū: sed vt saluificem mundū.
Sermo autem quem locutus sum: ille iu-
dicabit eum in nouissimo die. Et hec qui-
dem de rege christo. Quid de militia? Et
exercitus (inquit) qui sunt in celo sequebā
tur eum in equis albis: vestiti byssino mū
do: Si equus albus in quo sedet christus
corpus eius designat in quo resurrexit a
mortuis: liquet profecto: q in equis albis:
in quibus sequuntur euz exercitus q sunt
in celo: corpora spūalia designant. Quāuis
⁊ de castis corporibus tradendis pro amo
re domini sui ad tormenta sane intelligi q̄-
at: presertim cum adhuc ostendantur eq:
vt committatur pugna: quam nemo com-
mittere credendus est: nisi in corpore ani-
mali. Byssinum autem album mundum:
quid significet: ipse Joannes exponit cuz
dicit. Byssinum enim iustificationes sunt
sanctorum. Sed ⁊ illud quod sequitur. Et
de ora ipsius pcedit gladius ex vtraq; par
te acutus: in prima parte huius libri eno-
dare curauimus. Ipse est enim verbuz dei
quod pcedit ex ore christi: ipse spiritus oris
eius: quo interficiet impium: sicut scri-
ptum est: Et spiritu labiorum suorum in-
terficiet impium: qui bene ex vtraq; parte
dicitur acutus: quia hinc incidit arborem
sterilem vt pereat in eternum: hinc purgat
fructuosam vt copiosius ferat fructū. Hic
ferit vt disperdat peccatores de terra. Hic
offēdit: vt viuificet predestinatos ad vitā.
Unde ⁊ de eodem gladio subsequenter ad
iungitur. Ut in ipso percutiat gentes. Qr
vero non vt damnet tantummodo presci-
tos ad mortem: sed vt saluet ex eis predesti
natos ad vitam: sermo subsequens mani-
festat cum dicitur. Et ipse reget eas in vir
ga ferrea. Qui enim nolunt conuerti blan
ditijs ⁊ humilitate: necesse est vt sentiant
fortitudinem discipline ipsius: ⁊ subijcian-
tur vel pro sceptro eius audiētes ⁊ ipsi cū
tardo corde ad credendum populo iudeo
rum. Quia vidisti me: ⁊ credidisti: beati q Joan.
non viderunt ⁊ crediderunt. Quasi enim
non viderunt dominū ⁊ crediderūt i cru
cifixum: qui tam quesierunt in ipso scruta
ri maiestatem: quam ineffabilem bonitatē
dicentes humiliter cum populo israel. Lo
quatur nobis moyses ⁊ audiemus. Nō lo
quat nobis dominus ne forte moriamur.
Qui autem arbitrantur stultitiam crede-
re in crucifixum: necesse est vt sentiant fu-
rorem ipsius appropinquātis ad iudiciū:
quatenus vel sola vexatio intellectum pre
stet auditui: Unde ⁊ mox subditur. Et ip-
se calcat torcular vini furoris ire dei omni-
potentis. Tale est enim ac si diceretur. Id
circo cohercebuntur gentes sub disciplina
virge eius: quia videbunt iudicium quod
facturus est de iniquis: ⁊ manum validam
quam exercebit in eis. Concordat autem
verbum hoc cum verbo suprapōsito de p
pheta: vt itelligatur aspersio sanguinis ad
rigorem iudicij pertinere. Oportet eniz il
lum facere iudicium ⁊ regnare quousq; po
nat omnes inimicos sub pedibus suis. Un
de ⁊ mox subditur. Et habebat in vestimē
to ⁊ in femore suo scriptum: rex regum: ⁊
dominus dominantium. In vestimēto de
signatur iustitia: in femore naturalis propa
gatio prolis. Sunt enim nonnulli qui dā-
nantur super alijs: quia dignis operibus
promerentur: nonnulli quia filij sunt nobi
lium ⁊ heredes potentum Christo autez
vtroq; modo debetur imperium: ⁊ honor
regni: siue quia regnum promeruit per pas
sionem qua vicit impatientia sua principē
huius mundi: siue quia filius est summi re
gis: cui subiecta est ⁊ esse debet ois sublimi
tas creature. Dictū est autē hoc in hac sex
ta parte libri qr q hactenus patienter susti
nuit: ⁊ subiectus esse voluit im membris
suis:

suis potentibus mũdi: in articulo illo sexti temporis: in quo faciet ista in eisdem mẽbris suis: eleuabitur super omnes colles cõ
Dañ plens in eis quod scriptum est in Daniele propheta. Judicium sedebit vt auferatur potentia: subauditur bestie de qua erat sermo: ⁊ dispeat vsq; in finem. Regnum autem ⁊ potestas ⁊ magnitudo regni: quid ẽ subter omne celum: detur populo sanctorum altissimi. Sequitur. Et vidi vnuz angelum stantem in sole: ⁊ clamauit voce magna dicens omnibus auibus que volabãt per medium celi. Venite ⁊ congregamini ad cenam magnam dei vt manducetis carnes regum ⁊ carnes fortiuz ⁊ carnes equorum: ⁊ sedentium in ipsis: ⁊ carnes omniũ liberorum ac seruorum ⁊ pusillorum ⁊ ma
Helyas gnorũ. Angelũ istũ q stat in sole: Helyã ꝓphetã esse puto: cui data est ꝓprietas vite cõtẽplatiue: sicut ioanni babptiste actiue. Ut. n. aliquando in luna designat vita actiua: ita in sole vita cõtẽplatiua. Rursum q: in primo aduentu suo christus iesus venit humilis ⁊ mansuetus: missus est Joannes baptista quasi mitis luna ante faciem eius vt precurreret saluatorem veniẽtẽ vtiq; ĩ aqua redemptionis. Et quoniã in secũdo aduentu suo veniet in maiestate: mittẽdus est Helyas quasi sol añ faciez eius vt preueniat iudicem venturũ in terribili igne iudicij de quo dicit apostolus. Terribilis aũt quedã expectatio iudicij ⁊ ignis emulatio q̃ cõsumptura est aduersarios. Magna vero voce clamabit: q: publice ⁊ solẽniter predicabit. Inuitabit autez aues celi ad cenaz magnam dei: quia viros spirituales ⁊ contemplatores vocabit ad spirituale cõuiuiũ christi in quo mattabitur vniuersitas moriture carnis: vt transeat quod carnale est: ⁊ maneat quod spirituale. Et bene hoc cõuiuium cena: non prandium nominatur: quia circa finem mundi huiuscemodi conuiuium celebrandum est. Sicut autẽ aues celi que vescuntur carnibus delectantur in cadaueribus mortuorum: ita anime iustorum indefectu concupiscentie carnalis ⁊ in abolitione carnalium desideriorum que militant aduersus animam. Inde est q ⁊ ipse deus exiguit in veteri testamento sacrificium hyrcorum ⁊ vitulorum ⁊ arietũ ac si eisdez sacrificijs vesceretur: quia sicut gaudent carnales homines in mactatione carnis: ita letantur sancti dei in abolitione carnalis desideri. Scimus enim q conuiuium de carnibus fieri non potest: nisi desinant esse ipsa animalia de quorum cadaueribus ipsum conuiuiuz preparatur. Sz ⁊ illud conuiuium comendari apud homines consueuit vbi diuersi generis animalia iugulantur. Ex qua re aperte liquet: q diuersa hominum genera conuenire cõstabit aduersus dominum in die illa superanda pariter a rege christo: quas quidem carnes regum ⁊ tribunorum: fortium ⁊ equorum ⁊ sedentium in ipsis. i. subiectorum ⁊ prelatorum: liberorum ⁊ seruorum: pusillorum ⁊ magnorum: eedem aues celi manducare iubentur: Nam sequitur: Et vidi bestiam ⁊ reges terre ⁊ exercitus eoruz cõgregatos ad faciendum prelium cum illo: qui sedebat in equo ⁊ cum exercitu eius. Non est prius statuenda apparitio sedentis in equo ⁊ exercitus eius: ⁊ postea congregatio regum cum bestia ad faciendum bellum cum ipso ⁊ exercitu eius: sed prius congregatio ipsorum regum: ⁊ postea reuelatio christi. Prius enim conspirabunt in vnum reges terre seducti a signis draconis ⁊ bestie ⁊ pseudo prophetarum q erũt cuz eo: ⁊ postea apparebit dominus vt destruat regnum diaboli: ⁊ eorum qui erunt ex parte eius: si tamen visibiliter apparebit tunc: ⁊ non magis inuisibili potentia spiritus sui patraturus est hanc victoriaz: quod ipsi melius committimus qui (ait). De hora illa nemo nouit nisi solus pater. Quocunque autem modo istud fiat: dissipabitur tamen regnum diaboli in die illo: alijs terribiliter punitis alijs occisis in gladio qui procedit ex ore eius. Unde ⁊ mox subditur. Et capta est bestia ⁊ cuz illa pseudo propheta qui fecit signa coram ipsa qui

bus seduxit eos qui acceperunt characterem bestie ꝛ adorauerunt ymaginem eius. Uiui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure ꝛ ceteri occisi sunt i gladio sedentis super equum qui procedit ex ore ipsius: ꝛ omnes aues saturate sunt carnibus eorum. Superius dixerat vidisse se angelum vnum in sole vocantem aues celi ad cenam magnam dei: vt comederent carnes regum ꝛ tribunorum ꝛ fortium ꝛ equorum ꝛ sedentium in ipsis: nunc ostendit de quibus hoc dixerat: ne quis de omnibus dictum esse putaret. Deniqꝫ bestia ꝛ pseudo propheta qui simul cum dracone ruso inuentores erunt tantorum scelerum viui mittentur pariter in stagnum ignis siue quia viui descendent in infernum: sicut quondam accidit dathan ꝛ abyrō: siue quia iam iudicati erunt: ꝛ proprio iudicio condemnati: iuxta illud quod dictum est de quibusdam. Et descenderunt in infernum viuentes. Ceterum quos vocat reges terre ꝛ exercitus eorum: occidentur verbo christi: in ea vtiqꝫ parte in qua male viuunt ꝛ in eorum mactatione gaudebunt anime fideles: quia ꝛ ad iustuꝫ pertinet iudicium dei. vt deceptores aliorum dignam pro meritis sumant penam: ꝛ ad culmen bonitatis ipsius: vt hi qui simpliciter sequuntur eos ignorantes versutiam deceptionis eorum confundantur super errore suo: ꝛ confusi conuertantur ad deum viuum ꝛ verum: qui lauit nos a peccatis nostris ꝛ redimere dignatus est in sanguine suo. Porro in die illo quando istud fiet complebitur illud quod scriptum est per prophetam: Expecta me dicit dominus in die resurrectionis mee in futurum: quia iudicium meum vt congregem gentes ꝛ colligam regna. Et effundam super eos indignationem meam ꝛ omnem iram furoris mei. In igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra: quia tunc reddam populis labium electum vt vocent omnes nomen domini: ꝛ seruiant ei: humero vno. Ultra flumina ethiopie inde supplices mei filij dispersorum meorum deferent munus mihi. In die illa non confunderis super cunctis adinuentionibus tuis quibus preuaricata es in me. Qꝛ tunc auferā de medio tui malignos superbie tue: ꝛ nō adijcies exaltari amplius in monte sancto meo. Et derelinquam in medio tui populum pauperem ꝛ egenum: ꝛ sperabunt in nomine domini. Reliquie israel non facient iniquitatem: nec loquentur mendacium: ꝛ non inuenietur in ore eoruꝫ lingua dolosa. Quoniam ipsi pascentur ꝛ accubabunt: ꝛ non erit qui exterreat. Complebitur: etiam id quod scriptum est i Daniele propheta: dicente eodem in vna visionum suarum. Et dixi viro: qui indutus erat lineis qui stabat super aquam fluminis. Usqꝫquo finis horum mirabilium. Et audiui virum qui indutus erat lineis qui stabat super aquam fluminis: cum leuasset dexteram ꝛ sinistram suam in celum ꝛ iurasset per viuentem in eternum: quia i tēpus ꝛ tempora ꝛ dimidiuꝫ temporis: ꝛ cū completa fuerit dispersio manus populi sācti: complebuntur vniuersa hec. Sed ꝛ illud quod scriptum est in tertia parte huius libri. Et angelus queꝫ vidi stare supra mare ꝛ super terram: leuauit manum suaꝫ ad celum: ꝛ iurauit per viuentem in secula seculorum: quia tempus amplius non erit: subauditur ad laborem: sed in diebus vocis septimi angeli: cum ceperit tuba canere: cōsumabitur misterium dei sicut euangelizauit per seruos suos prophetas.

Psal. — Dan.

¶ Explicit sexta pars libri.

¶ Incipit septima pars.

PEractis sex partibus libri apocalypsis in quibus notata sunt sex tempora laboriosa. Ueniendum est quādoqꝫ ad septimam partem in qua agitur de magno illo sabbato in fine mundi futuro: quod vocari placuit tertium statum: siue etiam septimam mundi etatem designatam in se-

ptimo illo die de quo dicit scriptura. Et requieuit deus die septimo ab omni ope suo quod patrarat. Et benedixit die septimo ⁊ sanctificauit illum. De hoc vltimo tempore designato in sabbato scripsit (vt iam diximus in hoc opere) sanctus Augustinus in libro de ciuitate dei. Quod in cōfessione tenet omnis ecclesia dei veri. Credimus Christum de celo esse venturum ad viuos ac mortuos iudicandos. Hunc diuini iudicij vltimum diem: dicimus esse vltimum tempus. Nam per quot dies tendatur hoc iudicium: incertuȝ est: sed scripturarum more sancrarum: diem pro tempore solere poni: nemo qui illas litteras: (quātumlibet negligenter legerit) nescit. Beatus quoqȝ Remigius incertum esse docēs spatium temporis quod erit post casuȝ antichristi: destruens ⁊ ipse opinionem illorū qui putant cum casu ipsius antichristi: trāsire tempora secularia: ⁊ omnino instare cōsumationem seculi: ignorantes ꝙ dies nouissimus: seu finis mundi non sit semper accipiendus pro vltimo articulo finis mūdi: sed magis pro tempore finis: (hoc est) pro vltima etate mundi: maxime cum iaȝ sint trāsacti amplius q̄ȝ mille anni: ex quo dixit beatus Joannes. Filioli: Nouissima hora est. Igitur erit tempus post casum antichristi: sed vtrum in fine illius temporis venturus sit dominus ad iudicium: an in principio: nonnulli dubitandum potius q̄ȝ diffiniendum censuerunt: q̄ȝuis aperet dicat ipse dominus. Confestim auteȝ post tribulationem dierum illorum: eam. s. tribulationem quam facturi sunt bestia ⁊ pseudo p propheta: sol obscurabitur ⁊ luna nō dabit lumen suum: ⁊ stelle cadent de celo: ⁊ virtutes celorum mouebuntur: ⁊ tunc apparebit signum filij hominis in celo. Et tunc plangent omnes tribus terre: ⁊ videbunt filium hominis venientem in nubibus celi cum virtute magna ⁊ maiestate: ⁊ mittet angelos suos cum tuba ⁊ voce magna: ⁊ congregabit electos eius a quatuor ventis: a summo celorum vsqȝ ad terminos eorum. Et apostolus hoc ipsuȝ velle videtur: in loco illo vbi dicit de antichristo. Et tunc reuelabitur ille iniquus queȝ dominus iesus interficiet spiritu oris sui: ⁊ destruet illustratione aduentus sui. Diximus autem in hoc libro: cuȝ ageremus de dracone: ꝙ obtonsis ⁊ superatis sex capitibus in quibus pugnauit draco per sex continua tempora contra fideles: ad extremū pugnaturus sit in septimo capite desperatius pre solito: ⁊ atrocius effundens per os illius omne virus suum: sciens ꝙ instabit tempus damnationis sue: eo ꝙ compleri oporteat omnino id quod dominus (ait): Et princeps huius mundi eijcietur foras: Hoc ⁊ si i sexta parte de qua hactenus egimus: expressum non est: de consequenti tñ intelligit: ꝙ in prelio illo suprascripto qđ habituri sunt bestia ⁊ pseudo propheta ⁊ reges terre cū Christo. Ipse (vt putamus) Antixp̄s quē induet draco pessimus princeps erit ⁊ ipsius iniquissima machinatione: terribilis illa cōgressio regū terre: cōtra regē regū: bellatura cōsurget: Mōstratur hoc in sexto angeloꝝ effundentiū septem phyalas iracundie dei: vbi dicitur. Vidi de ore draconis ⁊ de ore bestie: ⁊ de ore pseudo prophete: exire tres spiritus immūdos in modū ranarū. Sunt. n. spiritus demoniorum facientes signa: ⁊ ꝓcedūt ad reges totius terre cōgregare illos in ꝑliū ad diē magnū dei omnipotētis. Qđ ergo facturi sunt bestia ⁊ pseudo propheta: instinctu facient: ⁊ precepto draconis loquentis p os illius regis septimi qui scriptus est in libro hoc. Et ꝙ docuit beatus Joannes in suprascriptis: bestiam ⁊ pseudo prophetaȝ mittendos esse viuos in stagnum ignis ardētis sulphure: ceteros aūt occidēdos gladio sedētis sup equū: q ꝓcedit de ore ipsius necesse erat isinuare ēt idqđ oportet fieri đ dracōe: q ē auctor ma'oꝝ cui⁹ seductiōe ⁊ fallacijs astabūt pariter reges terre ⁊ ꝑncipes ꝯspirabūt simul aduersus dn̄ȝ ⁊ aduersus xp̄ȝ eius: vt loquat̄ eis dn̄s i ira sua ⁊ i furore suo cōturbet eos. Ait ergo.

Tex.1 ¶ Et uidi (ait) angelum descen-
dentẽ de cœlo hñtẽ clauẽ abys-
si & cathenam magnam in ma-
nu sua: & apprehendit draconẽ
serpentem antiquum qui ẽ Dia-
bolus & Sathanas & ligauit eũ
per annos mille: & misit eum in
abyssum & clausit & signauit su
per illum: ut non seducat ampli-
us gentes donec compleant mil
le anni: & post hoc oportet sol-
ui modico tempore.

¶ Uidebant suprascripta satis aperta: vt
pote que decursa in serie a capite libri dedu
cta sunt absq3 aliquo obstaculo vsq3 ad cõ
petentem finem: non solum sex temporũ
ecclesiasticorum: verumetiam sex partium
libri. Nunc autẽ audito q̃ alligandus sit
Sathanas: & iterum soluendus: eo hebeta
tur multorũ sensus: quo longe hoc esse vi-
det ab opinione multorum. Uerum hoc
magis vrgeret si numerus mille annorum
non per recapitulationem ad totũ tp̃s ec-
clesie: esse referendus. Qua nimirum opi
nione e medio sublata eorum dico: qui pu-
tant istos mille annos referendos ad sabba
tum: & non potius s̃m significatum ad to-
tum tẽpus ecclesie: & si huius rei certitudo
dari nequeat: presto tamẽ esse potest ratio-
nabilis opinio que nõ sit contra fidem. Ec
ce enim & draco & bestia traduntur ha-
bere septem capita: & tempora septem capita
vbi scripsimus in hoc opere: p septẽ: aut q̃
si septẽ tpa erant contereñda. Quibus om-
nibus cõtritis de ratione est: & de misterio
vt sequat sabbatũ septime etatis. Sz quis
scit q̃z breue esse poterit sabbatũ ipsũ? Si
aũt breue erit tp̃s ipsius sabbati: & re vera
antixp̃s iã erit p̃ñs qñ superabũtur bestia
& pseudo propheta: quid obstat opinari eli
minandũ esse ipsũ ad horã a cõspectu ele
ctorum: vt q̃ nõ poterit vincere in primo
& secũdo bello sexti tẽporis cõferat se adhuc
ad sythicas nationes: vt vocato Gog cũ Nota vbi est Gog.
exercitu suo quorũ erit numerus sup arenã
maris: cõpleat oẽ malũ qd̃ ei facere pmit-
tit patiẽtia dei? Uidet. n. hoc velle locus ip
se: qui bestiã qdẽ & pseudo prophetã nar-
rat pugnaturos: & tradẽdos i stagnũ ignis
ipsũ vero draconẽ nõ dicit tũc tradẽdũ in
stagnũ ignis: sz incarcerãdũ ad tẽpus: &
iterũ soluẽdũ modico tẽpore. Et s̃m hoc
vera esse potest opinio eorũ q dicũt rema-
nere tẽpus post casũ an xp̃i (hoc est) cũ p
det in p̃lio bestiã & pseudo prophetas deus
& re vera eorũ q dicũt interficiendũ illũ spi
ritu oris christi: & destruendũ illustratione
aduẽtus sui: q̃ fortassis primũ horũ fiet in
penultima victoria: qñ ferunt occisi hi qui
erũt in militia bestie: gladio q procedit ex
ore xp̃i: sz i vltimo: qñ ipse dñs apparebit
manifestus. Uidet. n. velle textus libri: q̃ i
choato sexto tẽpore producturus sit Dia-
bolus sarracenos contra christianũ impe
riũ: & post multa mala que faciet superan
dus sit a militibus christi: de quibus dicit.
Hi cũ agno pugnabũt: & agnus vincet il-
los: q̃ dñs dominãtiũ est: & rex regũ: & qui
cũ illo sũt vocati electi & fideles: tradetq̃z
babylon in manus eorum iudicãda ab eis
sicut superius dictũ ẽ. Quo. s. prelio pacto
erit pax & gaudiũ i ecclesia christi. Qua par Preliũ primũ.
te cõsumata i breui iterũ excitabit mortuã
bestiã (hoc est) paganos & addet illis pseu
do pphetas in adiutorium: & rursũ quo
fortius pugnabit: eo fortius superabit: ab
exercitu christi: tradenturq̃z bestia & pseu secũdũ
do propheta i stagnũ ignis ardẽtis sulphu
re: & ceteri conuertẽtur ad dominũ. Quo
consumato prelio: erit magna pax qualis
non fuit aprincipio seculi: cuius terminus
erit in arbitrio dei. Deniq̃z pace ipsa cõple
ta: egressus iterũ diabolus cum exercitu tertium
Gog: cõmittet adhuc tertium preliũ gra
uius duob⁹ primis: post quos punitis om
nibus qui secum venerint: ipse quoq̃z post
omnes tradet in stagnũ ignis. Ista tria pre
lia tam fortassis erunt vicina: vt ille homo

peccati possit omnibus interesse: maxime
autem in scdo et tertio. His tam efficaciter
q̄ necessarie in introitu huius septime par
tis: de qua cepimus agere prelibatis ad ex
positionis ordinem verba vertamus. Ut
.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.
.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.
.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.

In scda parte. 36 .millia.

.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.
.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.
.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.
.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.
.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.
.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.

Latitudo

In quarta parte. 36 .millia

.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.
.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.
.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.
.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.
.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.
.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.

Longitudo.

Simul omnes centũq3 quadragintaquatuor millia.

.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.
.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.
.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.
.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.
.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.
.m.	.m.	.m.	.m.	.m.	.m.

In tertia parte. 36 .millia.

Diuisus sig dem prescriptus numerus in quatuor partes: triginta sex in singulis. i. sexies sex: hr̃e repitur. Si autem senarius numerus pfectus est in seipso: cum simpliciter ponit᷑ ⁊ absoluit: q̃zto magis: cũ vsq3 sexies multiplicatus inuenit᷑? Qꝛ vero ois numerus multiplicatus in seipso vsq3 ad se: si hoc mõ vsq3 quater multiplicatus fuerit: ⁊ in domum quadrate domus disposi tus: ita in lõgitudine ⁊ latitudine. q̃z etiã in altitudine sui recipit equalitatem: recte vt hanc quoq3 perfectionem haberet ciuitas illa que in quadro posita esse narratur maxime vt per hoc apte detur intelligi ꝙ regnum illud summe pacis: fit summe cõcordie: vtpote in quo nihil dissimile aut diuersum: s3 sũma eq̃litas repit᷑. Qđ aũt stadia duodeci3 millia: hoium duodecim prescriptas turmas pfectoꝝ designent: etiã se quẽs numerus manifestat: cu3 dicitur.

T.17 ¶ Et mensus est muros eius centumquadraginta quatuor milia: cubitorum mensura hominis q̄ est angeli.

¶ Si.n.12.milia stadia totidē magnas legiones designāt:qd p cubitos.144. milia nisi.144.milia signatoꝝ:ex quoꝝ moderata multitudine eedē.12.turme suis ꝓprietatibus distinguunt. Dicturus siqui dē ioānes. Ex tribu iuda.12.milia signati ⁊ sic de reliquis ꝓmisit dicens. Audiui numeꝝ signatoꝝ.144.milia signati:ex omni tribu filioꝝ israel. Quasi ergo p singulis millenarijs:singuli cubiti accipiēdi sunt: vt id esse videat numerus pfectus in sanctoꝝ collegijs:qd circa muroꝝ spatia cubitus in mensura: Qd aūt subdit in eodē loco. Mēsura hois que est angeli:ad illud ptinere videt qd tenet opinio sanctoꝝ. Esse vz mensura vna āgeloꝝ ⁊ electoꝝ hominū:iuxta illud qd scriptū est. Cōstituit terminos gentiū:sꝫ numerū angeloꝝ dei:vel certe mensura ipsa cubiti:hominis ⁊ angeli esse perhibet:qꝛ sm rationez spiritualiū reꝝ:ordinata sunt humana misteria:iuxta illud quod ait dominus Moysi seruo suo. Uide:vt omnia facias:sꝫ exemplar quod ostensum est tibi in monte. Sequitur.

T.18 ¶ Et erat structura muri ejus ex lapide iaspide:ipa vero auro mūdo:simile uitro mundo.

¶ Duas esse perfectas:vitas ecclesie:⁊ doctrina sctōꝝ nouimus ⁊ exemplo. Alijs eniz data est fortitudo fidei: vt agerent viriliter vsqꝫ ad mortē:alijs data est pspicacitas cōtēplationis:vt speculādo que dei sūt clariores efficiant auro qd p ignē probat: Quia vero color iaspidis:qui etiam herbarū viriditatis habet speciē:⁊ aptus noscit ad sculpturā fidei viriditatē:atqꝫ pseuerātiam designat recte structura muri ierusalez ex lapide iaspide esse perhibet: nimiruz qꝛ sancti martires:fide vicerunt regna:opati sunt iustitiā:adepti sunt repromissionem. Unde ⁊ per prophetam dicitur. Et dabo iaspidez ꝓpugnacula tua. Et qm̄ auri mūdi species similis vitri mundi:mūditiam cordis sanctoꝝ:qui in pace ecclesie pugnauerūt cōtra vitia carnis:⁊ spiritus eoꝝ serenissimā pspicacitatē designat:recte ipa ciuitas:similis auro mūdo:⁊ vitro mūdo:esse perhibet profecto qꝛ de ipsis ꝓcipue scriptum est. Beati mundo corde quoniā ipsi deū videbūt. Et hec quidē dicta sunt in genere:de vniuersa illa celesti ciuitate:⁊ militia sanctoꝝ:que innumerabilis est sicut stelle celi:que pre multitudine numerari non possunt. De his vero que spiritualia sunt specialiter subsequentur adiungitur.

¶ Fūdamēta muri ciuitatis omni lapide prætioso ornata. T.19

¶ Que.n.virtus non est inuēta in quolibet sanctoꝝ apostoloꝝ:qui adhuc viuētes in carne primitias spiritus acceperūt. Uerūtamen:⁊ si vnus quisqꝫ eorum omniuz muneribus particeps fuit nihilominus tū singula eoꝝ singula ꝓrogatiua alicuius gratie:data est:vt aliqua differentia muneris inesse singulo videret. Uñ ⁊ moꝝ subdit.

T.20 ¶ Fundamētū primū: iaspis secundus sahpyrus: tertius calcedonius:quartus smaragdus: quintus sardonis:sextus sardius:septimus chrisolitus: octauꝰ berillus: nonus topatius:decimꝰ chrisopaxus:undecimus iacinctus: duodecimus americtus.

¶ Hoꝝ.12.lapidū colores:ꝓprias designāt virtutes que singulis apostolis data esse nō est dubiū:sm qꝫ vnusqsqꝫ propriū donū habet ex deo:alius quidē sic:alius vero sic:qd ideo tū sigillatim eisdē apostolis nō ꝓsumimus aptare:qꝛ nō idem ordo in descriptione ipsoꝝ apud omnes euangelistas vniformiter tenet:sꝫ aliqui prescribum

tur apud vnum: qui subscribuntur apud alios: haud dubium: vt illorum merita eq̃lia esse credãtur. Primum tamen fundamentum rectissime iaspis qui significat veram fidem esse commemoratur: quia Petrus apostolorum primus de fidei fortitudine commmendatur secundum fundamentum saphyrus: iste lapis simılis ė sereno celo: qui etiam percussus radijs solis: ardentem (vt aiunt:) emittit fulgorem. Huius lapidis color significat speciem qua rapimur ad celestia: cum videlicet prouocati verbis Christi (qui est verus sol) incipimus inflammari radijs charitatis illius. Sic Andreas qui amore celestis patrie reliquit seculum ⁊ secutus est Joannem Baptistam: mox vt mansit cum Christo duobus diebus tactus radijs amoris eius adhesit illi ⁊ factus est discipulus eius. Tertium fundamentum Calcedonius. Iste lapis similis est pallentis ignis quasi lucerne: ⁊ fulget magis sub diuo q̃z in domo. Huius lapidis species significat ardorem humilem charitatis: qui aliquando quidem itus manet occultus: sed tandem per opera producitur in lucem: ⁊ qualis prius esse potuerunt: cum tempus exigit reuelatur. Possumus autem hanc virtutem ascribere Jacobo fratri Joannis: qui vt ostenderet quanta charitas lateret in pectore eius: primus iter omnes apostolos sustinuit passionem. Unde ⁊ ijsdem lapis sculpere se volentibus resistit: quia non sicut nõnulli qui campum certaminis postulasse visi sunt: vt quasdam formulas perfectionis relinquerent suis posteris p sculpturam sicut Petrus ⁊ Paulus sed magis voluit cito dissolui ⁊ esse cum Christo. Quartum fundamentum Smaragdus. Iste lapis summe viridatis est habens colorem purissimi olei. Huius lapis color: significat illam perfectam fidem que per charitatem operatur diffusa vtiq3 in cordibus nostris per spiritum sanctum: qui datus est nobis. Hanc virtutem possumus ascribere beato Joanni cuius est liber iste: q abundantius repletus est oleo illo spirituali: quo vnctus est dei filius pre consortibus suis. Unde ⁊ in olei dolio legitur missus vt quasi quidam smaragdus oleo proficere videretur. Quintum fundamentum: sardonis. Iste lapis inferius dicitur esse niger: in medio cãdidus: superius rubeus. Huius lapidis species significat pfectũ illũ virtutũ quez notat in quibusdã psalmista: cũ dicit. Ibũt de virtute in virutẽ. Nempe: q2 ⁊ si niger color prenotat ignorãtiã: ipsa tñ ignorãtia vertitur in virtutẽ humilitatis: q̃ magna est ⁊ vtilis sup oẽs virtutes. Huiuscemodi aũt color2 varietas ascribi poterit Phylippo q ignorans a principio magnam bonitatẽ dei predicauit christũ esse filiũ ioseph a nazareth ciuitate: q inde pductus ė ad cãdorẽ veritatis: qñ ait Petrus. Tu es christus filius dei viui: ⁊ ad vltimuz pductus est ad coronã martyrij. Sextũ fundamẽtũ sardius. Iste lapis colorẽ habet sanguinis tãtũ: ⁊ significat oimodã pfectionẽ matyrij. Sexto. n. die passus ė dñs ⁊ ripuit genus humanũ a morte: redimens illud sanguine suo. Que vz pfectio martyrij ascribi potest Bartholomeo q decoriatus ab infidelibus: durã sustinuit passionẽ. Septimũ fundamẽtũ crisolitus. Iste lapis fulget quasi aurũ: ⁊ scintillas emittit ardẽtes. Significat autẽ sapientiã dei: de qua pcedũt verba flãmãtia ad accẽdenda corda audientiũ ad amorẽ dei. Hec autẽ virtus ascribenda ė Matheo primo inter quatuor euãgelistas q scribẽs euangelicaz veritatez: ſm litterã verbis spiritualibus ⁊ ignitis que pcedũt ex ipsa eãdẽz virtutez inflãmataz reliquit. Octauũ fundamentuz berillus. Iste lapis si positus fuerit in sexangulã formã: lucet q̃si sole pcussa. Qui etiã tante caliditatis esse dicitur: vt calefaciat manũ tenentis euz. Natura huius lapidis significat operis pfectionẽ: de qua dñs ait. Sic luceat lux vestra corã hominibus vt videant opera vestra bona: ⁊ glorificent patrez vestrum qui

in celis est. Nihil est aūt: qd̄ ita calefaciat frigida corda hominū infirmoruz: quomodo exemplū boni operis: quo solū bonum pronūciare queūt q̄ animales sunt itellectu. Hac virtutē ascribere possumus Thome: q̄ missus predicare in india: exemplo boni operis: animales homines illius p̄uincie ex parte maxima cōuertit ad fidez. Nonuz fundamentum Topacius: qui valde esse dicitur preciosius. Iste lapis similis est auro purissimo atq3 serenissimo celo splendens quam nimis supra ceteros lapides: maxime cum tangitur solis splendore. Huius lapidis species significat vitam cōtemplatiuam: que clara satis est in se ipsa: sed clarior efficitur visione dei. Hanc virtutem possumus ascribere Jacobo fratri domini: qui clarus quidem habitus est inter magnos apostolos: post obitum Jacobi fratris Joannis: precipuus in consilijs: sed tam longe clarior ex eo q̄ specialiter esset: vocari meruit frater domini. Decimum fundamentum Chrisopaxus. Iste lapis purpurei est coloris guttatus guttulis aureis. Huius lapidis species designat nobilitatem iustitie fulgentem sentētijs sapientie. Hec virtus ascribi potest Jude fratri suprascripti Jacobi: qui inter cetera doctrine sue verba etiam epistolam scripsit connumeratam inter eas: que vocantur canonice. Undecimū fundamentum Jacinctus. Huius lapidis color mutatur cum aere. Significat autem illam gratiam charitatis: quam describit apostolus cum dicit. Gaudere cum gaudentibus: flere cum flentibus. Hanc fortassis ascribere possemus: Symoni: qui cognominatur zelotes: qui quidem prescribitur Jude, secundum Lucam: sed subscribitur secundum Mattheum: si aliquid de eo quod esset proprium inueniremus scriptum. Sed quia alie proprietates alijs assignate sunt: possumus fortassis ꝛ istam huic sancto apostolo assignare. Duodecimum fundamentum ametistus. Iste lapis purpureus est habens similitudinez viole ꝛ rose: ꝛ videtur quasdam flammulas fundere a se ipso. Significat ꝛ ipse nobilitatem vere ꝛ perfecte iustitie: que consumatur sanguinis effusione ob fraternam salutem: dicente de hoc ipso Joanne. Si deus pro nobis animam suam posuit: ꝛ nos debemus pro fratribus nostris: animas nostras ponere. Hec virtus ascribi potest Mathie qui pro merito virtutis ꝛ gratie: annumeratus est cum vndecim: ꝛ factus est socius apostolorum. Hec quomodocunque dicta sunt a nobis ne videremur duodecim apostolorum nomina (: que scripta sunt in fundamentis:) silentio preterire: dantes occasionez ociosis vt sciant per minima contemplari maiora. Quia vero de gloria fundamentorum tam felicia: quam gloriosa dicta sunt a Joanne: superest vt loqueretur de portis in quibus sunt scripta nomina duodecim tribuum filiorum israel. De quibus videlicet portis recte quereretur: quare prius q̄z fundamenta: ꝛ posterius scripta sunt: nisi sciremus manifeste q̄ ipse duodecim tribus que prime fuerunt in fide: nouissime facte sint electione: dicente domino. Erunt primi nouissimi: ꝛ nouissimi primi. Sequitur ergo sermo diuinus ꝛ dicit.

¶ Et duodecim porte duodecim margaritæ sunt per singulas & singulæ portæ erant ex singulis margaritis. T.21

¶ Quod dixerat superius: habebat ciuitas murum magnum ꝛ altum: ꝛ in portis angulos duodecim hoc repetit iterum in loco isto dicens. Duodecim porte: duodecim margarite sunt per singulas: ꝛ singule porte erant ex singulis margaritis: excepto q̄ ibi non est locutus aliquid de margaritis: hic vero esse portas ꝛ angulos ex margaritis expressit. Ut autem constructionis huius vrbis ordinem inquiramus scimus q̄ qui nouam vrbem edificare pro-

ponit:primo inuenit locum in quo edifice
tur:deinde fodiens in altum per circuituꝫ
preparat valla in quibus iaciantur funda/
menta:deinde iactatis fundamentis: edifi
cantur muri nouissime locatis in vrbe por
tis:edificantur domus. Primo ergo inue
nitur locus:⁊ fodiuntur sulci. Secũdo po
nuntur fundamenta ⁊ edificantur muri.
Tertio statuuntur porte ⁊ edificantur do/
mus. Horum primum pertinet ad primuꝫ
statum:secundum ad secundum: tertium
ad tertium. Primo ⁊ eniꝫ tempore eletus
est populus israel: vt fieret i eo preparatio
huius nobilissime ciuitatis. Secundo i ad
uentu domini:electi sunt duodeciꝫ aposto
li:vt essent in fundamẽtis ciuitatis:⁊ post
ipsos filij eoruꝫ ⁊ nepotes in fide de popu
lo qui vocatur gentilis:facti ⁊ ipsi in spiri/
tu filij patriarcharuꝫ:sicut ⁊ per apostolũ
dicitur. Si autem vox christi: ergo Abrae
semen estis. Electi sunt inq̃ꝫ ⁊ ipsi:vt tran
sirent in muros ierusalem:pro qua ⁊ pas/
si sunt ludubria ⁊ verbera in corporibus
suis:adeo vt non diligerint animas suas
vsqꝫ ad mortem. Cum autẽ aduenerit tẽ
pus illud de quo dicit apostolus. Cecitas
ex parte contingit in israel:donec plenitu/
do gentium intrauerit:⁊ tunc omnis isra/
el saluus fiet:necesse erit vt statuant etiaꝫ
porte in muris:per quas vniuersus popu/
lus fidelis intret in ciuitatem reddens in
ea domino vota sua:⁊ offerens in ea sacrifi
cium laudum. Utrum autem de populo
iudaico eligendi sint viri qui designantur
in portis:an potius de gentili: an cõmuni
ter ex vtroqꝫ incertum est. Undecunqꝫ ta
men eligentur albedine margaritarum cã
descent:quia castitas illius temporis ma
gna erit:⁊ veluti lilia rosarum flores: pur
pureas coronas martyrum in candore se
quentur. Sane duodecim margarite per
portas singulas que simul sunt centũ qua/
dragintaquatuor adiutores erunt viroruꝫ
illorum in predicatione euangelij de qua
dicit dominus. Et predicabitur hoc euan
gelium regni in vniuersum orbem in testi
monium omnibus gentibus. Sed querit
quare cẽtumquadragintaquatuor.i.septua
ginta duos:⁊ septuagintaduos:cum moy
ses non nisi septuagintaduos seniores ⁊ do
minus noster iesus Christus septuaginta
duos discipulos designasse narratur. Si.n.
in primo statu post duodecim patriarchas
filios Israel: in quorum vice duodecim
principes de singulis tribubus constituti
sunt in deserto:septuagintaduo seniores ele
cti sunt pariter a moyse: ⁊ nihilhominus
post electionem duodecim apostolorum:se
ptuagintaduo discipuli electi sunt a Chri
sto:oportunius videretur vt in hoc tertio
statu parimodo septuagitaduo viri potius
q̃ꝫ centumquadragintaquatuor.i.septuagi
taduo:⁊ septuagintaduo vocarentur pari
ter a spiritusancto:quatenus i singulis sta/
tibus summa equalitas inesse videret: Sꝫ
notandum q̄ restitutus Job pristine sani
tati septem q̄dem filios ꝑ ãmissis obtinu
it.i.simplices ꝑ simplicibus:cetera oĩa du
plicata recepit. Sic ⁊ in primo statu seculi
quasi simplicia recepit dñs de populo isra
el:simplicia nihilhominus in secũdo đ po
pulo q̄ dicebat gẽtilis.in.3.vero q̃si dupli
cata:q: de vtroqꝫ populo colligentur ele/
cti. Et bñ in duodenis ꝑsonis simplex i tri
bus statibus similitudo tenet:i reliquo ve
ro multiplicitas in eo statu qui proprietate
vt sepe dixi:mysterij ꝑtinet ad spiritũ san
ctũ:q: sic idẽ spiritus simplex est in substã
tia: vt tñ multiplex sit:opulẽsqꝫ in donis.
Inde ẽ q̄ orat eliseus vt fieret i eo duplex
spiritus helye. Inde ait apostolus de xp̄o.
Ascẽdens in altũ captiuam duxit captiui/
tatẽ dedit dona hominibus. Igit margari
te duodene que vise sunt i portis ciuitatis
predicatores erũt euangelice veritatis tp̄e
quo israel cõuertet ad dñꝫ:qñ ⁊ helias vẽ
turus est:vt ꝯuertat corda patrũ ad filios.
Adherebũt autem duodecim portis sicut
72.discipul᷑.12.apostolis xp̄i iesu. De q
bus vꝫ portis iam superius dictum est: q̄
tres earum manent ab oriente: tres ab aq
lone:tres ab occidente: ⁊ tres a meridie.

Quare hoc? Ut in singulis partibus ci
uitatis mysterium rutilet trinitatis. Non
solum autem: sed in ipso corpore ciuita/
tis additis suburbanis & vicis. Cur au/
tem in quinq3 partibus potius quam in
sex aut in septẽ: in ope psalterij decẽ cordarũ
plenius assignauimus rationem. Quod
autem alie porte: ab oriente: alie ab oc/
cidente: alie ab austro: vel meridie esse
scribuntur: ad differentiam gratiarum
referendum est: quia alij per spiritum
datur sermo sapientie: alij sermo scien/
tie: alij fides: & his similia. Alie ete/
nim porte sunt ab oriente: quia aliqui
bus Sanctorum data est prerogatiua fi/
dei: in qua est ortus veri luminis: &
ostensio lucis. Alie sunt ab Aquilone:
quia aliquibus concessa est virtus pa/
tientie: qua possint resistere nequissimo
spiritui aquilonis: adeo vt pulsati diu/
tius non flectantur: sed pugnent aduer/
sus eum: perseuerantes in patientia vsq3
in finem. Alie sunt ab occidente: q2 nõnul
li respiciẽtes casum mundi: & occasum lu
minis huius: spernunt presentem mun/
dum & gloriam ipsius. Alie sunt a me/
ridie: quia pleriq3 tacti plenius calore
veri Solis: exultant in gaudio Domini
Dei sui. Quod ergo terne & terne sunt
porte: ad sacrum mysterium Trinitatis
referendum est. Quod vero a quatuor
partibus: causa mysterij dicta est. De/
niq3 & ipsa ciuitas cum suburbanis & vi/
cis suis: nihil habet minus ab eodem my
sterio. Sequitur.

T.22 ¶ Et plateæ Ciuitatis similes
auro mundo: tanquam uitrum ꝑ
lucidum.

¶ Hoc iam superius dixerat de ciuita/
te: ad quam pertinent proprie ipse pla/
tee: ad differentiam murorum qui leuan
tur in altum. Ad muros etenim qui
sunt in circuitu: pertinet perfectio actio/
nis. Ad plateas que intus sunt inte/
gritas contemplationis. Unde & in can
ticis scriptum est. En lectulum Salo/ Canti.
monis sexaginta fortes ambiunt ex for
tissimis Israel: omnes tenentes gladios
& ad bella doctissimi: propter timores
nocturnos. Lectulus sane Salomonis:
ipsa ciuitas est: fortes qui ambiunt: ipsi
muri qui dati sunt exterius ad defensio/
nem ciuitatis. Et bene platee ipse ci/
uitatis: auro mundo: simili vitro per/
lucido: similes esse perhibentur: quia
corda contemplantium deum: munda
sunt & perspicua: dicente domino. Bea
ti mundo corde: quoniam ipsi deum vi/
debunt. Sequitur.

¶ Et templum non uidi in ea. T.23
Dominus enim Deus omni//
otens: templum eius est & a/
gnus.

¶ Idcirco (inquit) non vidi templum
in illa Hierusalem: quia pater & filius sunt
templum illius. In templo etenim manu
facto: quod hedificauit Salomon erant
Pontifices & Sacerdotes constituti vt
docerent populum legem Domini: & of
ferrent pro eo Sacrificium: & pro deli/
cto: & pro peccato. Similiter: & si mul/
to dignius: venerandum illud Capi//
tulum: quod fundatum est Rome: &
pro Templo: constitutum est in Eccle/
sia: vt ab eo accipiant fideles decreta
& legittima vite Christiane: in quo: &
qui presidet summus Pontifex: vicem
Christi gerit in terris: donec veniat ipse
qui est Summus Pontifex: requirere
oues suas: & visitare illas: sicut visitat
Pastor Gregem suum: in die quando
fuerit in medio ouium suarum dissipa/
tarum. In ciuitate autem illa que sur/
sum est: neq3 Templum manufactum
necessarium est: neq3 conuentum Sa/
cerdotum ad docendum iterum popu/
lum viam Dei: quia Dominus omni/
potens cum filio suo: omnia est in om/

nibus: docens electos suos omnem veritatem: non iam per elementa muta: sicut in hac vita presenti: sed per spiritum suum quem dedit nobis: & daturus est abundantius in die illo. Unde & mox subditur.

T.24 ¶ Et ciuitas non æget sole: neque luna: ut luceant in eas: quia claritas dei illuminabit eam: & lucerna eius est agnus.

¶ Id est: neq; viro spirituali egebit qui doceat ibi electos spiritualem intellectum: neq; animali qui doceat eos superficiem litere: quia claritas diuine sapientie docebit eos omnem veritatem suijpsius: qui est id quod est: & homo Christus Iesus erit ei pro lucerna: vt in ipso sciant & admirentur magna opera Domini: & exquisita in omnes voluntates eius. Quecunq; etenim archana: quecunq; occulta iudicia admirantur homines in hac vita presenti: nuda erunt omnibus in die illo: & absque enigmate manifesta. Quia vero q̃d futurum erit in ea post diem nouissimum: etiam ante diem ipsum: & maxime in tempore illo: quo statuentur in ea porte: incipiet consumari. Sequitur consequenter: & dicit.

T.25 ¶ Et ambulabunt gentes per lumen eius: & reges terræ afferẽt gloriam suam & honorem in illam.

¶ Erit autem precipue illud cum Dominus Iesus ponet omnes inimicos suos sub pedibus suis: & cum Regnum quod est subter omne celum: dabitur populo Sanctorum altissimi. Unde & mox subduur.

T.26 ¶ Et portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erit in ea: & afferẽt gloriam & honorem gentium in illam.

¶ Tempori Regni Babylonici: quod & recte vocari potest: tempus tenebrarum in sex etatibus mundi: imponetur finis: vt Regno eius (vti supra dixi) destructo: perficiatur in septima: quicquid minus erit in structura Hierusalem: & vocatione vniuersi populi: qui futurus est in ea: quatenus in futuro seculo: quod erit velut octauum: vniuersa que pertinent ad eam: appareant consumata. Quod ergo dicit. Porte eius non claudentur per diem: nox enim non erit in ea: & afferent gloriam & honorem gentium in illam: ad septimam (vt iam dixi) etatem: referendum est. Erunt enim tempore illo aperte ianue: quia publice patebunt omnibus viscera pietatis: vt intret qui voluerit: & efficiatur ciuis Hierusalem. Et hocipsum: non in caligine ignorantie: sicut vsq; ad presens: sed in plenitudine intellectus. Unde & in Daniele scriptum est. Qui docti fuerint: erunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos: quasi stelle in perpetuas eternitates. Nec obprobrium: aut erubescentia erit illo tempore ecclesie Sanctorum: sicut aliquando: sed decus: sublimitas: & maiestas: quia gentes conuerse ad Regem Christum: conferent gloriam: & honorem suum in illam clarissimam Ciuitatem: vt possint & ipse esse participes glorie ipsius: prosternentis se humiliter vestigijs Sanctorum: & optantes vt memores sint eorum in orationibus suis. Sequitur. Dan.

¶ Nec intrabit in eam aliquid coinquinatum & faciens abhominationem & mendacium ni- T.27

ſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni.

℃ Subauditur: ſicut cum adhuc regnaret Babylon in aquis ſuis: ⁊ ipſa Hierusalem: peregrinans apud eam ſm̄ aliquam ſui partem: teneretur captiua: ⁊ adhuc eſſent zizania commixta tritico in agro mundi: niſi qui ſcripti ſunt in libro vite agni: ideſt illi ſoli imitaturi ſunt: qui ſcripti ſunt in libro vite ⁊ agni. Sequitur.

Cap. 22 Tex. 1 ℃ Et oſtendit mihi flumē aquæ viuæ ſplendidum tanquam criſtallum procedens de ſede dei: & agni in medio plateæ eius.

℃ Queris quod ſit flumen iſtud? Qui ſitit (inquit dominus) veniat ⁊ bibat: ⁊ flumina de ventre eius fluent aque viue: hoc (ait) dicebat: de Spiritu quem quem accepturi erant credentes in eum. Joan. Notandum vero: ꝙ non ſemper nomine ſpiritus: intelligenda eſt illa perſona Trinitatis: que vocatur Spiritus Sanctus: ſed aliquando accipiendum eſt pro ipſa perſona: aliquando pro aliquo donorum eius: iuxta illud Helyſei. Oro vt fiat ſpiritus tuus duplex in me. Sic ⁊ in hoc loco: flumen quod procedit de ſede: quēadmodum ⁊ flumina manantia de ventre credentis: ad dona Spiritus Sancti: que data ſunt eccleſie: vt ſint eius: referendum eſt: quamuis ⁊ ipſe ſpiritus qui Deus eſt: ⁊ vna in Trinitate perſona: datus nobis eſſe dicatur: dicente Apoſtolo. Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum Sanctum qui datus eſt nobis. Procedit autem de ſede Dei flumen aque viue: quia extra catholicorum eccleſiam: non datur alicui donum Spiritus Sancti: ⁊ quia dum ſancti viri proferunt verba flammantia corda fidelium qui audiunt illa ad amorem Dei ⁊ proximi per donum Sancti Spiritus inflammantur. Unde ſcriptum eſt in actibus Apoſtolum. Adhuc loquente Petro cecidit Spiritus Sanctus ſuper omnes qui audiebant verbum. Et bene ipſum flumen aque viue eſſe perhibetur: quia Spiritus (inquit Dominus) eſt qui viuificat: caro autem non prodeſt quicquam. Et Apoſtolus. Factus eſt primus Adam in animam viuentem: ſecundus Adam in ſpiritum viuificantem. Unde ⁊ idem flumen ſplendidum eſſe dicitur: quaſi cryſtallum: quia vbi Spiritus domini: ibi ſplendor: vbi ipſe non eſt: ibi cecitas animi: ⁊ obcecatio mentis. In medio vero platee eius dicitur eſſe ipſum flumen: quia licet omnes Sanctos potet Dominus torrente voluptatis ſue: abundantius tamen illos qui ſedent ad pedes Domini ⁊ quieſcunt: pro quibus ⁊ dicitur. Maria optimam partem elegit: que non auferetur ab ea. Hoc autem flumen aque viue: ſicut ⁊ alia multa bona Angelus oſtendit Joanni: quia perfectis ⁊ capacibus Diſcipulis oſtendunt viri ſpirituales: ſpiritualia verba: non imperfectis ⁊ animalibus: ⁊ qui neſciunt: niſi carnem: quia animalis (inquit homo) non percipit ea que ſunt ſpiritus dei: ſtultitia enim eſt illi: ⁊ non poteſt intelligere: quia ſpiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia: ⁊ ipſe a nemine iudicatur. Sequitur.

℃ Et ex utraqꝫ parte fluminis lignum uitæ, afferens fructus duodecim per menſes ſingulos reddens fructum ſuum: & folia ligni ad ſanitatem gentium. Tex. 2

℃ Lignum vite Chriſtus eſt: ſimplex quidem in ſe: multiplex in palmitibus: ſeu etiam in propaginibus ſuis. Manet autem ex vtraqꝫ parte fluminis: velut ad dexteram ⁊ ſiniſtram: quia hi qui ſm̄ plus ⁊ minus: per vitam actiuam placent Deo: manent velut ad ſiniſtram: qui autem per contemplatiuam: ad de-

xteram: & tamen in vtrisq; viuit & manet nouus homo: quo & induti sunt: in vtrisque vita Christus habitat & regnat in eis. Quod bene quoq; duodecim fructus profert per singulos menses: quia duodecim fuere (vti iam dixi in hoc opere) principales ecclesie designantes futuras fidelium generationes: & per singulas protulit Christus fructum spiritus: operumq; bonorum: scd'm q vnusquisq; proprium donum habet ex Deo: alius quidem sic: alius vero sic. Sed & folia ipsius ligni ad salutem gentium: quia per verba Christi que procedunt ex ore fideliums alui facti sunt: hi qui conuersi crediderunt ex gentibus: dicente Apostolo. Fides ex auditu: auditus autem per verbum Christi. Sequitur.

Tex.3 ¶ Et omne maledictum nō erit amplius.

¶ Subauditur sicut aliqñ cum adhuc Ismael & Ysaac manerent in vna domo: & nec dum essent comburende palee a tritico Domini separate. In eo autem quod sequitur

Tex.4 ¶ Et sedes Dei & Agni in illa erunt: & serui eius seruient illi: & uidebunt faciem eius: & nomen eius in frontibus eorum: & nox ultra non erit: & non ægebunt lumine lucernæ: neq; lumine solis: quoniam dominus Deus illuminabit illos: & regnabunt cum eo in sæcula sæculorum.

¶ Quis est qui querat expositionem: vbi ita spiritus palam loquitur: vt prouerbium nullum dicat? Seruitus tamen in illa ciuitate non erit nisi filialis: idest: non adhuc operantium: sed laudantium: sicut scriptum est. Beati qui habitant in Psal. domo tua Domine: in secula seculorum laudabunt te. Sed & frontes in quibus erunt scripta nomina: potius intelligende sunt in spiritu q̃ in carne. Est enim frons anterior pars capitis: & intelligitur in ea memoria cum qua reminiscitur homo Dei sui: & letatur in eo. Et quoniam nomen illud Domini iocundū quo beatificamur in eo: Christus est: a quo Christiani nomen: quod significat illam letitiam: de qua dicit Psalmista. Unxit te Deus: deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis: recte nomen ipsum in frontibus electorum scriptum esse perhibetur: q: dum memores sunt semper (vt iam dixi) nominis Dei sui: exultant pre gaudio in corde suo: sicut scriptum est. Memor fui Dei: & Psal. delectatus sum. Sequitur post hoc Sanctus Joannes: & dicit.

¶ Hæc uerba uera sunt & fidelissima: & dominus Deus spirituum prophetarum: misit Angelum suum ostendere seruis suis quæ oportet fieri cito. Tex.5

¶ Hoc iam superius dictum est: ne quis putet friuola que dicuntur ignorans virtutem allegorie: in qua sunt multiplices & spirituales intellectus. Unde & bene dī. Et dn̄s deus spirituū pphetar̄ misit angelum suum ostēdere seruis suis: que op; fieri cito: q: q dedit quōdā pphetis dona sua vt prescirēt que complenda erant in aduentu Saluatoris venientis in mundum: ipse nūc mittet spirituales viros qui per spiritualem intellectum patefaciāt archana mysteria: & ostendant suis suis que oportet fieri cito. Sequitur autem post hoc sermo domini dicentis.

¶ Ecce uenio uelociter. Beatus qui custodit uerba Libri huius. T.6.

¶ Dicit aūt hoc dn̄s per seipsum: vt qui non credit discipulo: credat vel domino & magistro. Sequitur.

¶ Et ego Ioannes qui audiui & uidi hæc.

¶ Subaudit: dico & testificor: hec per semetipsum saluatorem dixisse.

T.6. ¶ Et postquam audissem, & uidissem: cecidi ut adorarem ante pedes Angeli: qui mihi hæc ostendebat. Et dixit mihi. Vide ne feceris. Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum: & eorum qui seruant uerba libri huius: deum adora.

¶ Hoc iam supius dixerat angelus: siue iste: siue alius: siue circa finem sexte partis: excepto q ibi dctm est. Frm tuorum habentium testimoniũ Jesu: hic iterpositũ est. Frum tuorum pphetarum: vt ibi intelligat dictum de martyrib⁹: hic de pfessoribus xpi: quorum alij testati sunt p fidem: alij p doctrinam canonicam: adhibētes vtriqz: vtrisqz: opa pietatis: sine qbus & fides mortua est: & doctrina inutilis: sicut scriptũ est. Peccatori aũt dixit deus. Quare tu enarras iusti-

Psal. tias meas: & assumis testm̃ meum per os tuum? Et illd. Fides sine opibus mortua

Jacobi est: Uerũtñ Joānes cadit ad pedes angeli vt adoret illum: ipse aũt angelus phibet hoc fieri: dicēs se esse pseruum eius: potius qz precipit adorari deuz: qui opat oia in oibus: qr & dignum est: vt pfecti discipuli exhibeāt reuerētiam spūalibus viris: p quos occulta a seculo mysteria producent ad lucem: & idignum: vt qui nihil hñt qd non acceperunt pmittāt sibi ab hoibus singularem reuerētiam exhiberi: & nō potius illi soli: cuius dono & gratia: sunt id quod sunt. Sequitur.

Tex.7 ¶ Ne signaueris uerba prophetiæ libri huius: tempus enim prope est.

¶ Qui aliqñ audiuit vocez dicētem sibi. Signa que loquuta sunt septez tonitrua: mō itez audiuit angelũ dicētez sibi. Ne signaueris ṽba pphetie libri huius: tp̄s enī ppe est. Quare hoc? Qr illud attribuēdũ est qbusdam ṽbis archanis: designatis in sudario qd fuerat supra caput Saluatoris: istud de his que futura erāt in gñe humano in tpibus suis: vel certe illud referēdũ est ad tp̄s sexti angeli tuba canētis: istd ad principiũ septimi. Uñ & in eodem loco: liber q erat a principio clausus in manu cuiusdam angeli: apparuit aptus. Et in Da-

niele scriptũ est. Clausi sunt signatiqz ſmones vsqz ad tp̄s statutuz. Qr ṽo ex eo tpe Dan.

quo apit liber: ppe esse incipit tp̄s: vt veniat ille quē expectāt fideles: dicēs. Ne signaueris ṽba pphetie libri huius: tp̄s enī ppe est: arguēs eos qui psequunt electos: eo q credere nequeāt ṽbis dei: que scripta sunt in hoc libro: per increpationem subiungit.

¶ Qui nocet: noceat adhuc: Tex.8

& qui in sordibus est: sordescat adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc: & iustus iustitiam faciat adhuc.

¶ Et quid inde?

¶ Ecce (inquit) uenio cito: & Tex.9

merces mea mecum est: reddere unicuiqz ſm opera sua.

¶ Bonis qdem bona: & si & malis mala. Repetit autem adhuc tertio: quod secundo iam dixit.

¶ Ego sum. A. &. ω. primus & nouissimus: principium & finis.

¶ Uex in duobus locis ita positũ est: vt oino videat hec vox ptinere ad totā pariter trinitatē: hic aũt qsi ad eũ solũ ptineat q dicit. Ecce venio cito. Sz qr tāta est vnitas: patris: & filij: & spiritus sancti: vt id

pleraq; qd dictum videt de vna psona:intelligat de tribus: vt cum di de deo pre: q solus h; im̄ortalitatez: z si qd hic nō exclu dit in hoc loco: pr̄ z spūs scūs ab eo qd vi det filius dicere de seipso. Ego sū; A. z. ω. s; sicut in pn̄cipio libri subsequēter adiungit. Qui est: z q erat: z q venturus est. Tertio aūt huius vbi repetitio facta est: vt itelligamus vel un p tres solēnes gradus puenire nos oportere ad plenā notitiam deitatis: fm q tribus vicibus z tribus modis facta est reuelatio spūs sancti: z ipleta in q busdam pmissio. Primo n colūba: fm illud donu; qd dat quottidie baptizatis in xpo: scdo in isufflatiōe: tertio i igne. Seqt.

T.10 ¶ Beati q lauāt stolas suas ut sit potestas eoꝝ in ligno uitæ: & p portas duodecim intrēt in ciuitaté. Foris aūt canes: & uenefici: & ipudici: & homicidæ: & ydolis seruientes: & oīs qui amat & facit mendacium.

¶ Qz q̄ta sit glīa illius vrbis: sufficiēter ostēsum est: merito illos vocat beatos q sic p ɔfessionem z veram pniam lauāt stolas suas a pollutiōe pctōꝝ: vt p portas duodecim mereant igredi in ciuitatem. Sūt enim stole qbus idui mur opa iustitie: que tñ polluunt sepe sepius velut sanguie mortuoꝝ: dū inter ipsa bona opa que agimus: multa qbus polluant: quottidie cōmittimus mala. Qui aūt lauat illa p ɔfessionez z studet manere in mūditie scitate: icipit hic ptātem sumēdi de ligno vite: dū nō ad iudiciū z ɔdēnationez accipit corpus xpi: s; ad ɔndam vitaz eternam. Utrūq; eteni; repit scriptum: v;: q z q māducat: subaudit sicut expedit: h; vitā eternam: z q idigne māducat: iudicium sibi māducat z bibit. Qui autem lauāt stolas suas: p portas duodecim igrediunt in ciuitatē: nō q oēs intrēt p portas duodecim: s; q: alij quodā mō p portas oriētis: alij p portas aqlonis: alij p portas occidētis: alij p portas austri: vnusq; fm datā sibi grām z opationem iustitie. Sicut enim añ aduētum dñi erāt q dicerent xpi dñi z pōtifices in typo eius q est vus pōtifex z verus xps. Sic z ex eo tpe quo xps venit in mūdu;: nō defuerūt viri sci: q vere reputādi essent in portas ciuitatis ostēdētes z ipsi fidelibus viaz vite. Et illi qde; q digni sunt hoc mō p portas duodecim (hoc est) p doctrinam scōꝝ ingrediunt in ciuitatē. Qui aūt famē patiūtur vt canes: dispgunt ad māducādu; venefici quoq; z ipudici: homicide: auari: z q ydolis seruiūt: oēsq; q amāt z faciūt mēdaciū: relinquent foris: q: nullo mō merētur itrare in ciuitatē p affectū: nec post finem seculi p effectū: s; erit pars illoꝝ (vt supra iā dixit) in stagnū ignis: qd est mors scda. Et ne qs adhuc dubitare presumat de modo reuelationis: seqt adhuc ijs q dicit: ecce venio cito: subsequēter z dicit.

¶ Ego Iesus misi angelū meum testificari uobis hæc i ecclesiis. T.11

¶ Misit hō xps Jesus angelū suū: misit z spūs scūs viros spūales q testificent hec in ɔuētibus electoꝝ. Et ne ɔtēnēdus putet a iudeis dñs Jesus qui dicit ista.

¶ Ego sum (inquit) radix & genus Dauid: stella splendida et matutina. T.12

¶ Ac si diceret. Ne frustra ɔtendāt iudei vētuꝝ adhuc Messiam de semine Dauid fm carnem: eū: v;: de quo dicit Balaam. Orietr stella ex Jacob: vt q̄si cum venerit ipse annūciet hoibus oēm veritatē: q: ego sum ille q z loquor vobis. Et bñ stella splēdida z matutina: q: stella fm q hō: sol fm q deus. Et fm q stella matutina precedit aduētum solis: ita reuelatio humanitatis ipsius: precessit ostēsionez maiestatis: q: ipse verus hō z verus deus. Dicēs autez xps Jesus. Ego su; radix z genus Dauid: stella splēdida z matutina: adiecit z ait.

¶ Et spiritus & sponsa dicūt: ue T.13


ni:et qui audit dicat:ueni:et qui
sitit ueniat : qui uult:accipiat a/
quam uitæ gratis.
¶ Idest:nõ ego tm̃ inuito hoies ad ga
dia eterna:verũetiã spũs qui testificat:ꝙ
vera sint verba ista:ⱬ sponsa mea:cui dona
ui illũ vt maneat cum ea vsqȝ in eternum.
Uterqȝ ergo dicũt.Ueni:audiẽti verba li
bri huius:ille spũalibus intellectibus : ista
ⱬ verbis:qꝛ ⱬ ille p semetipsum spirat vbi
vult:ⱬ ista loquẽdo ṽba spiritualia docet ⱬ
suadet de regno dei.Uñ ⱬ qui audit auri/
bus cordis:tenet vocare pximum suuȝ ad
gaudia sempiterna celoꝝ:vt studeat ipar/
psal. tiri alijs:qꝺ ab alijs accepit.Qui audit (in
quit) dicat:veni:ⱬ q sitit:veniat:subaudit
ad bibẽdum de torrẽte voluptatis ipsius.
Et ne causet forte de precio:q vult (iquit)
Esa. accipiat aquã vite gratis. Hoc ⱬ lõge ante
p pphetam iaȝ dixerat. Oẽs sitiẽtes veni
te ad aq̃s:ⱬ qui nõ habetis argẽtum ppe/
rate:emite:ⱬ comedite.Uenite:emite abs
que argẽto ⱬ absqȝ vlla cõmutatione vinũ
ⱬ lac.Hucusqȝ loquutus est dñs iesus. Ne
aũt beatus Joãnes : sciens ꝙ aiales hoies
scãdalizarent de ṽbis huius libri nõ intel/
ligẽtes alta mysteria ⱬ pfundas intelligẽ/
tias que in eo sunt:putarentqȝ opus pieta
tis addere textui in aliqbus locis:in qbus
dam ṽo demere ex deo aliqd : vt lucidior
appareret:sicut faciũt heretici in aliqbus
capitulis scripturaꝝ:minatur eis qui hoc
presumerent:ⱬ dicit.
T.14 ¶ Cõtestor ego oĩ audiẽti uer
ba pphetiæ libri huius:siquis ap
posuerit ad hæc:apponet dñs su
p illũ plagas scriptas ĩ libro isto.
Et siqs diminuerit ꝺ uerbis libri
pphetiæ huius:auferet deus par
tem eius de ligno uitæ:et de ci/
uitate sancta:et de his quæ scri/
pta sunt in libro isto.

¶ Nec mirꝝ si peccat (inqt scriptura) vir
in virꝝ:orabit p eo sacerdos:si aũt in deuȝ
peccat:qs orabit pro eo? Jure ergo dãnan
dus est ex cõione ppetua:ob tãte scelus te
meritatis:q aut addẽdo aliqd:aut minuẽ
do sacra dei verba:violare presumit.Et ne
qs ptẽnẽdam crederet sniam ipsius:addit
ẽt qꝺ grauius est:cum ptinus adiungit.
¶ Dicit qui testimoniũ phibet T.15
istorum:etiam amen.
¶ Christus est iste qui ꝯfirmat ṽbuȝ Joã
nis:vnigenitus dei filius:q rñdit:ⱬ dicit.
V Venio cito.
¶ Quare dicit iteꝝ in hoc loco:venio ci
to:qui supius dixerat.Ecce venio cito : ⱬ
merces mea mecum est:nisi qꝛ ibi dixit vt
aiaret humiles. Hic dicit vt deterreat te/
merarios ⱬ supbos? Et qꝛ nouit Joãnes
necessariuȝ fore vt veniat qui vẽturus est:
ⱬ eradat ipsos de supficie terre:rogat etiaȝ
ipse in psona ecclesie:vt cito faciat qꝺ pro·
mittit:dicẽs eidem domino nostro:qui di
cit:venio cito.
¶ Veni domine Iesu. T.16
¶ Ipse est enim finis libri : ipse fructus
spei:ⱬ premium opis nostri:qui venturus
est iudicare viuos ⱬ mortuos ⱬ seculum
per ignem.Cessabũt enim oia hec postq̃
ipse venerit ad iudicium:qꝛ iam non erit:
qd queraf:sed potius qd amet:vidẽtibus
nobis eum sicuti est ⱬ sciẽtibus in eo oẽm
veritatem.Consumato vero libro:ꝯuertit
adhuc Joãnes sermoneȝ ad electos:ⱬ qua
si valefaciens eis : ⱬ dimittens illos cum
benedictione.
¶ Gratia (inquit) domini nostri T.15
Iesu xp̃i cum oĩbus uobis : amẽ.
¶ Sed ⱬ nos referamus ei grãs:qui nos
decursis tãtis pelagis:pduxit ad portum:
orãtes:vt si in aliqbus locis aliter loquuti
sumus:q̃ȝ ipse voluit:prestet indulgẽtiam
delinquenti:qui scit:ꝙ timor eius ⱬ amor
coegit me presumere qꝺ presumpsi : ne qñ
diceret mihi ab ipso:qui dicturus est suo

malo ꝛ pigro:q abscōdit pecuniam quam
accepit. Serue male ꝛ piger:sciebas qꝛ me
to vbi nō semino: ꝛ ꝯgrego vbi nō sparsi:
oportuit ergo te cōmittere pecuniam meā
nūmularijs: vt ꝛ ego veniens recepissem
vtiqꝫ qđ meum est:cum vsuris. Sup quo
obsecro ꝛ vos o fideles:vt sicut ego ꝑ ve/
stra salute laborem tāti oneris assumpti cu
piens dare vobis significationem vt fugia
tis a facie arcus:ita ꝛ vos mihi manū por
rigatis:quatenus si in hoc ipso:aut in alijs
opusculis meis:in aliqbus erraui sicut hō
qđ lꝫ non habeam in ꝯscientia: tñ nec ab/
nuo:nec excuso:ipse qui bonus est indul/
geat clemētia sua:sciēs ipse humilitatem
meam:qꝑ si est qui pie corrigat dum ad vi/
uo:paratus sum suscipe correptionem imi
psal. tās humiliter euꝫ qui dixit. Corripiet me
iustus in misericordia:oleum autem pecca
toris non impinguet caput meum. Qđ si
me celer vocatio dñi subtraxerit ex hac lu
ce: Romana ecclesia cui datum est vniuer
sale magisterium:ꝛ cuius mādato ꝛ licētia
scripsi hec:in presentia culminis sui iubeat
presentari:ꝛ sic eis que digna sunt:auctori
tatem iubeat:vt si qua tñ indigna esse ꝑspe
xerit:digneť obsecro emendare. Si enim il
le summus Apostolus: attulit scripta sua
ad antecessores suos apostolos:ne forte in
vacuum curreret:aut cucurrisset:quanto
magis ego qui nihil sum: nolo esse iudex
meypsius sed magis summus pōtifex qui
iudicat omnes:ꝛ ipē a nemine iudicatur?
Ceterꝝ si in aliquibus locis:aliqua minus
habēt:ac per hoc trahi pñt ab emulis ad
illicitū itellectū:q̄rat diligēter defensor ve
ri in alijs locis opusculoꝝ nostroꝝ:ꝛ inue
niet sufficienter in alio loco lucidum: qđ
in alio forte loco fecit breuitas tenebrosuꝫ.
Si enim nō defuerunt viri iniqui qui de/
prauarent (teste Petro) epistolas Pauli:
ꝛ si Jamnes ꝛ Mambres hoies impij re/
stiterunt Moysi: quāto magis necesse est
vt compleatur id qđ futurꝝ esse testať apo
stolus de subuersoribus veritatis:maxime
cum videamus instare tꝑa illa piculosa in
qbus hec ipsa ꝛ multa alia futura esse pre/
scripsit? Uerꝝ nos in oibus his: fiduciam
bonam habemus ad deum:scientes: qꝛ si/
cut verꝝ est qđ predixit de impugnatione
veritatis:ita verꝝ esse necesse est: id quod
subiunxit. Sed vltra non proficient:insi/
pientia enim eorum nota erit omnibus si/
cut ꝛ illorum fuit.


¶ Explicit admirāda Expositio Uenerabilis Ab/
batis Joachim:in Libruꝫ Apocalipsis Beati
Joannis Apostoli ꝛ Euāgeliste. Ue/
netijs in Edibus Francisci Bin
doni: ac Maphei Pasini
socij. Anno dñi. 1527.
Die vero septi/
mo Februa/
rij.

Psalterium decem cordarum Abbatis Joachim. In quo de summa trinitate eiusqꝫ distinctione ꝑ pulchre indagatur. De numero psalmoꝝ ⁊ eoꝝ archanis ac mysticis sensibus. De psalmodia. De modo ⁊ vsu psallēdi simul ⁊ psallētiuꝫ.



Forma psalterij decem chordarum.

Pater.



filiꝰ.

Spiritus sctũs.

In hac figura monstrantur tres quinquagenas psalmoꝝ pp tres psonas deitatis: ꝛ tres statiões seculi in .cl. piscibus designati. Joan. 21.

Jo.32 Decē chordas esse misteriales docet scri
He.12 ptura ptinentes ab Abraam vsq; ad nouissimum electum omnes seculi generationes.

Idcirco primuz cornu psalterij non est acutuz sicut duo alia inferiora: qa pater manēs in culmine maiestatis missus nō legit: sed tm̄ filius ꝛ spiritus sanctus ad nostras angustias missi sunt.


Nota q̄ hō prelatus est oībus ordinibus angeloꝝ pp verbum patris humanam carnem assumēs: vt gradum chorde decimum qui corrui restauraret.

Moyses scripsit legis decalogum. Exo. 34. Paulus vo decez scripsit ecclesijs verbuz crucis. 1. cor. 1.

Prima chorda incipit a timore ꝛ ascendit vsq; ad altitudinem charitatis.

Lu.18 Nota q̄ duo mittunt ab vno filius. s. ꝛ spiritus sanctus a patre. ꝛ vnus mittit a duobus: idem: vz:
Jo.14 spūs. Unde in Symbolo. Qui a patre filioq; pcedit: qđ greci nō recipiunt: dum nō intelligunt illum
Phi.1 cecum imitātes: qui stās secus viam clamabat: Kyrieleison. i. dñe miserere. Nō enim in via veritatis que Christus est ambulāt: sed secus aberrāt. Confitent (inqt) se nosse deum: factis autem negant.

Ezec. 1 ¶ Quum aspicerem animalia apparuit rota vna super terram: secus ea habens quatuor facies: & aspectus rotarum & opus earum quasi visio maris: & vna similitudo ipsarum quatuor: & aspectus earum & opus earum quasi sit rota in medio rote per quatuor partes earum euntes stabant & non reuertebantur quum ambularent.



¶ Incipit prefatio in Psalterij decem chordarum Abbatis Joachim.




Antiqua Patrum traditione perlatū est vsqꝫ ad modernos: magni esse premij psalmodiam: ⁊ ad ipsam ptinere illud psalmi quadragesimi noni. Sacrificium laudis honorificabit me: ⁊ illic iter quo ostendam illi salutare Dei. Et multi quidem desiderantes sapientiam: dederūt studium lectioni: institerunt doctrine: nec tamen ad ipsius medullam peruenire: permissi sunt: q: non sunt arbitrati intrādum esse per gratiam: sed magis per arbitrium liberum: quod non profuit ab initio innitentibus super eo. Non enim inuenerunt clauem Dauid: nec eum qui aperit diligētibus eam: ⁊ iccirco palpātes in circuitu: inuenire aditum nequiuerunt: iuxta illud Apostoli. Tota die addiscentes ⁊ nunquaꝫ ad scientiam veritatis peruenientes. Hoc sicut audiuimus: sic ⁊ vidimus: probauimus vtrunqꝫ: ⁊ ni fallor: experimento didicimus. Eraꝫ aliquando egoipse anxius ad verba Dei: ⁊ querebam per exercitium lectionis ad veritatis notitiam peruenire. Cumqꝫ ad eam per legendi studium properare flagrarem: assummens sibi pennas velut Aquile: longius q̄ꝫ erat recedebat a me. Cum autem positus in feruore nouissimo: cepi Dei causa diligere psalmodiam multa mihi in scriptura diuina: psallenti sub silentio reserrari ceperunt: que antea legendo vestigare nequiueram. Nō solum ante: sed ⁊ iaꝫ tunc sentire incipiebam: qd illud fit quod in alio psalmo scriptum est. Beati qui habitant in domo tua domine in secula seculoꝝ laudabunt te. Sed cum mihi qui (vt iam videbatur) cogitatione ⁊ auiditate illius superne ciuitatis habitatoꝛ effectus fruebar ſm interioꝛem hominem: non modica visione pacis: accidere illud quod sibi multi (⁊ si frustra accidisse queruntur) vt rursum ecclesie cura rei familiaris cogeret implicari negocijs monasterij: que ſm cuiusdam coloris sui speciem: aut vere secularia sunt: aut pene secularia iudicanda: compulsus sum iteꝝ cum cordis gemitu nō sine formidine exclamare: Heu mihi q: incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus cedar: multum incola fuit anima mea. Et illud. Precisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me. Cum ergo huiuscemodi gemitus versaretur in mente mea: accidit post annos aliquot: cum esseꝫ apud Cenobium Case maris: detinētibus me ibi: viro venerabili Geraldo Abbate ipsius domus ⁊ fribus eius: ⁊ colligātibus me sibi insolubili vinculo charitatis: diem adesse solēnem: in quo dona Sancti Spiritus super sanctos apostolos effusa sunt ⁊ oleo illo spiritali infusa quo vnctus est vnigenitus Dei pre consortibus suis. Q: vero non omnino eram expers ab intellectu olei sancti: sed ⁊ sciebam ꝙ ad hocipsum pertineret sacrificium laudis: dolens ꝙ tā diuturno tempore tanti beneficij gratia expers etiam: statui apud me die illo dicere mihi aliquot psalmos ad honorem Sācti Spiritus ob tante reuerentiam ⁊ solennitatem diei: sperans donari mihi aliquid in die ipso ab eo qui dat omnibus affluenter ⁊ non improperat. Interea cum ingrederer oratorium ⁊ adorarem omnipotentem Deum coram sancto altari: accidit in me velut hesitatio quedam de fide Trinitatis: ac si difficile esset intellectu vel fide: etiam omnes personas vnum Deum: ⁊ vnum Deum omnes personas. Qḋ cum accideret oraui valde: ⁊ conterritus vehementer compulsus sum inuocare Spiritum Sanctum: cuius sacra solennitas presens erat: vt ipse mihi dignaretur ostendere sacrum mysterium Trinitatis: in quo

nobis promissa est a Domino omnis noticia veritatis. Hec dicens cepi psallere: vt ad propositum numerum peruenirem. Nec mora occurrit animo modo forma Psalterij decacbordi: & in ipsa tam lucidum & apertum sacre mysterium Trinitatis: vt protinus compellerer clamare. Quis Deus magnus sicut Deus noster? Tu es Deus qui facis mirabilia. Et illud. Magnus dominus Deus noster: & magna virtus eius: & sapientie eius non est numerus. Igitur (donante ipso) mox sub scripti operis librum primum in ipso monasterio positus inchoaui & experte perfeci. Secundum vero & tertium: non ibi tunc: nec eodem tempore: sed quasi post duos annos. Siquidem in tribus libris distinctum est opus istud: sm ꝙ tres sunt persone deitatis: in quibus fidei nostre pulchritudo consistit. Et quamuis post opus concordie quod incepimus primo. Et expositionem Apocalipsis: que (ignorante me omnimodis exitum rei:) nescio qua Dei prouidentia ex eodez primo opere nascendo: processit Spiritui Sancto: qui & donat quod exhibemus hoc tertium opusculum: dedicare decreuerim: ꝗ tamen nihil est in rebus creatis: quod sic attribuatur vni persone: vt alienum sit a regno & operatione duarum: non inconuenienter in hocipso: mysterium rutilat Trinitatis: dum primus liber in quo agitur de vase musico: proprietate alti mysterij attribuitur Patri: a quo omnia. Secundus in quo agitur de numero psalmorum & sapientie diuine: per quam omnia. Tertius in quo agitur de modo psalmodie: & institutione psallentium eidem sancte vnctioni: in qua omnia: que cum sit gaudiuz & exultatio summi Dei: eos quos sacris replet muneribus: letos efficit & iocundos.

Explicit prefatio.

¶ Incipit Psalterij decem chordarum liber primus. De contemplatione Trinitatis.

Exemplar & figura materialis Psalterij hic ponit Distinctio prima.



GEnera plura esse: ⁊ vtillima: traditio antiquorum qui in eis mysterialiter inseruiebant: insinuat: ⁊ superstitiosa exhibitio modernorum qui ad hoc incassum: quinimmo non impune: vt aliquando occupentur in eis: multorum experientia facit esse commune. Que cum plura sint ⁊ nota pluribus: nullum tamen sortitum est solenne nomen eque vt psalterium decachordum: quia nullum: quantacunque sint alia: aut preponatur ei: aut equetur in sacramentis. Est enim vas ipsum quod vocatur Psalterium: egregium ⁊ preclarum inter omnia: aut super omnia musica instrumenta: cui tamen suppar est Cythara in diuinis mysterijs: dicente de eis Dauid in Libro psalmorum. Sumite psalmum: ⁊ date tympanum: psalterium iocundum cum
ps.150 Cythara. Et in alio psalmo. Laudate eum in sono tube: laudate cum in psalterio ⁊ cythara. Quare etiam cythara psalterio iungitur: nisi quia maximo illi precepto: quod est: Dilige Deum: necessario coniungi oportet aliud mandatum: quod est: Dilige proximum. Igitur (vt iam dixi) vas musicum: est opus. s. regulatum habens decem chordas coram facie sua: pulchrum forma: sono gracile: modulatione suaue. Quod cum totum sit arte mysticum: ⁊ diuinitus adinuentum: nihil potest in eo esse sterile: nihil cassum: nihil quod non sonet ⁊ resonet spirituale mysterium. Tanta quippe est in eo modulationis suauitas vt dum ipse quoqꝫ sonus exterior: aures tinniendo percutit: plurimumqꝫ animos auditorum rapiat ad mentis excessum: ⁊ vsqꝫ ad effundendas lachrymas demulcendo compungat. Sed vacat omne melos exterius: cum interna percipitur cantilena: ⁊ dulcedo corporalis despicitur: cum spiritualis iocunditas reperitur. Quid enim potest esse suauius contemplatione diuina? ⁊ per ea que facta sunt in sapientia Dei: ad eius qui fecit omnia: speculationem venire? Sic enim scriptum est per Apostolum. Inuisibilia enim ipsius per ea que facta sunt a creatura mundi intelligentia conspiciuntur: sempiterna quoque virtus eius: ⁊ diuinitas: ita vt sint excusabiles. Quod si ita est: frustra se nonnulli de tarditate intellectus excusant quasi impossibile sit: ⁊ supra humane capacitatis mensuram extendere se: quoquꝫ ad intelligentiam creatoris: quod vtiqꝫ non esset: si non ⁊ illud verum fuisset quod scriptura testatur: dicens: Spiritus scrutatur omnia: ⁊ etiam profunda Dei. Sed que profunda? Nunquid non alia profunda q̃ que fide tenemus? Minime. Quis enim quocuqꝫ intellectu: quocunqꝫ subtilitatis ⁊ perspicacitatis ingenio fingeret Deum vnum: ⁊ non esse trinum ⁊ vnum: nisi vniuersa facies scripturarum idipsum concorditer personaret? nisi duo pariter testamenta in idipsum concurrerent. Ut enim pretermittam cetera que longe lateqꝫ diffusa sunt testimonia veritatis. Quid vox illa clamantium Seraphyn in Esaya: ⁊ quatuor animalium in Apocalipsi voluisse monstratur: nisi vt omnis lingua confiteat Deum vnum ⁊ trinum: tres. s. personas vnius substantie: siue tres personas vnam substantiam: patrem ⁊ filium ⁊ Spiritum Sanctum. Ita enim dicit Esayas Propheta. Uidi dominum sedentem super solium excelsum ⁊ eleuatum: ⁊ plena erat omnis terra maiestate eius: ⁊ ea que sub ipso erant: replebant templum: Seraphin stabant super illud: sex ale vni: ⁊ sex ale alteri: duabus alis velabant faciem eius: ⁊ duabus velabant pedes eius: ⁊ duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum: ⁊ dicebant: Sanctus: Sanctus: Sanctus dominus deus exercituum: plena est omnis terra gloria eius. Joannes quoqꝫ in idipsum conueniens: quatuor animalia senas alas habentia: se vidisse ⁊ audisse testatus est: clamantia die ac nocte (hoc est) in prosperis ⁊ aduersis: Sanctus: Sanctus: Sanctus dominus Deus omnipotens: qui erat: ⁊

qui est: ⁊ qui venturus est. Hec vox san-
ctorum frequens: iugis ⁊ communis ele-
ctorum confessio. Nullus sanctum animal
esse potest: qui huius excellentiam profes-
sionis ignorat. Quis est enim catholicoꝝ
omnium: nisi frustra sibi nomen orthodo-
xum ascribat: qui hoc die nec etiā non cla
met? qui deū omnipotentem non vnum cō
fiteatur ⁊ trinum? Omnes hoc vna voce:
vna confessione fatentur. Est enim Deus
vnus sine confusione personarum: trinus
in personis: sine diuisione substātie. Sem
per est id quod est: nec vnquam potest esse
nisi trinus ⁊ vnus. Non potest immutari:
non potest diuidi: nō pati: non minui: nō
augeri: sed sicut scriptum est. Apud quem
non est transmutatio nec vicissitudinis
obumbratio. Non maior est in tribus per
sonis ꝗ̃ in singulis: quia nec maior poten
tia: sapientia charitas esse potest: qua po-
test: sapit ⁊ amat pater: nec maior qua
potest sapit ⁊ amat filius: nec maior qua
potest: sapit ⁊ amat spiritus sanctus. Hec
substantia que deus est: vna est: ⁊ summe
vna ⁊ supra ꝗ̃ dici possit simplex est: ⁊ vna
natura. Nec negamus trinitatem in vni-
us confessione substantie: sed partium scis-
siones: quas carnalis sibi fingit intellectus
horremus veracissime enim tres personas
hoc vnum: ⁊ hoc vnum tres personas: pie
ac fideliter confitemur patrem a nullo: fili
um a patre: ab vtroqꝫ paraclitū. Nasci solū
filiū a solo patre: spiritum vero sanctū ab
vtroqꝫ procedere. Tres itaqꝫ vnum sunt: ⁊
vnum tres: non diuisi natura: vt terra: aq̃:
⁊ ignis: non personarum disiunctione: vt
tres homines eiusdem nature: non situ lo-
corum: vt stagnū: ⁊ fluuius deriuatus ab
ipso: sed nec omnino vt omnia que creata
sunt: quia non potest opus opifici: aut fa-
ctura coequari factori suo: nec potest figmē
tum in eū qui se finxit operatione substol
li. Quia tamen inuisibilia eius que exsupe
rant oēm sensum: nō potest infirmitas capti
uitatis nr̄e nisi per res visibiles contēpla
ri studeat saltem seipsum homo: cum de il

la maiestate loqui cupit: ad creaturas nobi
liores contemplandas extendere: vt est in
rebus visibilibus: lux ⁊ in inuisibilibus ꝓ-
pria que hoc cogitat anima ⁊ seipsum ho-
mo cōprehendere potest: inueniet in seipso
similitudinem dei. Si etiam semetipsum
cōprehendere nequit: studeat incunctāter
credere spiritualibus viris quibus datus
est spiritus scrutans omnia ⁊ etiam ꝓfun-
da dei ⁊ suam imprudentiam ab hac teme
ritate cōpescat: Iniquum est enī in circū-
scriptum lumen corruptibilibus coequare
corporibus: quibus stultum est vel animā
aut angelum compare: ⁊ satis est infidelis
⁊ improbus qui seipsum discutere nesciēs:
deum qui supra se est: (sicut vere est:) com
prehendere se posse ratione confidit. Non
igitur diuinam substantiam aut vnum de
um: quem trinum esse audis: sic in tres ꝑ-
sonas diuisam putes: vt tria diuisa arbitre
ris sicut oliua: mirtum: ⁊ palmam: que di-
uerse sunt natura ⁊ genere: sed nec vt tres
oliuas: que vnius sunt nature: sed tamen
corporū ꝓprietate disiuncte: neqꝫ vt tres
ramos vni radici infixos: vt substantiā ra-
dicē ⁊ tres ramos ipostases arbitreris iux
ta aliquorum perfidiam: quod est inducere
quaternitatem: sed si coactis aliqua neces-
sitate: figura visibilis accipienda est: saltem
quod nobilius est in rebus ratione caren-
tibus. Lucem istam accipiamus quam cō-
stat illius vere lucis habere qualemcunqꝫ
imaginem: que non tam oculos exteriores
reproborum hominū ꝗ̃ corda illuminat
electoꝝ: ⁊ ex q̃ manat semꝑ illa lux q̃ illu- Joān. 1
minat oēm hominē venientem in hūc mū-
dum: ⁊ ꝓcedit ille calor qui viuificat om-
nia. Siquidem ex luce ista que vocatur sol
⁊ radius indesinenter nascitur: ⁊ calor in-
desesse procedit: qui etiam sic ad terram ꝑ-
ueniunt: vt ex fonte quo prodeunt: non re
cedant: haud dubium quin in typo filij qui nos
illuminare descendit non recedens ab eo:
qui se miserat pater: ⁊ in typo spiritus san
cti: qui cum eo nobis pariter donatus est
vt nemo gelu pellens desidit: sic nos ignis

charitatis accendere ad amandum: quate/
nus ⁊ in luce que christus est: videamus
quid sit agendum: ⁊ in calore spiritus san/
cti operari valeamus quod noscimus. Ha
bes ergo in vno sole mysterium trinitatis
habes multo melius q̃ȝ in corporibus tri/
bus: ⁊ tamen a puritate illa quam creator
solus ostendit cum dicit. Pater in me est ⁊
ego in patre: ⁊ qui diligit me: sermonem
meum seruat: ⁊ pater meus diliget eum: ⁊
ad eum veniemus ⁊ mansionem apud euȝ
faciemus: amplius longe es q̃ȝ ortus distet
ab occidente: qꝛ sol cum suo radio venire
nequit: venit autem pater cum filio: haud
dubium ꝙ in spiritu sancto. Non eniȝ po
test vbilibet esse sine filio pater: aut quoq̃ȝ
sine patre ne filius aut Spiritus sanctus:
quia vbique pater est: vbique Spiritus
Sanctus: ⁊ totus in patre filius est: ⁊
in filio pater: totus in vtroque Spiri
tus Sanctus: ⁊ in eo pater ⁊ Filius:
quia vnum sunt. Unde ⁊ simpliciter es
se dicitur vnus: qui est veraciter trinus
deus: quia sic sunt veraciter tres per/
sone: vt alia sit in alijs: ⁊ nulla vnquam
ab alijs queat esse diuisa. Quia si radi/
us ⁊ calor solis sic veraciter duo sunt:
vt tamen nulla possint ratione partiri:
quante cecitatis est non posse credere tri
num Deum nisi vnitatis veritas elon/
get in fide? Inter calorē ⁊ splendorem scis
sionem facere nequis: ⁊ tamen eos non
dubitas esse duos: ⁊ diuinam vis sub/
stantiam scindere: vt trinum deum cre/
dere possis. Item ꝙ his nequius est:
nescio que tria preter substantiam noua
ad inuentio assignare presumpsit: vt in
altero vnitas: in altero trinitas demon
stretur: quasi cum substantiam illam
igneam que in celo est: ⁊ radium qui
ex ea nascitur: ⁊ calorem vnum solem
esse dicimus: Quartum aliquod solis no
mine assignamus: ⁊ non potius hoc di
centes scissionem fugimus illorum: ta/
men ⁊ vnitatem in qua manent indi/
uise monstremus. Quid enim vidisti
in sole nisi illa tria? Aut quid ibi aliud
ostendere possumus dicentes ea esse vnuȝ
solem: aut vnam substantiam: nisi hoc tan
tum ꝙ esset illa tria ostendimus indiuisa?
O humana temeritas quam ceca semper.
O inimica semper humane pietati pre/
sumptio. Si sic extimasti simplicem di/
uinam substantiam vt seorsum a personis
cogitaueris illam. Sabellium sub Ar/
rio palliasti. Si seorsum a substantia tres
personas. Arrium sub Sabellij palliatio
ne excusas. Non hoc sancta animalia cla
mant: non hoc cantat Dauid in deca/
cordo Psalterio: non vtiqȝ Seraphin que
vidit Esaias: sed sensus animalis sibi ista
composuit. Sancta vero animalia quid
cantent audiuimus: sed iterum atqȝ ite/
rum audire non pigeat quod semper ele
ctos dei dicere ⁊ audire delectat. San/
ctus: Sanctus: Sanctus: dominus de
us omnipotens qui erat ⁊ qui est ⁊ qui
venturus est. Hoc fidei testimoniū plus
est contemplari animo quam ore profer/
re. Si discuti queritur hebetatur sensus
⁊ non sufficit egena capacitas puritatem
verbi huius in discussione seruare. Sa/
bellius enarrare voluit: allisa est nauis
eius in siccum. Arrius vitare querens:
deiectus est in limum profundi. Sabel
lius enim dixit vnam deum esse perso/
nam: pro suo velle: esse patrem esse fi/
lium: ⁊ esse Spiritum Sanctum. Ar/
rius hoc detestans tres personas fatetur
esse: quot nephas est dicere: distinctas
essentia ⁊ maiestate: in laudare ergo de
um nisi sunt: sed exciderunt: quia cum
sanctis animalibus nihil erat illis com/
mune: de proprijs loquebantur: ⁊ ideo
exciderunt a fide: sicut per se ipsam ve
ritas dicit. Cum loquitur mendacium:
de proprijs loquitur quia mendax est ⁊
pater eius: quia contra sancta animalia
clamant Deum trinum ⁊ vnum: laudant
eum in Psalterio ⁊ cythara sicut audie
runt in Psalmis. Confitemini domino
in cythara: in psalterio decem cordarum Ps. 33

psallite illi. Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vociferatione: quia rectum est verbum domini & omnia opera eius in fide. Uerbo domini firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Ipse dixit & facta sunt. Ipse mandauit & creata sunt. Hos psalmi versiculos ad quid proponere voluimus: in sequenti monstrabitur. Nunc autem quantum ipsa donauit: de qua & loqui cupimus: diuina maiestas: Psalterium decem cordarum: quod proprie est in causa: sacra mysteria perscrutemur: quia nequaquam instrumentum illud tam celebre nomen suscepisse credendum est: vt ex eo liber psalmorum tale vocabulum sortiretur: si magnum in eodem vase non lateret fidei sacramentum cum vtique nimia queque: & que plerunque audita ipsa fastidiunt: habere mysteria notum sit: quorum est numerus infinitus. Necesse est ergo vt multis preferatur mysterijs: ex quo multis prelatus notum sibi vendicat liber iste. Liber vtique psalmorum: qui non modo que diuina sunt referat: sed per quem diuinitati paratur: iter vt ad nostrorum penetralia cordium inuitata descendat. Psallamus ergo ei inhoneste: sed vt iubeamur si sufficimus sapienter. Nec tantum in decacordo psalterio in quo preceptorum decalogus & totius summa fidei continetur: verumetiam & in cythara psallendum est: quia & ipsa in diuina pagina satis celebris est: & in sacris voluminibus non minus quam psalterium reperitur. Quam multum tamen distet inter vtrunque ignorare non possumus: si illorum alta mysteria vigilanter pensamus. Cythara nouum hominem qui secundum deum creatus est: simul cum suo corpore: quod est ecclesia manifeste designat: cuius summa mysterij in tribus superextensis cordis & concauitate consistit. Concauitas cythare que sit audiamus: nisi quis abrenuntiauerit omnibus que possidet. non potest meus esse discipulus. Et iterum. Nolite thesaurizare vobis thesaurum in terra: quia vbi est thesaurus tuus: ibi est & cor tuum: quod cum recte feceris & tenueris: tunc te ad electorum numerum pertinere confidas: cum tribus spiritualibus cordis laudas assidue deum tuum. Harum prima corda operatio est: secunda lectio: tertia psalmodia: vel certe prima fides: secunda spes: tertia charitas: & hoc maxime cum scribatur sola vti in libro Apocalypsis. Ne igitur causeris literarum inopiam: & ob hoc differas conuerti ad Deum dedit in diem: breue ad modum est: & cunctis pene discibile quod audisti. Uende omnia que habes: & da pauperibus: & habeto sicut expedit cordas istas: & sufficere tibi possunt ad eternam salutem. Quia tamen inter perfectum & perfectum: dictura est: cum constet luce clarius aliam esse perfectionem que pertinet ad vitam actiuam: aliam que pertinet ad vitam contemplatiuam. Sic accipienda sunt duo vasa ista: que simul scribuntur: vt in altero quod vocatur Psalterium: accipiamus illa iustitiam: que proprie pertinet ad amorem dei: in altero quod est cythara: illam que spectat ad amorem proximi. Si ergo te delectat contemplatio dei: & cupis & sufficis speculatione suspendi accipit secretius decacordum Psalterium: ingredire ad Archana mysteria: infra cellaria cordis tui: ibi forsitan speculari incipies quod oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Nec mirum si tanta prerogantia mysterij in Psalterio manet: quia per ipsum paratur iter paraclyto veniendi ad nos: & ipse spiritus: vt testatur Apostolus: scrutatur omnia: etiam profunda Dei. Diximus autem superius quod & sepe dicendum est: quod simplici illi nature que Deus est: cuius vt (ait) Psalmista: sapientie non est numerus: cuius magnitudinis nó est finis: nó potest humanis verbis certa simili

tudo aptari: quia necesse est vt cedat quan
titas illi magnitudini: que quantitatem
non habet: ⁊ visibilis forma inuisibili na/
ture: ⁊ comprehensibile corpus incompre
hensibili deitati. Si enim tãtus est vt eius
immensitas capi nequeat: si tam subtilis ⁊
inuisibilis: vt eius species videri non pos
sit: que nam potest esse figura que illi con/
grue possit aptari? Quid igitur? Cense/
mus his omnino super sedendum ne ali/
ter sermo accipiatur? Si sic expedit: fru/
stra iam fateamur esse scripta: frustra in di
uinis libris tam veteris testamenti: q̄z no/
ui: ad significandum reposita. At si cibus
diligenter excoctus: ne noceat stomacho
pertimescitur: multo mag⁹ timenduꝫ est:
ne crudus appositus: magis absit. Nequa
q̄z vt oppinor: trinitatem abnegaret. Sa/
bellius si sane intelligeret verbum verita/
tis dicentis. Ego ⁊ pater vnum sumus. Et
audi israel. Deus tuus vnus est. Nequaq̄z
vnitatis fidem laccraret. Arrius si substan
tiam trinitatis vnius esse nature: sentiret.
Sic sic qui male intelligit quod ait domi
nus. Ego ⁊ pater vnuꝫ sumus de facili po
test labi in errorem Sabellij. Et qui male
intelligit quod ait Joannes. Tres sunt qui
testimonium dant in terra: Spiritus. san/ 1 Giov. V. 7
guis ⁊ aqua: ⁊ tres sunt qui testimonium
dant in celo: pater: verbum: ⁊ spiritus san/
ctus: de facili coniungitur tertio: quorum
alius trinitatem: alius vt diximus: vnitatẽ
negauit. Nos autem opitulante deo: ⁊ per
sanctorum orthodoxorum patrum gradi/
entes itinera: in quoruꝫ explanatione: plu
res sustinuerunt labores. Confiteamur: de
um vnum: ⁊ summe vnum. Confiteamur
trinum ⁊ veraciter trinum: patrem a nul/
lo: filium a patre: non factum: non creatũ:
sꝫ genitũ: spũꝫ sctũꝫ ab vtroqꝫ nõ sctũꝫ nõ
creatũ: nõ genitum: sed procedentẽ. Cõfi/
teamur eum sic procedere a filio vt tamen
hoc ipsum filius a patre habeat: a quo est:
non donatione gratie: sed simplicis vitate
nature. Ostendit hoc filius vbi dicit. Cuꝫ
venerit paraclitus quem ego mittam vo/
bis a patre. A patre inquit: quia sicut ipse
est a patre: ita ⁊ spiritum sanctum habet a
patre: quia sicut pater nunq̄z esse potuit: n
si quod est: ita nec filius: nec Spiritus san
ctus. Neqꝫ enim quia filium a patre esse di
cimus: ⁊ a patre ⁊ filio: spiritum sanctum:
idcirco aliquid prius: posterius: vt in trini
tate esse fatemur: sed cõfitemur totas tres
personas coeternas sibi esse: ⁊ coequales:
Psallamus super hoc in decacordo psalte
rio: fide potius ⁊ intellectu q̄z voce. Pos/
sumus enim aliquid intelligere: non vt
iam possimus scire quomodo est: sed vt
credere possimus quod est. Diximus supe
rius nullam esse similitudinem que tante
maiestati possit sufficienter aptari: ⁊ tamẽ
plura esse mysteria: que ad se inuestigan/
dum constituit secundum illud supra me
moratum: quod per Joannem dicitur.
Tres sunt qui testimonium dant in terra.
Spiritus aqua ⁊ sanguis. Et faciamus ho
minem ad imaginem ⁊ similitudinem no Gen.
stram. Et multa alia quorum ad presens
mentionem facere non est locus. Inter ce
tera ergo opera domini: que mysterium
exibent trinitatis magnum tenet locum
decacordum Psalterium. Est enim vt di/
ximus: vas vnum musicum: quod ⁊ si di/
uidi per partes potest quia corpus est non
tamen vt esse possit decacordum Psalte/
rium: quam diu ergo Psalterium est indi
uisum est. Si diuiditur in partes: mox
esse desinit id quod erat. Igitur vas ip/
sum vnum est: sed tamen triangulatum:
sed tamen in tribus cornibus miro modo
consistens. Adeo enim tria cornua ipsa
vnitas possidet indiuisa: vt ⁊ tria videan/
tur esse vnum: ⁊ vnum tria: quod me/
lius in ipsa figura cerni potest: q̄z ver/
bis competentibus explanari. Non eniꝫ
aliquod trium si totaliter horum quod
libet contemplari volueris: (hoc est) pro
quantitate duarum linearum que con/
ueniunt in angulo vno distincte ibi oc
cupat partem suam ⁊ aliquid seorsum:
a duabus attingit: sed ipsa in diui/

ꝭ similitudo substantie mirabiliter sufficit
ad ipsa tria:ita vt in vno quolibet duo ne/
cessarie accipiantur. Si ergo ad contem
plandam illius summe essentie vnitatem
que non est corpus sed spiritus:aliquid ve
stigium similitudinis res attrectabilis ha
bere potest:q̄z sit hoc multis alijs preferē/
dum facile intelliget vir peritus.q̄uis nō
corpus ipsum:tanto huic deseruiat sacra/
mēto:sed forma. Neq̄z enim in hoc celesti
organo de tribus dissimilibus rebus agiẜ:
vt sunt:panis:vinuz: ⁊ oleū:vt sunt aqua
sanguis ⁊ spiritus:⁊ his similia:in quibus
ẜm quid inuenitur misterium trinitatis:
sed de forma ipsa que trina est: sed tamen
simplex ⁊ indiuisa:de figura ipsa vel arce
que vocaẜ psalteriū.Qui hoc minus intel
ligit:nescio vtrū sane valeat itelligere que
sequunẜ.Nauis vnū est vas:nec tamen ex
vno ligno:ʒ ex multa lignoꝝ materia:ma
nu artificis diligenter extructum. Signi
ficari autem in naui orthodoxam ecclesiaz
nulli sane sapienti dubiū esse potest quero
vbi sit hec figura: respōdebis in naui: que
ro quid sit nauis:formā mihi:credo non li
gnoꝝ siluā ostendes.Non enim ligna ipsa
de qbus cōposita est nauis:naturaliter:na
uis sunt:sicut naturaliter ligna sunt: sed
illud vas dicitur esse nauis: quod ex eis
constat esse compositum. Sicut nec lapi
des aut cementuz simpl̄r murus sunt q̄uo
id quod sunt:sed quod ex eis est cōpositū:
murus ē.Possumus mille talia exiberẜ xē
pla:sed tamē fideli pauca infideli nec mul
ta sufficiūt.Sic sic celeste organum discrete
considera:⁊ mirū illō quod querimus: spe
culari valebis Accipienda sunt ergo tria
cornua in triū similitudine psonarum: nec
confuse vt quod vel referas ad patrē:quod
velis ad filiū vel ad spiritū sanctū:ʒ distin
cte prout res expostulat: vnumquodq̄z in
ministerio proprietatis sue: vniuersum ve
ro vas ipsuz in similitudine diuine substan
tie que vna est trium nō in partes diuisa:
sed tota simul nimirū.qꝛ in patre est filius
⁊ spiritus sanctus:in filio pater ⁊ spiritus

sanctus in spiritu sancto:pater ⁊ filius:qꝛ
vnū sunt.Neq̄z.n. audemus dicere vnus
sunt:sed vnū:nisi quādo addiẜ deus.Cum
enim dicimus vnū sunt:substātiā vnā tri/
um accipimus in hoc vno:sicut ⁊ veritas
ipsa dicit.Ego ⁊ pater vnum sumus . Sic
igitur tria cornua trinitatē designari:inte/
gritas psalterij vnitatē. Et hoc q̄z mirabi
liter diligēter attende : aliud sonat vnus:
aliud sonat vnitas. Unus.n.absolute dici
neqt:nisi de vna psona.Unitas vero ppzie
dici non potest nisi de duobus ad minus.
Neq̄z.n.cuz iubemur cōsistere in vnitate
ad singularez psonam referri posse credē
dū ē.Licet ad populū ad cōuētū:ad plebē
Cū.n.diciẜ absolute:vnus est: hic aut illic
nō est in loco ille nisi vnus:psonā incūctā/
ter intelligo:cū vero diciẜ:vnitas est in lo/
co illo:profecto nihil aliud itelligimus: q̄z
multoꝝ cor vnū ⁊ animā vnā:hoc est vnā
voluntatē ⁊ vnū cōsensuz.Si vero sic dici
tur.Unus est in loco illo:vt protinus ad/
daẜ quasi:potest vnus:accipi de collectio/
ne multoꝝ:vt vnus populus:vna plebs.
Sic igiẜ cū dicimus:pater ⁊ filius ⁊ spiri/
tus sanctus:nō audemus dicere vnus sūt:
nisi cōsequēter addaẜ deus.Si ergo dici/
mus tres psone:vnū sunt: catholica cōfes/
sio est.Et si dicimus tres psone vnus deus
sunt catholica confessio est.Qui autem di
cit pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus vnus
sunt:Sabelliane hereseos assertor esse di/
citur.Cōstat igiẜ qꝙ neq̄z trinitas neq̄z vni
tas de vna persona simpliciter dici potest.
Sed trinitas diciẜ de tribus psonis. Uni/
tas de substātia vna:nō vnius psone:ʒ ip/
saꝝ triū psonaꝝ.Qua in re notādū ē qꝙ ne
q̄z in hoc verbo quod est trinitas: psonas
ipsas:neq̄z in hoc nomine qō ē vnitas sub
stāntiā simpliciter intelligimus:quasi eo ip/
so intelligamus esse personas quo intelligi
mus esse tres aut eo ipso intelligimus esse
substantiā quo intelligimus esse vnā: quia
possumus aliqua tria intelligere que non
sunt psone:⁊ aliquod vnū quod nō sit sub
stantia:vt tres horas noctis:⁊ vnaz noctē

cum vero adduntur illa ad que dicta sunt
tria vel vnum:tunc intelligimus que sint
illa tria ⁊ quid sit illud vnum:tres:scilicet
persone ⁊ vna essentia:quamuis a diui/
nis eloquijs vtriusqꝫ testamenti nomen
persone vel substantie peregrinum sit: nec
queat inueniri aliquod nomen in prophe/
tis ⁊ apostolis quo vna trinitatis essen/
Exo. tia demõstret nisi deus ⁊ dominus:⁊aliqd
simile ⁊ illud quod dictũ est a dño Moysi
qui est misit me a duos:nec aliquod nomẽ
quo itelligant tres persone:nisi in hoc qđ
deus:deus:deus:sanctus:sanctus: sanctus
⁊ siquod simile. Neqꝫ enim propterea di/
cuntur persone quia tres :nec ideo dici
tur substantia:quia vna trium . Diceren/
tur enim persone etiam si tres non essent:
⁊ diceretur substantia etiam si vna non es/
set. Cum ergo queritur quot sunt ipse per
sone? Respondemus tres: nec vna tan
persona pater cum filio ⁊ spiritu sancto es/
se putet ⁊ singularitas personarum : quod
falsum est ⁊ nõ magis pluralitas predicet.
Et cũ querit de substãtia diuina: dicimus
eã esse vnã:ne qs ipsas tres psonas inequa
les extimet aut diuisas ignorãs verbũ dñi
dicẽtis. Ego ⁊ pater vnũ sumus. Ad aliqd
ergo dicta est trinitas : ad aliquid vnitas.
Trinitas ad vitãdã singularitatem psone.
Unitas ad cauẽdã vnius diuisionẽ substã
tie. Aliud.n.portat vnitas:aliud singulari
tas:aliud pluralitas. Trinitas vt iã dixi de
cõmunione pluriũ dicta est:nõ de vna tm̃
psona:qꝛ nisi singularitas est:vnitas eẽ nõ
potest. Singularitas autẽ dicit de vna ali
qua psona:que sola est:pluralitas de dua/
bus ⁊ supra ⁊ vt iam dixi:nõ vbi singula
ritas:sed vbi pluralitas: ibi vnitas est : qꝛ
igit tres psone ibi sunt:nõ vna tm̃ : ⁊ ipse
isecessibiles a seipsis:recte ibi iesse vnitas:⁊
i ipsa vnitate pluralitas:nõ singularitas p/
dicat. Credimus ergo hãc sbaꝫ q̃ vna ẽ es
se tres psonas nõ vnã tm̃:ne singularitas
sicut accidit Sabellio occurrat p vnitate:
⁊ tres psonas:vnã substãtiã:nec ipis trib⁹:
psonis diuisio inesse putet. Credimus vnã

personam vocari patrem:quia habet filiũ
aliã vocari filiũ qꝛ habet patrem aliã voca
ri spiritũ sanctum:qꝛ ab vtroqꝫ spiratur:
(hoc est)qꝛ ab vtroqꝫ procedit ⁊ ab vtroqꝫ
donat:aut siqđ dignius posse credit: huic
sancto nomini conueniunt aptari. Nomẽ
ergo trinitatis a sanctis ⁊ catholicis patri
bus nobis traditũ est:vt p hoc nomẽ vnũ
deũ esse tres psonas veraciter itelligamus.
Nomen vnitatis:vt vnius esse substantie
illas tres personas confiteamur:(hoc est:)
vt credamus illas indiuisas ⁊ insecessibi/
les a seipsis:ita vt sint summa vnum:⁊ ve/
raciter tres. Cum autem dicimus deum
esse sapientiam:vitam:charitateꝫ: iustitiã:
veritatẽ:⁊ his similia: secundum substãtiã
accipiẽdũ est. Similiter ⁊ nomẽ psone sm
substãtiã accipiẽdũ est:ita tamẽ:vt quomo
do dicimus deũ patrẽ:deũ filium:deũ spir
tũ sanctũ:nec tñ tres deos:sed vnũ deum:
ita dicamus psonã patris esse substãtiã:p/
sonã filij esse substãtiã:psonã spiritus san/
cti esse substantiã:nec tñ tres substãties sꝫ
vnã substãtiã. Nõ credũt hoc Sabelliani:
quia nesciũt p visibilia mũdi:cõsiderare in
uisibilia dei:nec p res humiliores ⁊ mini/
mas:contemplari sublimia. Uidemus sepe
vnũ ignẽ ferro seu carbonibus adherẽteꝫ:
videmus flãmam ex eo genitaꝫ: que nihil
est aliud q̃ꝫ splẽdor igneus ex fomẽti substã
tia cõspissatus. Sentimus in vtroqꝫ esse ca
lorẽ qui ex igne pariter ⁊ flãma indesinen
ter procedit:nec tñ tres ignes sunt in quo
hec tria cernimus:sed vnus ignis . Antiq
tamẽ patres disputãtes aduerso arriũ qui
filij negabat eternitatẽ:flãmam siue ignem
similitudini paterne dederũt:lucẽ filio qui
coeternus est patri. Ego autem tanq̃ꝫ fide
libus non infidelibus loquens:ignem pa
tri:flammam filio conuenientius dari pu/
to:quia⁊ flãma illa rubi que apparuit moy Exo.
si:filij similitudinem gerit:⁊ omnis flam/
ma que per lignum seu stipulam manifeste
apparet:siquidem antea occulta est : in eo⁊
ꝙ sic apparet in substantia palpali ⁊ terre
na:ipsius filij apparentis in carcere simili/

tudinem genit: calor autez spiritus sancti.
Rursum in cōparatione illa qua dicimus:
tria hec vnus sunt ignis: ꝛ vnus ignis hec
tria: si illa lux intelligitur tantum que lōgi
us diffunditur extra flammam: non ita cō
grue dari potest in secundo loco similitu/
do ipsius lucis quomodo flāme que ignis
est: presertim quum aliud sit sapientia ge/
nita cuius similitudo est in flamma aliud
spiritus sapientie: qui est vnum de septem
donis: cuius recte in luce illa longius dif/
fusa: similitudo est: vtpote: que non est flā/
ma: sed de flamma procedit. Nec illud cu/
ius recte in luce illa similitudo est: vt pote
que de igne ꝛ flamma procedit. Nec il/
lud mouere debet ꝙ flamma que materia/
liter latet in igne non simul a principio re
uelatur cum eo: quia nec filius a principio
voluit hominibus reuelari: sed mansit in
abscondito vsqꝫ ad tempus statutuꝫ: sicut
Esa. ꝛ per prophetam dicitur. Domine quis
credidit auditui nostro: ꝛ brachium domi
ni cui reuelatum est. Et notandum ꝙ ci/
neribus non solum flamma tegitur: sed
ꝛ ignis quamuis amplius flamma: quia
in verbis testamenti prioris: plerunque
ipse pater: sepius autem filius qui est ver
bum patris in rerum immaginibus oc/
cultatur: que tamen si velud quodam
flatu spiritualis intelligentie extersa fue
rit: mox apparet non solum pater qui de/
signatur in igne: verum etiam sapientia
eius que est Christus q ꝛ illuminat om
nem hominem venientem in hunc mun/
Jo.1 dum: Uerum hoc contra Sabellium qui
nomina tantum vacua: ꝛ non etiam sub/
sistentes personas quas Greci dicunt sub
Augu. stantias predicabat. Unde Augustinus
in libro de ciuitate dei. Non propter hoc
naturam summi boni simplicem dicimus
quia sola est ibi nominum trinitas sine sub
stantia personarum sicut Sabelliani puta/
uerunt: sed quia est hoc quod habet exce/
pto ꝙ relatiue quoqꝫ persona ad alteram
Hyero. di: nec est ipsa. Et hoc qualr intelligēdum
sit: docet Hiero. scribens ad Damasum pa

pam: pp eos qui ypostases aīr q̄ꝫ decet: in
telligebāt. Interrogemus (inq̄t) q̄d tres
ypostases arbitrent̄ intelligi tres personas
subsistētes aiunt. Respondemus nos (in/
q̄t) ita credere: sꝫ nō sufficit eis iste sensus.
Quare non sufficit eis iste sensus? Qꝛ ne/
scio q̄d aliud in hoc verbo conabant̄ expri
mere: p qđ aut ꝑsone singularitatem: aut
pluralitatem substantie conarent̄ asserere.
Sꝫ quocūqꝫ illi ducant̄ spū: quocūqꝫ sensu
nos ꝑsonas tres ꝫm substātiam ꝯfitemur:
nō ꝫm nudas voces. Scđm ꝙ ēt Scūs ac
venerabilis pr̄ Bernardus abbas clareual Ber.
lēsis in lib. de ꝯsideratione: scribēs ad Eu/
genium papam. Nō enim (inq̄t) noīa va
cua sūt: neqꝫ absqꝫ significātia casse voces.
Querit enim q̄s: quō hoc posset esse: suffi/
ciat ei tenere sic esse: atqꝫ hoc nō ī ōm ꝑspi
cuum: nec tñ opinioni ambiguū: sꝫ fidei ꝑ
suasum. Sacramētum hoc magnum est: ꝛ
q̄dem venerandum nec scrutādum. Quō
pl̄alitas in vnitate: ꝛ hac vnitate: aut ipsa
in pluralitate. Scrutari hoc temeritas est:
credere pietas. Itaqꝫ non cassas voces: ꝛ
noīa vacua tres ꝑsonas credere phas est: ꝛ
tñ vna est substātia trium: diuina ipsa natu
ra que dr̄ essentia: vt nihil ibi diuisuꝫ: nihil
secessibile esse aliq̄s suspicet̄. Lꝫ ergo tres
ꝑsone ꝫm substātiam dicant̄: lꝫ essentia ꝑso
naꝝ ꝫm substātiaꝫ dicat̄: hoc tñ interest ꝙ
nomen ꝑsone ꝓlatum in plurali numero
pluralitatē indicat: singularitateꝫ deuitat
ꝛ nomen substātie vnitatem retinet nihil
scissionis aut diuisiōis admittēs. Quāuis
inqꝫ ꝑsone ꝫm substātiam dicte sint: ꝛ quā
uis essentia ꝫm substātiam dicta sit: hoc tñ
interest ꝙ nomen ꝑsone pluraleꝫ admittit
numeꝝ: ita vt tres esse dicantur: essnetia
vna trium modis oībus execrat̄ scissionē:
nō qꝛ nomen istud hꝫ hoc in ꝓprietate sui:
sꝫ qꝛ ita positum est a pr̄ibus: vt esset quō
respōderemus hereticis querētibus a no/
bis: que tria? vel q̄d vnum? q̄ꝫuis melius
quereremur: quō vnum tria? ꝛ tria vnuꝫ?
q̄ꝫ que tria sint ꝛ qđ vnū? q: nō aliđ est ibi
vnū: ꝛ aliud tria: sꝫ ad aliđ. Nō aliđ dixi: sꝫ

ad aliud:q: ipse quidē m tres persone sunt
vnum:ꝛ hoc vnum ipse tres persone:ꝛ tñ
ad aliud dicte sunt ibi tres pſone:ad aliud
vna substantia vel essentia : q: illud dr̄ vt
intelligant etiam tres : istud vt intelligat
ꝙ ipsi tres nō sunt a semetipsis aliqua par
tium scissione diuisi. Neqꝫ enim aliq̄ pars
est ibi pr̄ sicut radix arboris:que q: ammo
do a nullo est : alia filius vt surculus : q: a
radice in qua ꝛ manet:ascendit:alia spiri/
tus sanctus sicut cortex que pertinet ad
vtrūqꝫ q: nulla corporalis imago pōt sum
mam illam exprimere vnitatem in qua nō
est minus aliqd in singulis q̄ȝ in tribus:
q̄ȝuis si illa tria que ꝓprijs exprimunt vo
cabulis non sunt tres arbores:sed vna ar/
bor:qd mirū si tres pſone dicunt esse pr̄ ꝛ
filius ꝛ spiritus sanctus:ꝛ tñ vnus deus:
vna essentia:vna natura? Ubi eniȝ vnitas
ibi gaudium:ꝛ vbi diuisio ibi meror. Quo
circa si illud gaudium inextimabile est:re
stat vt illa vnitas ineffabilis sit. Sed si tri/
nitas pſonarū in cornibus designata est:in
quo vnitas? Nam multum interest inter
assignationem trinitatis ꝛ assignationem
vnitatis:ꝛ nō eodem pōdere rōnis demō
strat vtrūqꝫ. Non eniȝ inuenio aliqḋ quar
tum qḋ possiȝ ostēdere scissitanti:quō ostē
dimus illa tria:ꝛ ideo necesse habemus re
ducere mētis oculos ad tres ipsas pſonas:
in qbus assignauimus trinitatem ꝛ dicere
tria ipsa esse vnum:esse vnam substātiam:
vnum deum:quō vt nō rem similem : sed
dissilem dicām:tribus Juda:ꝛ tribus Be
niamin:ꝛ tribus Leui que remanserunt fi
lije Dauid:ꝛ templo dñi:vnus simul po/
pulus dicte sunt. Neqꝫ enim cum dico:
vnus populus:quartum aliqd assigno:sed
dico ꝙ vnitas est in tribus illis:eo ꝙ non
sint scisse vel diuise a domo Dauid quō re
lique decē tribus. Q̄ḋ cum ita sit:qd pos
sum ostēdere cum interrogor de vnitate:
nisi ꝙ vas ipsum in quo sunt tria cornua:
vnum est. Q: tñ aliud est esse vnum:aliud
est esse diuisum:siquidem hec duo ꝯtraria
sunt sibi adinuicem:vident quodāmodo
hec duo contraria pugnare aduersus ista
tria:dum mera vnitas vult illa tria:vt lo/
quar improprie mā̄e ꝯiuncta:apta ꝺ diuisio
scindere ꝛ partire. Igit nec per hoc ꝙ dr̄
aliqd vnum esse : nec per hoc ꝙ dr̄ aliqd
esse diuisum notat aliqua substātia:sȝ sunt
quedam voces intellectuales:qbus innui
tur aliq̄ȝ substantiam esse diuisam:aliquaȝ
esse indiuisam simplr. Igit nec vnum esse
nec diuisum notat aliqḋ substātiuum : sed
sunt quedaȝ voces intellectuales qbus in/
nuit aliquam substantiaȝ esse vnam:aliq̄ȝ
esse diuersam. Tenuit autem horū vnum
Arrius:alterū catholici tenent. Nam vox
ipsius Arrij scissionem sonabat:que posset
notari in tribus āgulis a seipsis distinctis.



Figura Arrij sic.  vox ca/tho

Figura catholicorū  lico ruȝ vni

tatem : que notatur in figura triangula/
ta. Uerū q: aliud intelligimus in ipsa sim/
cipli natura : cum dicimus deum esse tri/
num : aliud cum dicimus trinitatem esse
vnum deum:non incōgrue infra ipsa tria
cornua psalterij : figura quedam rotunda
fieri ꝯsueuit:vt in ipsa:vȝ:rotunditate in/
telligamus verissimam vnitatem substan
tie. Igitur figura ipsa rotunda que manet
media inter tria cornua:nō est accipienda
quasi substātia:q: nec est. Est enim substan
tia totum vas:sed quasi quedam vox ma/
terialis predicans totius vasis (hoc est)
substātie vnitateȝ:ne qs cum audit trinuȝ
putet esse diuisum. Igit ꝛ si tria cornua tri
nitatem predicāt:ꝛ circulus vnitatem:nō
ideo tñ sicut tria cornua tres pſonas : ita
orbiculus ille:quartuȝ aliqḋ designat:qua/
si diuina essentia quartum aliqḋ sit:sed in/
nuit tm̄ trium pſonarū vnitatem:ꝛ tātam
vnitatem:quanta in nulla re simili inueni
ri queat:ꝛ in ipsis cornibus simile aliquid
notari queat : si id qḋ est in eis extremum
vel acutum:pro voce accipit materiali:vt
neqꝫ in

neqꝫ in quo dicitur trinum: quod vnum est: neqꝫ in quo dicitur vnum quod trinum est: patiatur veritas detrimentum: propter hoc enim cum sint tres persone: vna substātia dicte sunt: quomodo tria cornua illa: vna res: vna substātia: ⁊ vnum vas: quomodo autem dixi similitudinarie quid nō causatiue: quia aliud est dare imaginem: aliud est exprimere causam. Ubicunqꝫ ergo occurit: vt ita positum sit: quomodo: vel sicut: sic accipiatur vt intelligit ijs qui scribit: quia (vt ait vir serenissimus Sanctus Hylarius in libro de Trinitate) non sermoni res: sed rei est sermo subiectus: oportet enim lectorem discutere scribentis intentionem: non improprietatem verbi: que vix in tam altis rebus pro loquēdi inopia seruari potest. Si eniꝫ quartum aliquod esset essentia diuina: nō dicerent sancta animalia: Sanctus: Sanctus: Sanctus dominus Deus omnipotens: sed dicerent simul o tres Sancti: ⁊ postea subiungerent: dominus Deus omnipotens: quia illi tres: ⁊ iste vnus. Sed quia ideo dicitur vnus deus: quia nō sunt diuise tres persone: sicut nec tria cornua vasis huius: dicitur quidem semel: Sanctus: propter patrem: semel propter filiuꝫ: semel propter Spiritum Sanctum: ⁊ ad extremum datur causa: quare non sunt ausi dicere: o tres Sancti: cum addatur in fine: dominus Deus omnipotens. Quapropter ⁊ si cornua ipsa psalterij: indiuisa sunt ⁊ totum simul possident ipsa tria: ita vt extra ea non sit aliquid exigendum: sed totum satendum ⁊ confitendum: q̄ tria vnum sunt: extremitates tamen eorum videntur ⁊ ipse: sicut ⁊ circulus voces esse materiales: vt quomodo extremitates ipse indicant tria cornua: ⁊ rotunditas vasis integritatem: ita tres ipse extremitates ⁊ videantur clamare: Sanctus: Sanctus: Sanctus: rotunditas autem: dominus Deus Sabbahoth: quia ⁊ quod acutum est: personam indicat: ⁊ quod rotundum non vnius persone: sed ipsarum triuꝫ personarum veram ⁊ simplicem vnitatem. Scimus enim q̄ in circulo: nulla est anguli differentia: sed est quodammodo circulus summe vnum. Si hoc de aliqua re preter q̄ꝫ de Deo dici possit: eo q̄ res rotunda tota simul in seipsa esse vniformem videatur: ⁊ non sit in ea aliquid quod angulis: siue cornibus ostendatur diuisum. Si ergo sic esset Deus in substantia vnus vt non esset trinus in personis (quod falsum est) ei profecto figura vnius virgule: ⁊ neqꝫ figura rotunda: neqꝫ triangulata in tanto mysterio conueniret. Et si ita esset trinus vt non esset etiam vnus Deus: sic ei conueniret figura triuꝫ virgularum: vt ei neqꝫ triangulata: neqꝫ rotunda conueniret. Quia vero in personis trinus est ⁊ in substantia vnus: neqꝫ vnius virgule: neqꝫ trium maxime inequalium ⁊ disiunctarum ei in mysterio conuenire dignoscitur: sed potius trāgulata pariter ⁊ rotunda: iuxta quod in libro Apocalipsis: ipse sibimet testimonium phibet: dicens. Ego sum Alpha ⁊ ω. Scḋm hoc enim forma Psalterij decacordi vtriusqꝫ huius elementi figuras demonstratur habere. A. O. Siue ergo extremitates trium cornium: siue triangulatum elementum: quod grece dicitur Alpha: nihil aliud sonat q̄ꝫ Sāctus: Sanctus: Sanctus: ⁊ siue rotunditas illa que inter tria cornua sculpta est: siue elementum rotundum: qḋ est. O. nihil aliud resonat q̄ꝫ dominus Deus omnipotens: tibi est gloria ⁊ imperium in secula seculorum. Amen.

Hyiar. · Apoca. · Apoca.

¶ Explicit Distinctio prima. Incipit Distinctio secunda libri primi.

Quia vidimus annuente Deo: quomodo tres persone sint vnus deus: ⁊ vnus deus tres persone: superest querere ⁊ inuestigare: quomodo totus pater intelligatur esse in filio: ⁊ totus filius in patre: ⁊ totus Spiritus Sanctus in patre ⁊ filio. Ut autem (prestante domino) dari

queat:recurrendum est ad exempla. Ne/
que enim quod scriptum est de rebus hu/
manis:longe dissimile est a diuinis: alie/
num est a fide per dissimiles similitudines
ascendere ad notitiam creatoris:nec diuer
sum a ratione assignare aliquid in distan/
tibus rebus:quod longe altius verū est:
cum hoc asseritur in creatore. Nam si lux
candele que deficit ad momentum: lux
quomodolibet dici potest: quanto id ve
rius dicitur de luce Solis:que tam indis/
similiter maior est:ꝛ non ad horam depe/
rit vt lux cādele:sȝ ꝯtinua manet? Sic si ꝺ
creatura dī aliqd qꝺ sit bonū ꝛ felix:necel
se est vt dicat̃ verius de eo qui sine q̄litate
aut q̄ꝫtitate:bonus ꝛ felix est:hūs essentia
liter in seipso ꝙ cōicet ex tpe electis suis:si
cut per imaginem ꝛ silitudinē suam:sicut
ꝑ grē largitatē. Quocirca:qꝛ ipse in vnita
te trinus est:q̄suit semp ꝛ quęret:quō plu
res homines ꝛ diuersi populi conuenirēt
in vnum:sciens ꝙ nulla possit esse felici/
tas vbi scissio ꝛ diuersitas est. Omne eniꝫ
Regnum in seipsum diuisum desolabi/
tur. Inde est ꝙ filius orat pro electis suis
vt sint vnum ad sue ꝛ patris sui silitudi/
nem vnitatis:dicens sic. Pater sancte ser
Joan. ua eos in nomine tuo quos dedisti mihi:
vt sint vnum sicut ꝛ nos. Et hoc quidem
de Apostolis. Deinde post pauca que re/
tulit:adiecit ꝛ ait. Non pro his rogo tan/
tum: sed ꝛ pro eis qui credituri sunt per
verbum eorum in me: vt omnes vnum
sint:sicut tu Pater in me:ꝛ ego in te: vt
ꝛ ipsi in nobis vnum sint. Et paulopost.
Ego claritatē quam dedisti mihi dedi eis
vt sint vnum sicut ꝛ nos vnum sumus.
Certe audiuimus ex verbo veritatis quō
nos velit filius esse vnū ad imaginē ꝛ sili
tudinem illius vnitatis:qua ipse ꝛ pr̄ vnū
sunt. Est aūt vnitas ista in spiritu:ſm illud
qꝺ scriptum est in actibus Aploꝝ. Multi/
tudinis aūt credentium erat cor vnū ꝛ aīa
vna. Scꝺm hūc modum vnitatis:accipiē
Cor. duꝫ est illud qꝺ Apl̄s ait. Qui adheret do
mino:vnus spūs est. Hac silitudine vsus
est Augustinus in assignatione vnitatis Augu.
inter Patrem ꝛ Filium: dicens. Sic di
catur Deus de Deo: vt singulis hoc no/
men: Deus: conueniat. Sed quare di/
cens illud Augustinus addidit istud: ni/ Augu.
si quia sicut multum differt inter diuor/
tium ꝛ ꝯiunctionem:ita multum interest
inter ꝯiunctionē diuersaꝝ naturaꝝ:ꝛ na
turalē vnitatē illaꝝ reꝝ:que nec naturaꝫ
habent diuersam:nec sb̄am:vel essentiam
partium scissione diuersam. Quocirca si
de diuisione ipsa agitur in primo loco: de
coniunctione in secundo: de simplici vni
tate in tertio: liquet ꝙ scissio diuisionem
facit: coniunctio vnitatem quidem: nec
tamen ita simplicem in vna re quomodo
in alia:nec ita in corporalibus rebus quo/
modo in spiritualibus. Quis enim pos/
set ita coniungere corpus alicuius homi/
nis corpori alterius: quomodo coniun/
gitur ignis igni: vt quamdiu ita manet
coniunctus:nulla ibi diuisio inesse videa/
tur? Quanto magis autem sic adheret spi
ritus spiritui: vt vnus spiritus fit? Quan
to ineffabilius vna substantia sunt ꝛ vnus
spiritus:siquidem Deus spiritus est:tres
persone Deitatis: que non ex tempore
sunt coniuncte: sed semper in ea vnitate
in qua sunt: manent simul tote ꝛ indiui/
se. Ergo quia ineffabilis vnitas in trini/
tate est: ita vt in Patre sit filius: ꝛ in fi/
lio Pater: ꝛ in eis illorum compar spiri/
tus ab vtroq; procedens: ad ipsius bea/
titudinem pertinet vnitatis:vt quicquid
ibi dicitur ſm substantiam: idest: quic/
quid ibi dicitur ꝙ substantiam alicuius
persone demonstret: totum dicatur esse
vel in Patre: vel in Filio:vel in Spiri/
tu Sancto: dicente Augustino. In Dei
substantia quicquid excogitari potest:sub
stantia est: ꝛ nihil est in Deo ꝙ non sit
Deus. Est enim substantia genita: in in/
genita ꝛ econuerso:ꝛ nihilominus proce/
dēne substantia ingenita:ꝛ in ingenita:ꝛ
econuerso:ita tamen vt propter summam
vnitatem:sic alia persona dicatur:ꝛ sit sub

stantia ingenita: alia subgenita: alia procedens: vt tamen simul tres persone non sint tres substantie: sed vna substantia. Psallamus super hoc in vase celesti: ⁊ qd in eo sit repositum: de tanto mysterio videamus. Psalterium (vt sepe diximus) vnum est instrumentum: ⁊ tamen in ipso tria cornua sunt: non vnum. Non autem ita sunt tria cornua inserta siue sculpta in ipso: vt aliud sit Psalterium: ⁊ aliud tria cornua eius: sed illud idem. Quomodo illud idem? Quia totum Psalterium: tota tria cornua: ⁊ tota tria cornua totum psalterium: ⁊ tantum continet vnum cornu: quantum simul tria. Uerum ⁊ si sic vna est in tribus substantia ipsa: que vocatur Psalterium: vt tamen singulum cornuuz habeat ꝭm aliquid ꝓprietatem suam: nec vnitas tamen singularitatem infert: nec singularitas cuiuscunqꝫ trium vnitatem excludit. Quare? Quia meta ⁊ distinctio vniuscuiusqꝫ cornu non potest inueniri nisi in plenitudine aliorum. Quocirca dãda est vnitas vniuersitati Psalterij: cuiuslibet autem persone: singularitas alicuius trium. Singularitas autem dico non (quod absit) vt aliqua ꝑsona intelligatur ibi esse singularis: cuz hoc sit ibi omniuz: quod vnius (dicente Domino.) Et tua Pater mea sunt: ⁊ mea tua sunt: sed ad differentiam vnitatis (hoc est) vnius substantie trium personarum: ne quis (quod absit) sic accipiat vnam trium personaruz essentiam: quomodo essentiam cuiuscunque persone: cum ibi nomine essentie intelligamus simul: ingenitum: ⁊ genitum: ⁊ procedentem: hic aut solum Patrem: aut solum Filium: aut solum Spiritum Sanctum: Cum enim dico vnam substantiam: tota simul tria cornua complector in vno vase: ac si vnum psalterium: vnaz substantiam nominarem. Cum autem dico tres personas: non quia tres personas nomino: scissionem facio vnitatis: sed distinguo quid pertineat ad singulam personam. Deinde si tria cornua ipsa quero mentis distinguere: non sufficio: quia ꝙ dicere sicut est: non est facile tria illa esse sigillatim intueor: ⁊ tamen tria vnum: ⁊ vnum tria: ⁊ duo in vno: ⁊ vnum in duobus: ⁊ alterum in altero: ita vt non sint plus tria simul ꝙ̃ vnum: nec vnum minus ꝙ̃ tria. Qui potest capere capiat. Qui autem nõ capit istud quod deorsum est: ⁊ oculis corporeis videri potest: quomodo valebit capere quod videri non potest? Uerumtamen ne se aliquis de difficultate excuset: dabimus operam pro posse nostro facere facilia que difficultatem minantur. Quãuis autem Deus omnipotens sine quantitate magnus sit: res tamen quibus eum assimilando intelligere querimus: quantitate: necesse est: terminentur: alioquin figure ipse incomprehensibiles forent: sicut ⁊ ipse incomprehensibilis est: qui ꝓpterea sensus nostri acumen ⁊ capacitatem excedit: quia ipse incircunscriptus spiritus est: nos autem locales ⁊ circunscriptibiles sumus. Omnis ergo res que cingitur meta: de spatij sui quantitate: consideranda est: vt est ciuitas infra muros: vinea circuncincta maceria: ⁊ his similia. Nunc ergo considerare est sepe scriptam figuram quam esse diximus triangulatam cuiusmodi sint exitus cornuum eius: ⁊ quali sint spacio terminandi. Fortassis etenim in hac figura ita necessaria cornua tria illa vocaui: quomodo Pater: verbum: ⁊ Spiritus Sanctus necessitate loquendi: tres ꝑsone a patribus dicti sunt: nõ inuenientibus cõe nomen qꝺ eis pluraliter ꝯueniret. Nõ igitur tria illa que vocaui cornua sic intelligas: vt illoꝝ tãtummodo extremitates accipiendas existimes: ꝫ ꝙ̃tum due linee capiãt ex aduerso simul ꝯcurrentes: ad angulum. Quapp si incipiẽs a principali cornu ꝙ̃titatez ipsius cornu que dilatatur deorsum vsqꝫ ad limitem suum: vigilãter attẽdas: videbis cornu ipsum occupare totũ: qꝺ trium esse videtur: nullum prejudiciũ in ꝯcurrẽtibus alijs: qui minus ⁊ ipsa id sint pariter qꝺ fuerunt. Siliter ⁊ in secundo cor

nu: primum ⁊ secundum totaliter sunt:
⁊ in tertio pariter secundum ⁊ primum.
Tantum est ergo vnum cornu: quantum
simul tria: ⁊ duo in vno: ⁊ vnum in duo
bus: quod oculis contemplari melius q̃z
verbis intimare valemus. Inde est q̄ per
fectus Deus pater: perfectus Deus filij:
⁊ perfectus Deus Spiritus Sanctus:
Bern̄. perfectus Deus tota Trinitas predica/
tur: quia (vt ait Beatus Bernardus: cu
ius supra fecimus mentionem) deus ve/
rus trinitas est: deus verus singula perso
narum. Sed hinc penset vnusq̄sq; q̃z prō
ptus debet esse ad fidem dei: q̃z facilis ad
credendum quod testantur Scripture de
domino Deo creatore suo: ⁊ quod nobis
patres catholici crediderunt: quando vm
bra veritatis inexplicabilis est. Si enim il
lud inexplicabile est quod mysterio seruit:
quis de veritate ipsa que deus est loqui se
posse digne: aut sufficienter confidat? Sa/
tis est nobis videre sudarium quod fuerat
supra caput Jesu: explicare nobis illud nō
licet vsq; forte ad diem illum in quo illud
dominus ipse explicādum constituit. Cui
est honor ⁊ gloria in secula seculo℞. Amē.

¶ Explicit Distinctio secunda. In
cipit tertia.

Quod de simplici illa natura que de/
us est: a patribus catholicis: ⁊ ortho
doxis: nobis traditum est: subtili est scru/
tatione pensandum: quomodo in deitate
trinitatis: quicquid est potens: quicquid
eminens: quicquid gloriosum: aut felix: to
tum esse dicatur: credatur ⁊ intelligatur
cuiuscunq; psone: ita vt plenitudo ipsa di
uine sublimitatis: non minor sit in singu/
lis q̃z in tribus: immo vt quod trium esse
dicitur: non per singulas personas: diuida
tur in partibus: sed totum sit integre sin/
gulorum: excepto q̄ proprium est patris:
esse patrem: proprium filij esse filium: pro/
prium spiritus sancti esse spiritum sanctū
Nam si hoc est ibi singuli quod simul tri/
um: propter ineffabile vinculū vnitatis:
quomodo maius aliquid habere ibi pos/
sunt tres simul q̃z singuli? Ut enim loqua
mur aliquid de vsu humano. Si aliquis
Rex assumeret in societatem Regni: siue
(vt accidere potuit) filium ⁊ nepotem: si/
ue aliquem alium de sanguine suo: dans il
lis in omnibus omnem plenitudinem po
testatis: quatenus simul tres: simili hono/
re venerarentur ab omnibus: in quo mi/
nus honoratus esset vnus q̃z simul tres:
aut q̄ magis possent in Regno tres si/
mul q̃z singulus eorum: cum ea potentia
dominaretur ibi vnus: qua simul tres: ⁊
eo honore quo tres simul frueretur vnus?
Ceterū si res diuerse conferuntur simul:
multum interest inter res corporeas ⁊ in/
corporeas ⁊ spirituales. Certe si in aream
pergis laturus triticum: si ad torcularia vi
num: si demū ad fontem hausurus aquā:
causaris non immerito ⁊ sollicitaris de va
se: ne forte si paruum est minus afferas q̃z
res aut necessitas exposcit. Si autem car/
bones ignis ad succendendam stipulam:
siue ligna ferre queris: nonne in ferendis
illis frustra de quantitate causaris: quum
tanta virtus sit in vno carbone quanta in
tribus: ⁊ non magis succendatur ex tri/
bus q̃z ex singulis: etiam si id quod cerni/
tur oculis: maius in tribus q̃z in singulis
esse videatur. Neq; enim quantitas cor/
poralis rei assimilanda est Deo: sed quan/
titas virtutis. Alioquin si aliquid interes/
se vis inter tres carbones ⁊ vnum: fate/
mur ⁊ nos in personis deitatis: dicentes
plures esse tres personas q̃z duas: nec ta/
men maioris potentie: aut virtutis: quia
id potest singula quod simul tres. Si au/
tem inter aquam ⁊ ignem tanta inequa/
litas est: quantam inter ignem ⁊ Deum
esse putas? maxime cum vnusquisq; triū
sine quantitate magnus sit: sine indigen/
tia creator? Si enim maius aliquid essent
tres q̃z singulus trium: haberet profecto
terminum immensitas singulorum: ac per
hoc nullus oīpotens. Si autem singulus

eorum sine quantitate magnus est: quomo/
do possunt maius aliqd esse tres q̃z vnus/
quisq̃z eorum: quum ea magnitudine sit qsq̃z
magnus in semetipso: qua maius aliqd esse
nō pōt? Hz enim ⁊ istud simplicitas illa in
qua non est aliqua partium siue diuisio vo
luntatum: sed summa vnitas ⁊ inscissa ma
iestas. Ut enim a supernis illis redeamus
ad ima nostra illud boni semp ⁊ vbiq̃z ha
bere vnitas ɔsueuit: vt qd singuli est pro/
prium: plurimum faciat esse cōe. Si autem
id agit per hoc bonum vt id habeat singu
lus qd habent omnes: qd possunt habere
omnes qd non habeat vnus? Uerum hoc
apud hoies Apud deum autem non agit
hoc quicq̃z: sed est id qd est: ad cuius sum
mi boni similitudinem formanda erit ratio/
nalis creatura: non in plenitudine maiesta
tis assumpta: sed ad imaginem ipsius par
ticipatione gratie sublimata. Tanta vero
vnitas est in summa illa trinitate: vt id ha
beat maiestatis singulus qd habent tres:
hoc possit singulus qd possunt tres: exce/
pto ꝙ hoc pater hz a nullo: filius a patre:
spiritus sanctus a patre ⁊ filio: non largi/
tione gratie: sed simplicis veritate nature:
Neq̃z enim pater: q: voluit: genuit filium
sicut omnia que voluit fecit in celo ⁊ in ter
ra: sed sicut ipse semp est: ita ⁊ filius cum
spiritu sancto semper est apud eum: qui id
circo ipsius patris predicatur equalis: q: si
cut pater eternus est: ita ⁊ filius coeter/
nus. Q: vero idem filius cum spiritu san
cto non est separatus a patre: sed semp ma
net cum eo ⁊ in eo in vnitate perfecta: nec
pater potuit amittere qd dedit filio ⁊ spi/
ritui sancto: nec ipsi possunt non habere
quod visum est stetisse in ꝓprietate pater
na: si tn̄ aliqua datio aut proprietas in illa
eterna vnitate esse potest: nisi intelligatur
quomodo esse possit: ſm ꝙ ⁊ vir serenissi
Augu. mus Augustinus luculenter exponit. Di/
cit enim filius de seipso. Sicut pater hz vi
Joānis tam in semetipso: sic dedit ⁊ filio vitam ha
bere in semetipso. Et de spiritu sancto. Il/
le me clarificabit: q: de meo accipiet. Qua
liter autem hoc ⁊ similia intelligēda sint:
per multa ⁊ prolixa verba Augustinus ex/
ponit. De illis autem propri tatibus que
sic esse videntur singulorum proprie: vt tn̄
inueniantur communiter ꝑmanere in tri
bus Et ipse: ⁊ alij multa loquuti sunt. Nō
nulli vero sequentes ista tria quibus perfi
ciuntur omnia: vz: posse: scire ⁊ velle: pa/
tri attribuerunt potentiam ſm illud libri Job.
Job. Deus potentes non abijcit: quum ⁊
ipse sit potens. Et illud sacratissime ma/
tris domini. Quia fecit mihi magna qui
potens est. Sapientiam filio: de quo dicit
Paulus. Nos predicamus Christum dei
virtutem ⁊ dei sapientiam. Uoluntatem
vel amorem: spiritui sancto: quod volunt
esse intelligendum: vbi dicitur per psalmi Ps.
stam. Uita in voluntate eius. Et vbi dici/
tur per Joannem. In hoc apparuit chari/ Joānis
tas dei in nobis: quoniaz filium suum vni
genitum misit deus in mundum vt viua
mus per eum. Et notandum ꝙ sapientia
dicitur ⁊ fortitudo dei: charitas dei: amor
vel dilectio dei. Et his similia sepe reperiū
tur in diuinis eloquijs: ⁊ per hec spiritus
sanctus intelligitur. Potentiam vero dei
non me recolo alicubi legisse: sed tm̄ po/
tentem ⁊ omnipotentem: ne forte q: sub/
iūgitur: dei intelligeret filius: aut spiritus
sanctus: sicut intelligitur filius nomine sa
piētie dei: ⁊ spiritus sanctus nomine amo
ris dei. Si tamen ⁊ hoc ipsuz studiosus le
ctor in scripturis sacris inuenerit: noscat
ibi nomine potentie: filium esse intelligen
dum: quia quo tendit modo impetus no
ster: id omnino dicturi ⁊ probaturi sumus
ꝙ quicquid in illa simplici trinitate dici/
tur ſm substātiam: ⁊ videtur esse ꝓprium
alicuius persone: sic intelligendum est ſm
aliquid esse proprium alicuius persone: vt
tamen velut in genere ostendatur esse cō
mune. Uerbi gratia. Pater dictus est po/
tentia: quia faciens iudicium de peccatori
bus: semper se ostendit inuictum. Filius
dictus est sapientia: q: noluit potentia vin
cere: sed humilitate. Spiritus sanctus di/

ctus est amor: quia qui plene amat aliquem: dat ei quem diligit ⁊ se ⁊ omnia sua. Propter hoc quippe ⁊ donum ⁊ donator est spiritus sanctus: quia ⁊ se dedit ⁊ sua: quamuis horum vnum magis ad patrem ⁊ filium: qui dederunt eum videatur referre. Et si hoc catholice dici possit: nec tamen quia seipsum dedit seipsum misit: vt nonnulli delirant: quia missio ad euz pertinet tm̄ qui alium vel aliud mittit: donatio ⁊ ad eum potest ptinere qui mittitur ⁊ ad eum qui mittit. De solo autem filio intelligi potest: quod ipse se misit: ⁊ ab alio missus sit: propter gemine nature substantiaz: in qua est verus deus ⁊ verus homo. Nam ⁊ homo quilibet: quia in duobus consistit: dicitur emittere spiritum quando exit anima de corpore mortali: pro eo. s. quod homo interior est qui emittitur: homo exterior qui emittit. Frustra ergo conantur aliqui asserere in simplici: quod in gemina substantia a viris catholicis assignatur. Sed de hoc alias. Ut autem que proposita sunt reducamus in summam. Ecce pater dictus est potentia: filius sapientia: spiritus sanctus charitas: propter ea que superius dicta sunt: vel si qua sunt alia digna affatu: que huic tante significationi conueniant: ⁊ tamen tota trinitas perfecta potētia est: tota trinitas perfecta sapientia: tota trinitas perfecta charitas: alioquin nullus esset perfectus. Si autem sm̄ quod Augustinus

Augu. docet in typo memorie rationis ⁊ amoris: vnusquisqz est potentia: sapientia ⁊ amor: restat vt nihil minus sit singulus: quaz simul tres. Bene ergo in figura illa triangulata tantum continet vnum cornu: quantum simul tria: quia nō maius aliquod sunt vel habent simul tres persone: quaz singula trium: nec minus aliquid singula quaz simul tres. Ne autez videatur impossibile quod ratione probatuz est: non quidem his qui rōnem ipsaz capere queunt: sed his qui firmiores sunt intellectu: considerandum est saltem eis quantum differat inter creaturam ⁊ creatorem: vt sciant quid differre queat inter humana ⁊ diuina: inter egenam naturam: ⁊ nullo indigentem bonorum omnium creatorem. Quod se vidisse refert Augustinus in libro de ciuitate Aug.
dei. Lapidi cuidam adhibitum est ferruz: ⁊ mox virtus lapidis attraxit ferrum ad lapidem: ⁊ adiunxit se illi: ita vt viderentur duo ipsa quadam validissima vnitate ligari. Amotum est autem ferrum a lapide: ⁊ appositum est ferrum ferro: ⁊ inuēta est ea virtus esse in ferro que erat in lapide: in nullo in lapide imminuta. Amotum est autem ⁊ ferrum quod tetigerat lapidem: ⁊ appositum est aliud ferrum illi ferro quod tetigerat ferrum: ⁊ inuenta est eadem virtus in ferro: etiaz in tertio gradu: puto quod ⁊ in quarto ⁊ in quinto. Si igitur tanta est virtus ipsius lapidis vt propagata non minuatur: quamuis non sit in re ista imago patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti: ⁊ similitudo doni spiritus sancti: quod concessum est ecclesie sancte dei. Quid miruz si sine quantitate magnus est pater: sine quantitate filius: sine quantitate spiritus sanctus: ita vt non sit vel habeat minus aliquid singulus quaz simul tres. Quia ergo non sapientia illi deest: nec virtus ad probandum quod est: ascendat qui potest intellectu ad contemplandam speciem celsitudinis eius: qui non potest admiretur virtutem ⁊ credat: qui minus lucide intelligere potest: dicens assidue cum psalmista. Magnus deus noster ⁊ magna virtus eius: ⁊ sapientie eius nō est numerus. Psa.
Magnus dominus ⁊ laudabilis nimis: ⁊ magnitudinis eius non est finis.

¶ Explicit distinctio tertia. Incipit distinctio quarta.

Ueniendum est ad illud articulum: ex quo pendet notitia personarum. Quod vt recte fiat: principale illud cornu ex quo ars tota sumat originem: in primo loco trium quemadmodum expedit statuamus. In quo nimirum cornu: non

alius q̄z deus pater intelligendus est: a
quo filius ⁊ spiritus sanctus: alter quidez
nascendo: alter procedendo: id acceperunt
esse: quod ipse est. Hec igitur principalis
persona: in principali cornu psalterij desi/
gnata est: ꝙ quasi principale principium
duorum esse videtur. Ibi enim (vt supra
diximus) manet initium totius vasis: ⁊
quasi aqua ex fonte manans: in quedam
larga maria dilatatur. Quod ergo ipsum
cornu quod principale est: videtur aliquā
tum a duobus dissimile. Illud profecto in
sinuare videtur: ꝙ pater quidem sicut a
nullo est: ita nunquam legitur ad homi/
nes missus: vtpote qui non habuit prin/
cipium a quo mitteretur. Filius vero cuz
spiritu sancto influens ciuitatem illam ce
lestem ⁊ replens gratia sua: nouem ordi/
nes angelorum: ac si cuiusdam fluminis
impetus saluaturus humanum genus ad
inferiora confluxit. Uenit enim querere
quod perierat: ⁊ chordam inferiorem in
qua pro chordarum dispositione tota ars
terminatur ad ostendendas diuitias boni
tatis sue in genere humano perficere.
Quod si pater: sicut a nullo est: ita nunq̄z
legitur missus: filius vero ⁊ spiritus san/
ctus: alter quidem in carnis substantia: al/
ter in columba ⁊ igne: ab eo qui a nullo
mittitur: missi sunt: ⁊ ita missi ad homi/
nes: vt eum qui se misit non dimitterent:
sed in eo ⁊ cum eo sine fine manerent: q̄z
conuenienter cornu primo locus primus
ascribitur: duobus concurrentibus: hinc
⁊ inde: non minus est mirabile q̄z aper/
tum. Tradunt etiam nobis patres catho/
lici: ꝙ pater sit principiuz filij: filius cum
patre principium spiritus sancti: princi
pium ergo pater: principium filius: prin/
cipium inquam filius: de principio patre:
nec tamen duo principia: sed vnum prin/
cipium. Similiter ⁊ spiritus sanctus prin
cipium est: nec tamen tria principia: sed
vnum principium. Sed cuius esse princi/
pium fatemur spiritum sanctum? Princi
pium omnium bonoꝝ que ab ipso sunt:
principium creaturarum omnium: quas
sicut deus omnipotens ad suam creauit
gloriaz. De hoc Augustinus in libro quin Augu.
to de trinitate. Si quicquid in se manet ⁊
gignit aliquid vel operatur: principium
est ei rei quam gignit: vel ei quam opera/
tur: non possumus negare etiaz spiritum
recte dici principium: quia non eum sepa
ramus ab appellatione creatoris. Et scri/
ptum est de illo: ꝙ omnia in omnibus ope
ratur ⁊ vtiq̄z in se manens operatur. Non
enim in aliq̄d eoꝝ ipse mutat: ⁊ vertit: ⁊
que operatur vide. Unicuiq̄z datur mani
festatio spiritus ad vtilitatem: alij quidem
datur per spiritum: sermo sapientie: alij
sermo scientie: s̄m eundem spiritum: alij
fides in eodem spiritu ⁊c. Et paulopost.
Omnia autem hec operatur vnus atq̄z
idem spiritus: diuidens propria vnicuiq̄z
prout vult: ⁊ vtiq̄z sicut deus. Quis enim
tanta illa potest operari nisi deus? Si au/
tem omnium que operatur recte dicitur
principium: spiritus sanctus: quis audeat
negare illum esse principium hominis
Christi Jesu: sicut ⁊ pater qui fecit om/
nia: ⁊ verbum quod erat ab eterno: per q̄d
facta sunt omnia. Quod ne quis inter du/
bia ducendum crederet: tota illa operatio
noui hominis: eidem spiritui sancto attri
buta esse monstratur: cum dicitur. Inuen
ta est Maria in vtero habens de spiritu
sancto: ⁊ quod in ea natum est: de spiritu
sancto est. Et in euāgelio angelus ad Ma
riam. Spiritus (inquit) sanctus superue Luce.
niet in te: ⁊ virtus altissimi obumbrabit
tibi. Et in Symbolo. Credo in Jesum
Christum filium eius: qui conceptus est
de Spiritu Sancto ex Maria virgine. Actuuz
O mira mysteria. Unigenitus dei filius
visitās mundum: sic humanam naturam
in ꝑsone vnitate suscepit: vt cuius erat fi/
lius nōdum hō: eius esset filius factus ho/
mo: ⁊ tamen hoc scriptura non dicit: q̄d
tam clare ⁊ tam ꝑspicue veꝝ est: sed illud
magis dicere voluit: q̄d nisi intelligatur in
spiritu: qualiter veꝝ sit: non apparet. Qua

enim ratione ꝯceptus esse dr̄ de spiritu san
cto qui ꝭm neutram naturam filius est spi
ritus sancti? Scd̄m quippe diuinam natu
ram filius est tm̄modo dei patris: ꝭm hu
manam: Abrae: ⁊ Dauid: ⁊ alioꝝ quos ex
maiori parte scriptura sacra cōmemorat.
Sed facile istud soluitur: si verbi apostoli
ci memoramur dicētis. Factus est primus
Adam in aiam viuentem. Scd̄s Adam in
spiritum viuificātem. Ecce respice: Adam
hō terrenus: Christus celestis: Adam ho
mo aialis: Christus spiritualis. Quare? qꝛ
illi data est aia que eum viuētem faceret ⁊
agentem. Huic non solum aia data est: sed
⁊ spiritus dei viui. Nō solum inquam aia
vacua inanis: sed plena gratia spiritus se
ptiformi: nimiꝝ qꝛ vt aia corpus: ita rem
nō similem: sed dissimilem dico: spiritus
sanctus viuificat aiam creatam ad imagi
nem dei: quoꝝ alteꝝ primo homini datuz
est: alteruz scd̄o: vt qui ad primi hominis
imaginem aiati sumus: viuificati ad ima
ginem secundi: gloriemur in specie glorie
filioꝝ dei. Habes scriptuz in Esaya de no
Esa. uo homine Christo Jesu. Requiescet sup
eum spiritus domini: spiritus sapientie ⁊
intellectus ⁊c. Non autem sic requieuit
spiritus sanctus sup eum: vt prius eum
creasse credendus sit: ⁊ postea introierit
in illum: sed eum ipse preuenit: cuius ⁊ re
ceptaculum factus est. Ideoqꝫ non imme
rito dictum est de eo: ꝙ ꝯceptus sit de spi
ritu sancto: qꝛ prius affuit gratia in mente
virginis q̄ꝫ ꝯciperetur in ventre matris:
nec tamen spiritus sanctus ingressus est
in eum ꝭm ꝙ in electos alios: qui in pec
catis ꝯcepti sunt: sed ab initio ibi affuit si
mul cum verbo: sacrumqꝫ illud dei vascu
lum sibi pro suo velle aptauit. Quocirca:
nec vnq̄ꝫ fuit non plenus spiritu: sicut nū
quam non fuit dei verbo vnitus. Et si cau
sa mysterij actuz sit: vt non qn̄ conceptus
est de virgine: sed quando baptizatus est a
Joāne descenderit spiritus sanctus corpo
rali specie: sicut columba in ipsum: ⁊ man
serit super eum: propter eos. s. in quos de

scendit qn̄ baptizantur in Christo. Non
igitur incongrue dictus est Christus ꝯce
ptus esse de spiritu sancto: cuius corpus
nō immunda libido: sed virtus diuina ope
rata est replens illud gratia septiformi ab
ipso initio ꝯceptionis sue: vt iure diceret
homo celestis: hō nouus: homo specialis:
tanquaz si non esset caro: sed spiritus. Sic
enim miro modo dei filius venit in car
ne: vt tn̄ legem carnis nō imponeret: sed
deleret: non illam dico legem quam venit:
non soluere: sed adimplere. Sed illam de
qua dicit Apostolus. Uideo aliam legem
in membris meis repugnantem legi men
tis mee: ⁊ captiuum ducentem me in lege
peccati. Ueꝝ hoc idcirco diximus vt scire
mus spiritum sanctuz principium esse ho
minis Christi Jesu: qui ꝭm ꝙ deus est: ipsi
us spiritus sancti: vnuz est cum patre prin
cipium. Et sciēdum ꝙ si spiritus sanctus
a solo verbo procederet ⁊ non a patre: nō
parum videretur absurdum: vt idem fi
lius homo Christus Jesus diceretur mis
sus a spiritu sancto: vel etiam esset vnctus
a spiritu sancto: vel accepisse ꝓmissionem
spiritus sancti: ⁊ si qd̄ simile. Qꝛ qui semel
assumptus fuit a verbo in vnitate perso
ne iam non potuit non habere eum: qui
procedit essentialiter ab ipso verbo. Quis
vero idem spiritus: qui principaliter pro
cedit a patre: dictus spiritus dei patris:
iuxta illud euangelij. Non enim vos estis
qui loquimini: sed spiritus patris vestri
qui loquitur in vobis. Dictus est ⁊ spiri
tus filij: ꝭm illud Apl̄i. Misit deus spūm
filij sui in corda nostra clamantia: abba pr̄.
Recte a patris spiritu idē filius dr̄ missus
dicente eodem filio in Esaia propheta. Ec Esa.
ce dn̄s misit me ⁊ spiritus eius. Ut deo spe
cialiter idez spiritus intelligat mittens fili
um: qꝛ procedit a pr̄e. Sic igit pater prin
cipiū filij: filius cum pr̄e principium spūs
sancti: ꝭm ꝙ deus est: non ꝭm ꝙ homo: ſz
vero ꝙ homo est: nō ipse spiritus sancti: ſz
magis spiritus sanctus principiū eius est:
sicut ⁊ oiuz que creata sunt. Non aūt hoc

sacramētuȝ fidei:sicut nec quecūqȝ alia vni
vero deo:qui nescire seipsum negt necessa/
rium erat:sed nobis:ne qua forte in nobis
oriref suspitio non esse equalem spiritū san
ctum genitori ꝛ genito:ac per hoc minus
essemus catholici:si non sicut oportet ve/
neraremur deū:q: qui minus deuotionis
aut fidei:vni psone q̄ȝ alit tanq̄ȝ aliam alij
preferēdo tribuit:criminaliter errat : ꝛ in
mente sua heresim:ꝛ si ore nec dū proferat
nutrit. Ut autē hec que fide tenemus:etiā
atqȝ etiā contēplari possimus. Psallendū
est adhuc in decacordo psalterio:ꝛ ad eius
misteria reeurrendum. Si enim sic exponi
tur vas ipsuȝ:vt principale eius cornu: qd̄
ascribif patri respiciat ortū solis:pfecto cor
nu illud quod respicit aquilonē:filio ascri/
bendū erit:qd̄ autē respicit meridiē:spiri/
tui sancto. Et hoc qdeȝ cōgrue satis. Cui
enim magis ꝯgruit pars orientalis : q̄ȝ illi
psone ex qua semper natus est sol iustitie
Christus:ꝛ ex quo omnis paternitas in ce
lo ꝛ i terra nominaf? Aut cui magis pars
aqlonis:q̄ȝ illi qui ingressus est prouinciaȝ
aqlonis pugnaturus ꝯtra principē mūdi
huius:ꝛ per sinistram passionis quā spon/
te sustinuit ad tp̄s superauit ꝛ vicit? Cui
vero melius par australis : quam illi cui
dicif in canticis. Ueni auster ꝛ pfla hortū
meū ꝛ fluent aromata illius? Certe Deus
pater pncipiū filij:pater simul ꝛ filius prin
cipiū spiritus sancti. Uis istud agnoscere i
sepe scripta figura? Incipe scribere a supe/
riori parte ꝛ pcutere vniuersas lineas que
cordaꝝ loco depicta sunt in ea ꝛ habebis
profecto in principali cornu:principale pri
cipiū tā ad illud qd̄ ascribif filio: q̄ȝ ad il/
lud qd̄ ascribif spiritui sancto. Inde enim
incipis scribere. Or vero sic incipis a prin
cipali cornu:vt tn̄ per singulas lineas que
infra sunt incipias ab illa pte q̄ ad aqlonē
spectat:ita miro modo vtrūqȝ cornu:(hoc
est) ꝛ illud qd̄ ptinet ad patrē : ꝛ illud qd̄
ptinet ad filium:apparent esse simul vnuȝ
principiū ad illud quod ptinet ad spiritū
sanctum. Ut magis ꝯtemplationi oculoꝝ
subiaceat:q̄ȝ vt verbo oris (sicut est) suffici
cienter valeat enarrari. Si autēȝ queritur
descriptione hebreoꝝ qui incipiētes a dex
tra parte desinunt in sinistra:nec ipsuȝ a p/
fecto misterio vacare posse credēdum est:
haud dubiū pp illud:qd̄ dicit apostolus d̄
verbo dei. Cū in forma dei esset semetipm
exinaniuit:formā fui accipiens in similitu
dinē hoiuȝ factus:ꝛ habitu inuētus vt ho
mo. Est autē pro vt supra digessimus prin
cipium eius spiritus sanctus: ƀȝ ꝙ homo
est:non ƀm ꝙ homo:ꝛ ob hoc ꝯueniēti mi
sterio:hebrei incipientes a dextera perue/
niunt ad sinistram statuentes ibi fineȝ vbi
nos gentiles principium non qdem q̄ȝtū
ad illud cornu qd̄ pertinet ad patrem: sed
quantū ad illud qd̄ videf pertinere ad fili
um. Sed quare a dextera incipit populus
hebreoꝝ qui prior fuit:nisi quia apud illos
humiliatus est filius vt ꝯciperef de spiritu
sancto ex maria virgine:ita vt diceret ipse
de spiritu sancto:ꝛ de se ipso. Spiritus do/ Esa.
mini super me eo ꝙ vnxerit me? Qd̄ aūt
christianus populus incipiens a sinistra p/
git ad dexterā:designat illud : qd̄ dn̄s ipse
ait. Nisi ego abiero:paraclitus non veniet Joan.
ad vos. Si autē abiero:mittā euȝ ad vos.
Tale est enim ac si dicerεf. Propterea non
mitto vobis modo spiritū sanctū manens
adhuc in humilitate carnis:q: ƀm hoc nō
est meū ostendere hominibus formā largi
entis munera:sed accipientis qnousqȝ con
pleam cursum humiliationis mee:ꝛ doce/
am vos auditores fieri a principio ad acci/
piendam intelligentiam maioꝝ: q̄ȝ vt ipsi
alijs ipudic: vr̄ȝ sciētiolā ipartire velitis.
Unde ꝛ de eodem humilitates magistro
Joannes ait. Spiritus nonduȝ erat datus Joan.
quia iesus nonduȝ erat glorificatus. Igif
ꝛ ꝙ hebrei incipiunt a dextera : ꝛ ꝙ gen
tiles a sinistra:causa est aperti misterij in fi
lio ꝛ spiritu sancto:quorum vna est cū pa
tre maiestas:cui est cuȝ eis honor ꝛ gloria
in secula seculorum. Amen.

¶ Explicit distinctio quarta.

Incipit distinctio quinta.

NOn est acutuz superius cornu sicut duo inferiora: sed aliquantulum latũ ⁊ euidens pre duobus: vt apte ab ipso vno duo reliqua cornua que infra sunt: trahere videanẜ originẽ. Nec mirum. Pater enim deus a nullo genitus deo: habet in semetipso sapientiam ⁊ amorem: filium. s. ⁊ spiritum sanctuz: per quos pacificat sibi omnez electam creaturam: siue que in celo est: siue que in terra. Non enim eo modo filius ⁊ spiritus sanctus: mittunt ipsum patrẽ: aut solus filius sine patre mittit spiritũ sanctũ ſm deitatem: aut solus spiritus sanctus sine patre misit filiuz: ſm ꝙ filius homo est: vt in omnibus que dicunẜ de patre ⁊ filio ⁊ spiritu sancto: vna similitudo teneaẜ. Et ideo primũ cornu psalterij dissimile esse debet a duobus: vt vbi sit principium: vasis per id quod est dissimile intelligaẜ. Hz aũt ⁊ filius in seipso spiritum sanctum: sicut ⁊ pater: sed hoc ipsum filius a patre habet: sicut ipsemet filius demõstrat cuz dicit. Cũ
Joan. venerit paraclitus quẽ ego mittã vobis a patre. Et alio loco. Sicut habet pater vitam in semetipso: sic dedit ⁊ filio vitam habere in semetipso. Dedit autẽ hoc pater filio: non quasi voluntate propria aut gratie largitate: sed hereditate nature. Que cum ita sint: recte pricipale cornu respectu duorum inferioruz: artitudine caret: quia ab ipso procedunt ⁊ mittuntur filius ⁊ spiritus sanctus. Inferiora autem dixi duo cornua: nõ quasi inequalia: sed quasi humiliora potentia: ad designandum illud quod dominus ait. Qui a semetipso loquitur: gloriaz propriam querit. Qui autem querit gloriã eius qui misit illum: hic verax est: ⁊ iniustitia in illo nõ est: Et de spiritu sancto. Nõ
Joan. enim inquit loquetur a semetipso: sed quecunque audiet loquetur: ⁊ que vera sunt annuntiabit vobis. Igitur principale cornu non incipit ab artitudine ne in principio solus pater fuisse putetur. Duo vero inferiora desinunt in cacumine: vt vnus esse intelligatur filius qui natus est de patre: ⁊ vnus spiritus sanctus qui a patre filio que procedit. Non enim versa vice filius aut spiritus sanctus mittit patrem: aut a filio vel spiritu sancto procedit: aut mittitur pater: vt poni modo in omnibus cornibus statuamus principium: sed in vno tantum principale principiuz: in alijs duobus que desinunt in acumine consumationem intelligamus: nimirum quia vnus filius ⁊ vnus spiritus sanctus. Neqꝫ enim a quolibet duo suut: vt sicut filius ⁊ spiritus sanctus sunt a patre: ita pater ⁊ spiritus sanctus sint a filio: aut pater ⁊ filius a spiritu sancto: vt in quolibet trium indifferens principium statuamus: sꝫ in vno principium in duobus finem: nequis quartaz: aut quintam personam querat in illa simplici trinitate: in qua vnus ab vno: ⁊ alius a duobus. Et quia pater simul ⁊ filius vnum principium sunt ad spiritum sanctum: ita ꝙ vt hoc filius habeat a patre: a quo ⁊ mittit illum: non oportuit propter hoc secundum cornu a tertio dissimilitudinem habere: nisi in hoc tantum ꝙ inde incipit scribere in inferiori linea: ⁊ grecus ⁊ latinus: ſm ꝙ superius dictum est: quia aliud est esse principale principium: aliud principium de principio: ⁊ aliud esse principium vnum ad vnum: aliud esse duo simul vnum principium ad vnũ: ⁊ ita quoqꝫ vt vnus habeat hoc ab alio: ⁊ simul habeat hoc cum illo a quo habet. Licet ergo filius principium sit ⁊ ipse spiritus sancti: quia tamen ⁊ ipse a patre est: ⁊ a patre habet vt sit principium spiritus sancti: nec sine ipso patre: sed cum ipso: nec vt sint duo principia: sed vnum pincipiũ: non debuit illud cornu quod retinet misterium filij omnino simile esse: nec quod retinet typũ patris: ne vtrunqꝫ videretur esse principale principium quum ad solum hoc pertineat patrem: sed ipsa duo cornua consideranda sunt simul: vt simul ambo ad tertiũ vnum esse principium videantur: sicut pater ⁊ filius vnum sunt principiuz spiritus

sancti. Recte ergo duo cornua inferiora in
acumine desinunt quia ⁊ filius ⁊ spiritus
sanctus a patre sunt ⁊ non ab eis alij: sȝ tan
tum duo ipsi sunt. Est tamen ⁊ aliud sacra
mentum quod debeat in hac re vigilāter
pensari. Id quod acutum est in aliqua my
steriali figura significat principium siue fi
nem. Et principium quidem si sic esset de/
signarent illud ex quo incepit ars: finez in
quo consumatur. Cum autem constet qȝ
initiale acumen principium significet tem
porale: vtpote in rebus creatis que ab ipso
qui est principium sine principio nō de ali
qua iam existenti re: sed omnino de nihilo
sunt creata: merito idem principale cornu
acuminis artitudine caret. qꝛ deus pr̄ cuȝ
filio ⁊ spiritu sancto: caret principio tēpo/
rum ⁊ dierum: qꝛ non aliquando cepit esse
sed semper erat quod est. Si eniȝ principa
le cornu inchoaret ab acuminis artitudi/
ne: videretur esse simile illi rei que fieri ce
pit ex nihilo. Ut autē deus oīpotens semp
ōndatur esse principium sine principio: cō
grue satis cornu ipsum sine acumine ma/
net: ac si verbis suis aptis vocibus clama
ret dicens. In dei oīpotentis eternitate nō
est querendū esse cepit: sed semper erat qȝ
est. Si enim dicere ꝯsueuimus in ꝯfessione
cōi. Sicut erat in principio ⁊ nunc ⁊ semp.
Et Joānes euangelista in libro Apo. Qui
Apo. erat ⁊ qui est ⁊ qui venturus est. Et in ip/
so principio euāgelij sui. In principio erat
Joān. I. verbum. Apte ergo principale cornu psal/
terij quod assimilatur patri. acuminis ar/
titudine caret: qꝛ eternitas illa que erat in
deo ante tempora secularia: nobis omnino
qui ex tēpore esse cepimus' inperscrutabi/
lis est ⁊ quo suo occulto consilio voluerit
creare ex tempore: quod nō fuit ab eterno
hebetatur sapientia hominum: defuit sen/
sus ⁊ intellectus. Sic igitur erat sicut est.
Princ pium sine principio: ipse solus cuȝ
filio ⁊ spiritus sanctus: qui in ipso sunt: ⁊
ab ipso procedūt. Uerumtamen ipse pater
reuelatus est hominibus primo tempo/
re magis q̄ȝ filius ⁊ spiritus sanctus: vt ip
se quoqȝ in suis tēporibus manifestius ap/
parerent. Sed num quia duo cornua infe
riora desinunt in acumine filius ⁊ spiritus
sanctus habitaturi sunt finem? cum etiam
electis omnibus eternitas temporum pro
mittaꝰ? Absit. Sed quia soli ipsi accepe/
runt res visibiles in quibus apparerent
hominibus: licet ⁊ alio modo filius: ali/
ter spiritus sanctus: quia ille humanam
naturam in vnitate persone: iste speciem
columbe in figura sancte matris ecclesie.
Non enim est vna persona ecclesia: vt pos
set simul ostendi que nec dum tota erat in
mundo: quando vidit Joannes spiritum
descendentem super Christum iesum: vt
apparerent ibi simul sponsus ⁊ sponsa:
cui. s. sponse dictum est in canticis cantico
rum. Una est columba mea: perfecta mea: Cant.
vna est matris sue electa genitricis sue. Et
ob hoc in typo huius ecclesie que vnita ē
spiritui sancto: illa vȝ vnione de qua di/
cit apostolus. Qui adheret deo vnus spiri
tus est: ostensa est vna columba: sicut ⁊ in
typo filiorum ecclesie apparuerunt aposto Actu.
lis dispartite lingue tanq̄ȝ ignis: ⁊ in sedie
(inquit) super singulos eorum. Et filius er
go ⁊ spiritus sanctus accepit corporeā crea
turam: in qua demonstraretur homini/
bus: ⁊ in qua consumaretur opus: pro
quo ⁊ missi sunt: vt perficerent illud.
Unde ⁊ filius ipse in ꝯfessione sua quam fe
cit ad patrem. Opus inquit ꝯsumaui quod
dedisti mihi. Et de spiritu sancto idem fili
us. Cum venerit ille spiritus veritatis: do
cebit vos oēȝ veritatē. Non enim eo mo/
do: nō oportebat filium factum hominem
non quolibet habere finem: quomodo nō
poterat priusq̄ȝ esset homo temporꝫ habe/
re principium: qꝛ creatura temporaliter p/
ficit ⁊ quādoqȝ vltra proficere desinit con
sumata: etiā si in momēto proficiat. Apud
deū autē non est transmutatio nec vicissi/
tudinis obumbratio. Dicit tñ ipsa diuini/
tas principiū ⁊ finis s̄m illud Apocalyp/
sis. Ego sum. A. ⁊ ω. principiuȝ ⁊ finis. Sȝ
aliud est habere principiū vel finē aliud esse

se principiũ siue finẽ. Est autẽ deus princi/
piũ: q: ab ipso sunt oia que creata sunt. Sz
si idcirco deus omnipotens vocatur prin/
cipium: q: omnia que sunt ab ipso sunt ⁊ es
se ceperunt. Num idcirco dĩ finis: q: in ip
so esse desistunt? Absit. Sz quia opera que
inceperunt ab ipso: per ipsum veniunt ad
pfectionẽ: ⁊ in ipso qui est summa bonitas
ↄsumationẽ accipit. Hoc ergo modo pri
cipiũ ⁊ finis. Sed ⁊ pro eo q in principio
non erant creature: p q̃bus ⁊ cum q̃bus
tẽpora esse ceperunt: ⁊ nec filius nec spiri/
tus sanctus aliquam assumpserat creaturã
nequaq̃z nos temporales loquẽtes de deo
viuo ⁊ vero qualiter erat in illa eternitate
ita ↄgrue dicẽ possumus: fuit quomõ erat
vel esse cepit: qđ omnino esset impiũ ⁊ ini
quum: quomodo dicimus: erat ⁊ est: quia
fuit: de illa re ↄgrue dici potest que esse de
fijt quod fuit: vt est: ille homo bonus fuit:
sed desijt esse qđ erat: ⁊ esse cepit de illa re
que aliqñ non fuit: ⁊ modo est. Quia ergo
deus omnipotens nec esse cepit: nec desijt:
Joan. nec fuit ↄuenit illi: nec esse cepit: sz aut erat
aut est. Nõ enim ait veritas iudeis sese per
dere anhelantibus. Anteq̃z abraam fieret:
ego fui: vel esse cepi: sed anteq̃z Abraã fieret:
ego sum. Et cum dicerent illi. Tu quis es.
Respondit: principiũ qui ⁊ loquor vobis.
Si ergo verũ est q deus non esse cepit: sz
semper est. Recte principale cornu qđ re/
fert ad pr̃z: qui est a nullo ⁊ a quo pcedũt
filius ⁊ spũs sctũs: caret acuminis artitu/
dine: vt non videat incepisse: semper esse
q est. De filio autez ⁊ spiritu sancto: nõ eo
modo dicere possumus: q nõ pm aliquid
habituri erant finem: quomodo neq̃z pa/
ter neq̃z ipsi deitatis habuere principiũ: q:
⁊ filius habuit finẽ vite huius tẽporalis in
assumpta carne: pm illud qđ ipse ait. Ea q̃
scripta sunt de me finem habẽt. Uel certe
habiturus est in ↄsumatione corporis sui:
quod sumus nos. Et spiritus sanctus ha/
biturus est in effusione donoꝝ. Dictuz est
Psal. enim in typo solis de Christo. Sol cogno
uit occasum suum. Sane in typo doni spi

ritus sancti quod effundit in corda electo
ruz. Repleta sunt vasa que habere potuit
vidua illa mulier que clamauit ad Helyse
um: ⁊ licet modico illo oleo qđ habere vi/
sa est p multa vasa effusum multiplicaret:
⁊ cresceret: tñ cum vas defuit: stetit oleuz:
⁊ tandem finẽ habuit effusio ⁊ infusio illa.
Dicit autẽ apostolus de vera illa effusione:
quam significat ista. Charitas dei diffusa ẽ
in cordibus nostris p spiritũ sanctũ qui da
tus est nobis. Hec est illa virtus: que oiuz
est mater virtutũ: sine qua ↄgregent virtu
tes reliquas: culmos vacuos ⁊ inanes ad
tristem areã portare est. Ut enim humani/
tas christi plata est oibus creaturis: ita vir
tus charitatis: vniuersis virtutibus. Et si/
cut Joannes baptista preambulus fuit xp̃i
ita virtus humilitatis puia est charitatis.
De qua nimiz charitate que est precipuũ
donũ spiritus sancti: dicit psalmista. Om/ Psal.
nis consumationis vidi finem latũ mãda/
tũ tuũ nimis. Et apostolus. Finis pcepti
est charitas de corde puro ⁊ consciẽtia bo
na: ⁊ fide nõ ficta. Licet autẽ homo Chri/
stus iesus magnus sit sup oẽs hoies: sz vir
tus charitatis magna sit sup oẽs virtutes:
neutrũ tñ hoꝝum sine q̃ntitate magnũ est:
neutruz. n. pm aliqđ nõ fit: aut positus: aut
ponẽdus finis: nõ vt esse desinãt: sed vtter
minum quantitatis pro mensura operato
ris accipiãt. Sola. n. diuinitas sine q̃ntitate
magna est sine qualitate bona: sola pro na
tura sui sine tpum varietate ⁊ volubilita
te immesa. Q: vero illa eternitas que erat
ante mundi principium: oino inscrutabi/
lis est: vtpote in qua nõ erant aliquae crea
ture que manerẽt in ea: q̃uis nesciamus
q̃z longe vel prope ante mundi ↄstitutio/
nem: aut si in ipso exordio mundi creati
sint ordines angeloꝝ. Merito cornu ipsuz
principale carere principio demonstratur.
ita vt videat representare principium si/
ne principio: pm q erat deus pater cum fi
lio suo ⁊ spiritu sancto anteq̃z secula ince/
pissent. Non autem eo modo inscrutabi/
lis sunt: aut erũt nobis filius aut spiritus
sanctus

sanctus in operibus suis: siquid opera ipsa beatū sunt in illo seculo futuro in quo erimus ꝛ ipsi filij dei: sꝫ erit intellectus noster cōsumatus in reuelatione ipsorum: sicut de se ꝛ de spiritu sancto: filius ipse dicit. Joan. Multa habeo vobis dicere: sꝫ nō potestis portare modo: cum aūt venerit ille spiritus veritatis docebit vos oēs veritatem. Quia ergo nec tpalis natiuitas ptinet nisi ad filiū: nec tpalis spiritus santi missio vel effusio nisi ad spiritū sanctū: excepto in eo ꝙ vna est operatio triū pp ineffabile vinculū deitatis: nihilqꝫ ptinet ꝓprie ad psonā patris: qđ eternū nō sit. Jure pricipale cornu lutius est duobus: qꝛ nimiruꝫ patris eternitas cōmunis est filioꝛ spiritui sancto: tēporalia vero filij ꝛ spiritus sancti que ꝑscripsimus: ꝓpria sunt filij ꝛ spiritus sancti. Illud ergo inscrutabile est vt timeatur istud noscibile vt ameꝭ. Illud enīꝫ seruoꝝ est istud amatoꝝ. Nā ibi incōprēsibilis esse voluit: ꝛ hic cōprehēdi ꝛ agnosci. Ergo ibi principiū tēpoꝝ nullū: qꝛ diuinitas principio caret: hic finis inqsitionis in filio ꝛ spiritus sanctus in assumptis creaturis cōprehēdi ab hominibus voluerūt. Quia post cōsumationē operū suoꝝ qbus sunt in assumptiōe exibilis ꝛ humilis creature reuelari dignati sunt: seqtur eternitas seculoꝝ: que ꝛ ipsa inextimabilis est: sed secundū ꝙ dispositio cordaꝝ initiū ipsius vasis ꝛ finē esse demōstrat: integritateꝫ eius: ꝛ differentiā ꝓuidēter notamus: apparet ꝙ latitudo ipsa que est inter duo cornua inferiora opposita sint eregione sūmitati cornu pricipalis: nimiꝝ qꝛ sicut in cornu pricipali visus est pater incepisse opera sua: sꝫ nō sint filio ꝛ spiritu sancto: ita quāuis nō sint eodē patre ostendūꝭ simul in duobus cornibus cōsumare ea: ipsi in finibus seculoꝝ. Inde est ꝙ vetus testamētū videꝭ ꝓprie ptinere ad patrē: nouūꝫ ad filiū ꝛ spiritū sanctuꝫ. Et qm̄ sicut illa eternitas dei que erat ante ipsa secularia: principium nō habuit sꝫ principiū erat: ita ꝛ illa que post finem tēpoꝝ futura est: nō est habitura fineꝫ seculorum. Recte initium psalterij ꝛ finis acuminibus caret: ne qꝛ filius ꝛ spiritus sāctus fines cōsumatorios habuisse ostēsi sūt: fines etiā cōsumptorios: qđ falsum est habere putenꝭ. Sane in amplitudine spatij que est in exitu latioꝛ designaꝭ abūdantia bonitatis dei quā ostēdit nobis in filio ꝛ spiritu sancto: qui se prius ostenderat quasi dnīꝫ terribilē in seipso: qꝛ nō solū natura illa incōprehensibilis ꝛ eterna sine fine manet qđ est: verūetiā electoꝝ agmina cuꝫ ipso sint sine fine manebunt. Et bene ꝯsumatio totius operis in duobus cornibus data est: qꝛ nō nisi in fine seculoꝝ redimendum genus humanū filius ꝛ spiritus sanctus a patre visibiliꝛ missi sunt: qꝫuis aliter filius: aliler spiritus sanctus vt terroreꝫ quē ostēderat in seipso: in eis misericorditer mitigaret: ꝛ saluos faceret per clementiā: q saluari nō poterant in operibus suis. Qui cum eodēm filio ꝛ spiritu sancto: viuit ꝛ regnat in secula seculoꝝ. Amen.

¶ Explicit distinctio quinta.
Incipit Sexta.

NOn ē alienus a supradicto mysterio ordo cōmunis orationis: qui quottidie solet fieri in ecclesia Christi: quotienscunqꝫ cōpletis laudū solemnijs: eius clementiā postulamus. Nā semp inuocationem primā ad patrē facere ꝯsueuimus: excepto cū occurrit aliqd pro quo inuocatio fiat ad filiū: sicut in aduentu ipsius: ꝛ sicubi vt hoc fiat aliqua rationabili causa: vel ꝓprietas exposcit. Non inqꝫ preter ordinē rationis tā crebro istud fit in ecclesia Christi: nec preter misteriū vere fidei patrem in principio ꝑsonaliter inuocamus adiungētes circa finē. Per dnm̄ nostrum iesuꝫ xp̄ꝫ filiū tuum: ꝛ i fine: In vnitate spiritus sancti: qꝛ nequaqꝫ ita fieri in tot catholicoruꝫ ecclesijs ipsa que cunctis presidet: patereꝭ diuinitas: si magne cultus fidei ꝛ pietatis misteriū nō inesset. Ut igiꝭ tante fidei elucescat archanum: statuamus si placet in pri

mo cornu: orationis initiũ. Omnipotens sempiterne deus. Quesumus omnipotẽs deus: ꝛ his similia: ac deinde p cordaꝝ lineas orationis speciẽ pcurrentẽ in vltima cordaꝝ decẽ: extremũ versiculũ pferamus ita vt in scđo cornu incipiamus dicẽtes: p dominũ nostrũ iesuꝫ christũ filium tuuꝫ in tertio quo cõcludit in fine: in vnitate spiritus sancti: sicqꝫ oratione cõpleta cõfessio orthodoxe fidei in q̃ salus est oiuꝫ: psumet friuolum quis esse causabitur: nisi verba hec simpliciter dicta maiori auctoritate munimus. In omnibus scripturis veteris testamẽti ꝛ in oi illa serie tẽpoꝝ que ab Adam: vsqꝫ ad Joannem Baptistam longo annorum spatio decursa est inuenitur nomen diuinum: patriarchis ꝛ prophetis ꝛ cunctis fidelibus illoꝝ tempoꝝ fide solemniter innotuisse: nunq̃ꝫ tamen de coeterno dei filio q esset deus: sicut ꝛ pater nunq̃ꝫ hoc de spiritu sancto manifesta traditio patefacit: nisi in hac nostra tantum plenitudine tempoꝝ: qñ p semetipsum dei filius visitare dignatus est mundũ: ꝛ ꝛ pspiritũ sanctũ quẽ dedit nobis ad cõsumanda ea que ipse inchoauit: agenda. Nã q̃ꝫuis deus vnus ꝛ trinus semper esset qđ est: vtrũ tamen esset trinus: non nisi raris pfectis innotuit a principio: nomen vero vnius psone.i. dei patris: tam seruis q̃ꝫ amicis annunciatum est oibus.s. illis qui dei plebs dicebant: ne populus ille adhuc pro tẽpore rudis misterium trinitatis capere non sufficiens: vnius dei culturam iudeorum conuertere pluralitem. Quo circa considerare est: q infinita illa multitudo fidelium: q abiecta pluralitate deoꝝ: deum vnum viuum ꝛ verũ colendum esse dicebant: ꝛ si nec dum capere poterant misterium trinitatis in vnius tamen confessione dei ac domini non errabant qꝛ vere vnus est omnipotens: pius sanctus ꝛ verus habens in semetipso semẽ sanctum ꝛ vitam veram filium.s. ꝛ spiritũ sanctum de quibus non est facta veteribus manifesta locutio ad hoc vt horum singulos diceret esse deus: ne inciderent vt iam dixi in pluralitatem deoꝝ. Si enim puerili illi (adhuc pro tempore) populo proponeretur confessio trinitatis nullo modo posset capere: nisi diuisam: tresqꝫ magis diuisos q̃ꝫ vnum crederet deum verum: nec ei quis posset aliud verbo persuasibili itimare. Qꝛ igitur in illa confessione: iperfectio quidem erat: non error credere.s. vnum deum patrem ex quo oia: sed nescire eum habere filium ꝛ spiritum sanctum: tres vero deos dicere iniquuꝫ est: nec possibile ẽ pueris sensibus habere discretionem rationis inter vnitatem ꝛ trinitatem: positum est illis quasi pueris fũdamẽtũ fidei in vno deo. Nobis autem vt senioribus euo archanũ trinitatis mysterium patefactum est: nõ.s. a principio: sed i hac senili plenitudine tẽpoꝝ: qñ misit deus filium suum in mũdũ: illuminare his q in tenebris ꝛ vmbra mortis sedebant: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Hec igitur causa est: cur per tot preterita secula: vna persona tantũ ꝛ non etiam tota trinitas innotuit populo illi terreno ꝛ animali: ne nos.s. deum trinum: sed magis tres deos credere cogeretur: presertiꝫ cum paganoꝝ cultura in pluribus numeribus letaret. Sed neqꝫ qꝛ nesciebant archanum mysterium trinitatis: solum vt iam dixi: deum patrem coluisse illius temporis fideles credendi sunt: ꝛ nõ etiam in patre filium ꝛ spiritum sanctum: cum vna sit substantia trium: ꝛ maxime cũ frequens sit apud hebreos vocari trinitatem ipsam. Adonay ꝛ Eloym: sed manifesta tunc patris erat cõfessio: occulta filij ꝛ spiritus sancti. Qđ patenter de filio exprimit Esayas dicẽs. Domine quis credidit auditui nostro: ꝛ brachium domini cui reuelatum est? Et ascendet (inquit) quasi virgultum coram deo: ꝛ sicut radix de terra sitienti. Sic igit in principio sine principio erat deus pater cũ filio ꝛ spiritu sancto: nec tamen a mundi principio voluit reuelare brachium ꝛ charitatem suam: sed voluit occultare inextimabiles diuitias quas habebat apud se: vsqꝫ ad plenitudinem tem-

Luc.

Esa.

porum ⁊ fines seculoꝝ: filium. Suum q est
eius virtus: ⁊ eius sapientia: ⁊ spiritū oris
sui: qui eius ē charitas: ⁊ bonitas eius: ita
vt solis prophetis eos detegere dignaret:
qui ⁊ plura de eis p enigmata in suis volu
minibus locuti sunt. Jaȝ qui vellet ipa ora
cula colligere ex prophetis: grandi volu-
mine idigeret. Sed necesse non est: quia a
multis inuenitur digestum. At q̄ȝtumcun
qȝ esset illa manifestatio: nulla tamē foꝛ vi
sa est. comparatione eius que facta est in tē
pore suo. Tunc enim qꝫ esset deus filius: ⁊
deus spiritus sanctus: aliqbus quidem: nō
omnibus qui fiedm vnius dei videbantur
habere. Nunc autēȝ generaliter omnibus
illorum reuelatio facta est. Facta est aūt vt
iam dixi per visibiles creaturas: vt per ea
que facta sunt visibilia: illoꝝ inuisibilia no
sceremus. Quibus vȝ: creaturis visibilib⁹
a filio ⁊ spiritu sancto tēporaliter assūptis
consumatum est: vt iam dixi qd in acutis
cornibus designatur. Acuta quippe dece-
bat esse cornua: que has exhilitates duarū
personarum designant. Distinguendū est
autem inter primuȝ cornu ⁊ alia duo: ⁊ qd
habeat veritas: pro vt ipsa donauerit: inq-
ramus. Primum ⁊ principale cornu sic si-
bi videt esse proprium: vt tamē sicut supra
iam diximus: tanq̄ȝ fons ⁊ origo cōmune
appareat esse duoꝝ. Duo vero alia cornua
esse propria sibiīpsis: ipse quoqȝ extremita-
tes testantur: qꝛ nimiruȝ sic deus pater est
id quod est. vt tamen coeternum sibi dei fi
liū ⁊ coeternū sibi spūȝ sctū ad electos
ex seipso dign t mittere creaturas. Nō aūt
vnigenit⁹ dei filius sic ē id qd ē: vt suū mit
tat ad aliquem genitorem: aut spiritus
sanctus patreȝ ipsum a quo procedit: sicut
nec filiū cuius est spiritus: nisi in eo qd ho
mo est ipse filius: qꝛ nimirum pater sic est
deus: vt a nullo sit: filius vero sic est deus:
vt tamen non ex eo pater sit: sed ipse ex pa
tre: ⁊ spiritus sanctus sic est deus: vt tamē
non ab eo pater ⁊ filius sit: sed ab vtroqȝ
ipse q ⁊ si pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus
vnus sit deus: vnus dominus: vna ⁊ coe-
terna maiestas: solus tamen pater genitor
est: solus filius genitus: solus spiritus san-
ctus ab vtroqȝ procedens. Solus autē pa-
ter sic mittit filium ⁊ spiritum sanctum:
vt a nullo mittatur: ⁊ idcirco eterna pa-
tris diuinitas communis est filio ⁊ spiri-
tui sancto. Incarnatio vero filij: propria fi
lij est. Assumptio columbe vel ignis ꝑpria
spiritus sancti: ⁊ si vna sit operatio trium. Augu.
De hoc Augustinus in libro de trinitate.
Quamuis pater filium genuerit: ⁊ ideo fi
lius non sit qui pater est filiusqȝ a patre sit
genitus: ⁊ ideo nō sit pater qui filius: spiri
tusqȝ sanctus: nec pater sit nec filius: sed tā
tum patris ⁊ filij spiritus patri ⁊ filio etiā
ipse coequalis ⁊ ad trinitatis pertinēs vni
tatem: non tamen dicimus eandem trini-
tatem natam de virgine Maria: ⁊ sub pō-
tio Pilato crucifixam ⁊ sepultam tertio
die resurrexisse: ⁊ in celos ascendisse: sed
tantummodo filium: nec eandem trinita-
tem descendisse in specie colūbe sup Chri
stum baptizatum: aut in die penthecostes
post ascensionem domini de sono facto de
celo quasi ferretur flatus vehemētis ⁊ lin
guis diuisis velut ignis: sed tātūmodo spi- Actu.
ritum sanctum. Nec eandem trinitatē di-
xisse de celo. Tu es filius meus dilectus: si
ue cum baptizatus est a Joanne: siue i mō
te quando cum illo erāt tres discipuli aut
quando sonuit vox dicēs. Et clarificaui ⁊ Mat.
iterum clarificabo: sed tantūmodo patris
vocem fuisse ad filiuȝ factam: q̄ȝuis pater Joān.
⁊ filius: ⁊ spiritus sanctus sicut insepa-
rabiles sunt: ita inseparabiliter operentur.
Igitur nomen paternum quod principa-
liter ⁊ proprie patris est: filium ⁊ spiritum
sanctum a se non exclusit vtiqȝ quia ⁊ fili-
us pater dici potest: ⁊ spiritus sanctus pa-
ter dici potest: qꝛ vterqȝ creator: nunq̄ȝ āt
deus pater aut filius dr̄: aut spiritus alicu-
ius: Ur. n. rē satis similē i exēplū adducaȝ:
qꝛ dignitas pr̄iarchatus quā decebat si nō
peccasset Adā data ē Abrae: sic accipiēdus
est Abraam patriarchaꝝ primus: ac si pa
trem hominem non haberet: vt typum

dei patris retinere ꝑ oibus videat. Pri-
mus ergo patriarcha Abraam nullius pa-
triarche existimet filius: ꝛ apparebit quod
querit. Non aũt eo modo Isaac nullius est
dicẽdus filius patriarche quomodo Abra-
am: sed ita ẽ dicẽdus filius patriarche: vt
tamẽ ꝛ ipse sicut ꝛ Abraã patriarcha dica-
tur: ꝛ nihilhominus Jacob: sicut Isaac ꝛ
Abraã. Sic hic deus pater tñ: q2 a nullo ẽ:
filius vero: nõ tñ filius dicendus est: sed ꝛ
pater: ꝛ si dissimiliter: pater est tñ oiuz nr̃z.
Similiter ꝛ spiritus sanctus ꝑater dicen-
dus est; q2 ab illo renascimur. Quantũ igi
tur spectat ad creaturas: vnus deus pater
oiuz: pater ꝛ filius ꝛ spiritus sanctus. Quã
tuz ad deitatẽ: nõ filius: nõ spiritus sctũs:
sz solus pater: pater est filij: vnus. s. vnius:
ꝛ neuter eoꝝ habet pm̃. Quo circa ꝯsiderã
dum est: ꝙ in illa omni fecit temporꝫ: quo
deus vnus est pater oiuz: ꝑdicabat esse co
lẽdus: nõ solũ in hoc nomine persona pr̃is
in cultu illius populi permanebat: verum
etiã ꝛ filij ꝛ spiritus sancti. Quo circa nec
iniuriã facit filio: aut spiritui sancto: qui pa
trẽ primo loco ꝛ quasi specialiter inuocat.
Quia sicut laboriose ꝑbatũ est: quicqd sub
hac fide paterne impendit maiestati: inpẽ
dit etiã filio qui cõsubstantialis est patri: i-
pẽdit ẽt spiritui sancto: qui ꝯsubstãtialis ẽ
vtriq3: Cũ vero addit circa finez. Per do
minũ nostrũ iesum christũ filiũ tuũ: qui te
cum viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus san
cti deus specialia illa recolimus que de fi
lio ꝛ spiritu sancto in fine temporꝫ clarue-
runt: quatenus ꝛ in illa inuocatione quam
ad patrem facimus: excellentie differamus
diuine: dũ nos seruos inutiles: ꝛ dignos sup
plicijs cõfitemur: ꝛ tãdez confortati i xp̃o
qui nobis fieri ꝓximus dignatus est: ꝛ no
uissime in spiritu sancto esse nos ꝑ eos libe
randos ꝛ liberos gaudeamus. Hoc est eni
Joã. 8. illud qd̃ p semetipsam veritas dicit. Si mã
seritis in sermone meo: veri discipuli mei
eritis ꝛ cognoscetis veritatem ꝛ veritas li
berauit vos. Quis est enim qui manet in
sermone domini: nisi is qui patient expe
ctat quousq3 doceat eũ veritas: que est sapi
entia patris: ꝛ p eã puenia: ad spiritũ san-
ctum: de quo dicit apostolus. Ubi spiritus
dei: ibi libertas. Ubi est autez libertas: nisi
vbi dilectio? Est enim deus bonus: dul
cis: amabilis ꝛ suauis: ꝛ ab hoc qui a gno-
scunt illum: diligunt eum: ꝛ qui dili-
gunt liberant a timore: q2 perfecta charitas
foras mittit timorẽ. Scriptum est enim de
timore ꝛ sapientia in libro psalmoꝝ. Initiũ Psal.
sapientie timor domini. Antiquus autẽ de-
us timor ob reuerentiam dicebat: sicut le-
gitur dixisse Jacob ad Laban socerum suũ Gen.
Nisi deus patris mei Abrae: ꝛ timor Isaac
affuisset mihi forsitan modo nudũ me di
misisses. Et paulopost. Iurauit iacob ꝑ ti
morẽ patris sui Isaac. Dictus ẽ autẽ deus
timor: ꝑp illud qd̃ habetur in psalmo. Ue Psal.
nite ꝛ videte opera domini: terribilis i cõ
filijs super filios hominum. Intelligit etiã
timor nomine potẽtie: siue nomine timo-
ris: accipiẽdus sit proprie deus pater: sicut
nomine sapientie filius: recte principiuz sa
pientie confitemur timorem: q2 principiũ
filij pater est. Sicut autez timoris nomine
patrem sapientie filium: ita charitas nomi
ne: intelligimus spiritum sanctum. Sz qd
de charitate dicit apostolus. Plenitudo i
quit legis est dilectio. Quod si ita ẽ: liquet
ꝙ initium sapientie in timore est: finis au
tem in charitate. Sed hec tria noia: coia
sunt tribus psonis: ita vt nõ solũ pater: ti
mor dicẽdus sit: verũ etiã filius ꝛ spũs san-
ctus: q2 timendus est non solum pater: ve
rum etiam filius ꝛ spiritus sanctus. Et nõ
solum filius sapia: sz ꝛ pr̃ ꝛ spũs sctũs. Et
nõ solũ spiritus sanctus charitas: sed ꝛ pa
ter ꝛ filius. Hac i re queritur: nõ absurde:
lz ex parte aliqua superius dictum sit: eius
modi proprietate rationis pater timor: fili
us sapientia: spiritus sanctus charitas scri
ptura dicatur: ita cum dicitur. Initium sa
pientie timor domini. Et illud qd̃ superi Psal.
us dictum est: non filiuz intelligamus: nõ
spiritum sanctum: sed tantum patrem cũ
dicitur sapientia dei: actum est hoc vel illõ

nõ patrẽ:nõ spiritum sanctum: sed tantũ
filium intelligamus:⁊ cum dicitur. Deus
charitas est:non patrem:aut filium:ſʒ tan
tum spiritum sanctum:cum hec tria nomi
na cõmunia sint triuʒ omnium: ⁊ perfecte
conueniant singulis personarum. Causa
vero proprietatis que sit videamus. Deus
pater qui de nihilo cuncta creauit volens
ondere potentiã suam ⁊ incutere terroreʒ
hominibus ne peccarent:noluit a princi/
pio blande corrigere delinquentes:ſʒ terri
bili seueritate puniens multos:multorum
quoqʒ corda nimio timore ꝯcussit. Vñ sa/
ctum est:vt apud antiquos nescientes ali
ud nomẽ eius:vocaretur timor: nimirum
qꝛ timore ⁊ tremore ad eius notitiã trahe
bant. Proprie vero vnigenitus dei filius:
sapientia dictus est:quia noluit timore po/
tentie debellare superbos:sed sapientie do
ctrina ⁊ humilitate:superboꝝ colla calca/
uit. Sʒ ⁊ spiritus sanctus charitas dictus
est:qꝛ charitatem dei ⁊ proximi nobis ipse
inspirat:ita vt foras misso timore liberos
nos esse letemur:⁊ gloriemur in spe glorie
filioꝝ dei. Ergo qꝛ ĩ patre timore cogimur
sicut serui in filio erudiri ⁊ instrui q̃si disci
puli veritatis:in spiritu-sancto eripi a fla/
gellis:quasi omnino liberi ⁊ fideles amici:
non incongrue deo patri ꝓprie ascribitur
nomen timoris qui se per multa iudicia q̃
exercuit priusq̃ʒ filius veniret in mundũ
se se terribilem dominum cunctis mortali
bus demonstrauit. Sane sapientie nomen
ita videt esse positum in locis vbi filiũ tan
git:ac si a sapiente: qui tñ ⁊ ipse sapientia
sit exire videat:vt vʒ in hoc ipso manatio/
nis similitudo accipienda sit:quemadmo/
dũ si aqua oriens ex fonte dicat:fluuius si/
ue riuus:non ad hoc ꝙ aqua est:ſʒ ad hoc
ꝙ fluit:vel qꝛ deriuat p agros:aptus est ad
prata riganda. Nõ.n.ois aqua fluuius:sed
tñ aqua que fluit:⁊ fluens non tã supiora:
Iac. q̃ʒ humiliora rigat:nimirũ qꝛ deus super/
bis resistit:humilibus autẽ prestat gratiã.
Quo circa si aqua fluens sapiẽtiaʒ que est
Christus designat:⁊ aqua nõ superiora:sed
humiliora naturaliter petit: liquet ꝙ vbi
humilitas est ibi ⁊ sapientia ⁊ vbi superbia
ibi ⁊ contumelia. Inde vt vbi aqua scri/
bitur in typo Christi: plerunqʒ descensio/
nis mẽtio facta sit:vt eius humilitas intel
ligat:iuxta illud psalterij. Descendet sicut Psal.
pluuia in vellus: ⁊ sicut stillicidia stillãtia
sup terrã. Et in Esaya ex voce patris. Si/ Esa.
cut descẽdit imber ⁊ nix de celo ⁊ inebriat
terrã ⁊ germinare eã facit ⁊c. ita erit verbũ
qd̕ procedit ex ore meo. Porro vbi ortus
eius ex virgine designatus est:ascensus ma
gis ponit q̃ʒ descensus:ſm illud libri Ge/
neseos. Fons Ascẽdebat de terra irrigans
vniuersam supficieʒ terre. Significari ⁊.n.
in hoc fonte vnigenitũ dei:antiqua nobis Gen.
est patrum expositione traditũ. Spiritus
quoqʒ sanctus idcirco ꝓprietatẽ quandaʒ.
Charitas dictus est:qꝛ Charitas nõ ꝓprie
ad vnũ dr̃:ſʒ ad plures. Omnis.n.qui bñ
diligit alterũ diligit nõ seipsum :qꝛ minus
q̃ʒ inter duos Charitas esse nõ potest: ⁊ si
dicat in ꝓprie de quibusdã. Erunt homi/
nes seipsos amantes. Nam ⁊ si hoc de car/
nali amor: quo quomodo dici posse videa
tur:ſʒ nõ de illo amore qꝛ q a distinctione
huius amoris. Charitas dictus est. Mani
festa est .n. apostoli sententia qua de hac
dilectione que charitas appellata est dicit.
Charitas nõ querit que sua sũt. Hec ergo
dilectio ad alterum tendit:⁊ in quo ad al/
terũ tendit:⁊ ab altero ad alteruʒ ꝓcedit.
Sicut ergo filius dictus est ad aliquid : sa
pientia pro eo.s.ꝙ missus est a patre doce/
re homines fidẽ dei:⁊ illuminare oẽʒ ho/
minẽ venientẽ in hunc mundũ. Sic ⁊ spi
ritus sanctus ꝓprietate quadã dictus est Joã.1.
Charitas:illa vtique qua ad nos missus ẽ
vt nos quoqʒ faciat diligẽtes : iuxta illud
apostoli. Charitas diffusa est ĩ cordib⁹ mi/
sericordie p spiritũ sanctum qui datus est
nobis. Ceteꝝ qd̕ ad se spectat substantiali/
ter dici potest sapientia non tñ filius : sed
⁊ pater ⁊ spiritus sanctus. Et substantiali/
ter dici potest Charitas nõ modo spiritus
sanctus:ſʒ ⁊ pater ⁊ filius:qꝛ ⁊ si homines

qui docetur:⁊ amanť:nõ essent: nihilomi/
nus tñ in se deus semp charitas:semper sa
pientia esset. Quia vero multo tẽpore exer
citatur homo in labore ductus spiritu ser/
uitutis priusq̃z imbutus sapientia perue/
niat ad libertatẽ amoris recte nomẽ pater
num ad qđ specialiter pertinet timor lõgo
prius tempore humane innotuit creature
ad vltimum vero nomẽ filij ⁊ spiritus san
cti:ne prius mittereť filius dei ad redimẽ/
dos eos qui erant sub lege:q̃z tempoꝝ ple
nitudo preiret:⁊ prius darẽtur hoibus do
na spiritus sancti q̃z fundati in virtute hu
militatis:discerent humilibus consentire.
¶ Tria certe data sunt nobis instra vir/
tutum:quot quot iubẽte deo ad pfectionẽ
vocamur. Et hoꝝ quidẽ iã supra mẽtionẽ
fecimus:sed tñ in hoc loco data occasione
misterij plenius est dicẽdũ de eis: siue q: il
loꝝ similitudines ptinent ad summã illaꝫ
trinitatẽ que operatur oia in oibus ꝺm cõ
siliũ voluntatis sue:siue q: ipsa tria instru/
mẽta cõueniũt sigillatiꝫ tribus ordinibus
electoꝝ qui ad imaginẽ dei creati sunt. Ho
rum primũ est opus manuũ. Secũduꝫ stu
dium lectionis. Tertiũ psallendi orãdiq̃z
deuotio. In actionis obtinẽtia: timor do/
mini. In lectionis studio sapientia. In ora
tione ⁊ pfessione operať dilectio. Tenemur
obedire pp timorẽ qui est pater. Tenemur
legere pp sapientiã que est xp̃s. Tenemur
dicis siue regis: nec istud tamen dicentes:
in illa superna ciuitate pugnas ⁊ terrores
⁊ disciplinam inesse fatemur: sed quia in
hac peregrinatione posita sic in suis parti
bus nominatur. Unde apostolus. Unicui
qꝫ nostrum data est gratia ꝰm mensurā do
nationis Christi: propter quod dicit. Ascē
dens altum captiuam duxit captiuitatem
dedit dona hoibus. Et ipē dedit quosdaꝫ
qdē aplos: q̄sdā āt pphetas: alios vero euā
gelistas ⁊c. Et hoc quidē dum sumus in
in hac vita. In patria vero non sic: sed ta
men quasi sic: quia ⁊ si pugna desinat: vnus
quisqꝫ tamen collocabitur in mansione cō
grua sibi vt recipiat mercedem propriam
ꝰm suum laborem. i. apostoli cum aposto/
lis: martyres cum martiribus: doctores cū
doctoribus: virgines cum virginibus: con
uentuales cum conuentualibus. Ut autē
incipiamus a parte orientali sequentes or/
dinem quatuor animalium. Prima rela/
tio est patris ad filium. Secunda domini
ad seruos: siue vt seruitutem ipsam expri
mamus: ad milites. Tertia magistri ad di/
scipulos. Quarta sponsi ad sponsam: siue
amici ad amicos. Sane quinta relatio re/
gis est ad regem seu iudicis ⁊ rectoris ad
plebem. Ipsius est enim principaliter iudi
care plebem suam qui creauit illam: sicut
⁊ paulus dicit. Omnes astabimus ante tri
bunal christi. Et ipsius est eligere de ipsa fa
milia quos faciat iudices aliorum. Qꝛ igi/
tur omnipotens deus pater ē: ⁊ dominus
⁊ magister ⁊ amicus: siue sponsus ⁊ iudex
recte cum vnus sit: multipliciter tamē di
citur ⁊ intelligitur non quo ad se: sed quo
ad alios. Sꝫ si hoc querit̄ cur nō i singula
porta in singula pte vrbis: sꝫ tres: nisi qꝛ nō
solum pater dicendus est pater quo ad fi/ Psal.
lios adoptiuos: de qualibet dicitur. Ego
dixi dij estis ⁊ filij excelsi oēs: verumetiam
⁊ filius ⁊ spiritus sanctus. Et non solum
pater dicendus est dominus aut magister:
aut amicus: aut iudex siue rex: verumetiā
⁊ filius ⁊ spūs sanctus. Sicut. n. non solus
Abraam dictus est patriarcha ⁊ pater filio
rum Israel: verumetiam Isaac ⁊ Jacob
ita non solus pater dicēdus est pater chri/
stianorum omniumqꝫ fideliuꝫ: verumetiā
⁊ filius ⁊ spiritus sanctus: Inde est quod
quatuor animalia: que significant quatuor
ordines istos: clamant vna voce. Sanctꝰ: A.po
sanctus: sanctus dominus deus omnipo/
tens: quia in singulis quatuor partium ci/
uitatis operata est ⁊ operatur tota trini/
nitas opera sua dum adhuc peregrinatur
in terris: alij impartiendo prerogatiuam
fidei: alij sermonem sapientie: alij sermo/
nem scientie: ⁊ his similia. Non est au/
tem dictum de sede quot ⁊ ipsa clama/
ret: Sanctus: Sanctus Sanctus: si/
cut quattuor Animalia: quia illa aperta

habent ora ad predicandum: isti sufficit credere ꝙ ita sit: ⁊ ꝙ in ipsa quoqꝫ maneat misterium trinitatis. Manet .n. in ipsa: qꝛ cum ipsa cõtinet sub vrbana ⁊ vici manet in qualibet quatuor partium: qꝛ inquolibet ordine iustorꝫ: alij sunt qui plus valent in operibus: alij qui preeminent in doctrina: alij q plus valent in oratione ⁊ psalmis. Qꝛ ergo plus valent in opibus bonis habent specialibus imaginem patris: qui in doctrina imaginem filij: qui in oratione imaginem spiritus sancti. Si ergo quinqꝫ sunt turme iustorum: que constituunt supnam illam ciuitatem Hierusalem quatuor s. speciales ⁊ vna generalis: ⁊ in singulis distinctio quedam est: qua discerni queat: inter generalē ⁊ alias partes vrbis proprietate doni: ⁊ in ipsis quoqꝫ inter alios ⁊ alios distiguit similitudo trinitatis: liquet ꝙ qndecim sunt pfectiones ipsius verbis ſm ꝙ ⁊ quindecim de eade psalmorꝫ ⁊ quindecim gradus. Ipse quoqꝫ quindecim perfectiones in quinqꝫ portionibus coartant: ſm ꝙ in quinqꝫ trigenarijs psalmorum totum psalterium comprehensum est. Et qꝛ quinque perfectiones videntur ſm similitudinem pertinere ad patrē quinqꝫ ad filium: quinque ad spiritum sanctum: liquet ꝙ vnus qnquagenarius psalmorꝫ ascribendus est patri: alius filio alius Spiritui Sancto.

De proprietatibus donorum que collata sunt ad aliquid singulis ordinibus.

SEd ad huc manet questio: quare in parte oriētali operatur deus quasi pater: in occidentali: quasi magister: in aquilone quasi dominus: in meridie quasi amicus: in corpore ciuitatis quasi iudex in parte orientali que pertinet ad seniores ⁊ prelatos ecclesiarum qui ⁊ patres christianorꝫ dicti sunt: iure deus pater extimandus est pater: non modo qꝛ pater est vnigeniti sui: sed qꝛ pater est omnium nostrum: ⁊ quia ab eo omnis paternitas in celo ⁊ i terra nominatur. Scriptum quippe est. Ego dixi dij estis ⁊ filij excelsi omnes. Nō modo autem vt iam dixi: ipse solus quo ad electos dicendus est pater: verumetiam ⁊ filius ⁊ spiritus: sctūs quia nō in solū patrē credimus: sed ⁊ in filium ⁊ in spiritum sanctū nec in solius patris nomine baptizati sumus: sed in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. Non enim possent apostoli dici patres christianorꝫ: si non essent ipsi principaliter filij dei patris. s. ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. Et qꝛ gradus iste ſm ea que suprascripsimus: primus ē: recte in hac parte vrbis patrem se exibet potiusqꝫ dominum pius deus: quia qui iam etate ⁊ moribus senes sunt: confidentia digni sunt: nō timore: ⁊ veneratione nō iniuria dicente apostolo. Seniorem ne increpa sed obsecra vt patrē. Et qm̄ ipsi prelati qui ⁊ seniores: principes sunt populi dei: recte pars illa ciuitatis ꝗ pertinet ad eos ab oriente posita esse dicitur: quia in oriente est quodammodo principium orbis: ⁊ inde expectant luminaria celi. Quia vero sicut pars orientis ascribit apostolis ⁊ prelatis ecclesiarꝫ: ita pars aglonis diaconibus ⁊ martiribus recte in parte ipsa dominus extimandus est deus: qꝛ timendum est eis ne violentia flagellorꝫ perdatur fides: perdatur veritas: perdatur amor ⁊ negetur deus trinus ⁊ vnus: q potest animaꝫ ⁊ corpus perdere in gehennā. Quia enim timorē incutit dn̄m se esse ostēdit: ⁊ vtiqꝫ terribilē in cōsilijs super filios hominum. Pars autem occidētalis de iure ptinet ad doctores: quia eis summa humilitas necessaria est. Est autē vera humilitas extrema queqꝫ respicere ⁊ contraria eius sentire: qui videt omne sublime. Non enim possunt nutrire paruulos lacte: si nō coinfirmatur infirmis: vt efficiantur ⁊ ipi quasi paruuli in medio eorum: non attendentes in ipsis paruulis quid debeant: sed quid possint. Ut autem hoc scirent doctores quibus citra ista incumbit: fecit hec ille qui ex voluntate patris cooperante spiritu sancto factus est paruulus cum esset

Psal.

Psal.

magnus

Mat. magnus vt iueniret multos paruulosquorum esset magister: sicut postea ipse demōstrauit: cū dixit. Confiteor tibi pater domine celi ꝛ terre qꝛ abscondisti hec a sapientibus ꝛ prudētibus ꝛ reuelasti ea paruulis. Paruulus ergo factus est dei filius vt eēt magister paruuloꝝ: quatenus ꝛ ipsi adiscerent qualiter deberent fieri alioꝝ paruulorum magistri. Quod si pater reuelauit paruulis archana mysteria: ergo ꝛ ipse magister est: ꝛ maxime cuꝫ filius dicat. Mea doctrina non est mea: sed eius qui misit me. Sꝫ ꝛ spiritus sanctus magister est: qꝛ ꝛ de

Joan. eo filius ipse dicit. Multa habeo vobis dicere: sed nō potestis portare modo: cū aūt venerit ille spiritus veritatis: docebit vos oēm veritatem. Quod autem dicit filius: Patrem nolite vocare vobis super terrā: vnus est enim pater vester qui in celis est: nec vocemini magistri: qꝛ magister vester vnus est christus: non propterea excluditur filius quin ꝛ ipse credentiuꝫ pater sit: nec pater quin sit ꝛ ipse magister: sed vsus est scripturarum sanctarum: vt hoc aliqñ dicaṫ vnus qd̄ sunt simul tres: vt deus pater. Sapientia filij: charitas spūs sanctus. Qꝛ ergo docet pater: docet filius: docet spiritus sanctus: restat vt singulus magister sit ꝛ simul tres: vnus magister. Pars autē meridiana ptinet ad ꝯtemplatores qui calescunt gratia spiritus sancti ad amādum deum. In qua vꝫ parte amicum se deus omnipotens liberis mentibus a seruitute timo

Philo. ris exibere dignaṫ teo ꝙ diligat ipē diligētes se ꝛ honoret eos q se honorāt ꝛ ostendat illis seneta sapientie sue. De illis enim

Psal. spetialiter dictum est. Filij autē hoīum in tegmine suo alaꝝ tuaꝝ sperabunt: inebriabunṫ ab vbertate domus tue: ꝛ torrēte voluptatis tue potabis eos. Corp⁹ vero ciuitatis ptinet ad vniuersalem ecclesiam que est sedes dei: in qua sedet deus omnipotēs ad exercenda iudicia sicut scriptum est in

Psal. psalmo. Sedisti super thronū q iudicas iu

Psal. stitiam. Et in alio loco. Sedes tua deus in seculū seculi: virga directionis virga regni tui. Igiṫ q sedet in sede rex est ꝛ iudex. Rex vtiqꝫ ad regendum: iudex ad iudiciū faciendum faciendum. Regis est enim facere iudicium. Ergo ꝛ sancti q pertinētad hanc sedem iudices erunt hominum ipiorum. Quare autem magis ipsi? Qꝛ igne zeli dei magis accensi sunt. In quinta ꝛ eniꝫ ascensione datus est ille q apparuit i igne. Non est auteꝫ huius loci de hoc igne diutius disputare: qꝛ grandi sermone indiget ꝛ mora multa: legat qui vult expositioneꝫ huius ignis in quinta par e libri apocalypsis in qua sicut ego puto sufficiēter de hoc igne ꝛ de quinqꝫ ascensionibus istis tractatum est: Uerumtamen ꝛ hic ꝛ alibi notari diligenter oportet: ꝙ ecclesia ista cōis q̄ designaṫ in sede: ꝛ hꝫ aliquid prima est: ꝛ hꝫ aliquid vltima. Prima quo ad columbaꝫ: vltima quo ad ignem: nimirū qꝛ ꝛ aliqui sunt in ea qui iudices futuri sunt: ꝛ aliqui ꝯtinentur sub ea qui a sanctis qui sunt in ipsa iudicādi sunt. Ut aūt que sparsiꝫ locuti sumus reducamus in summā: ꝛ nomen magistri perficit humilitatē: ꝛ nomen dñi patientiā: ꝛ nomen patris fidem: ꝛ nomē amici spem: ꝛ nomen iudicis zelum. Ipse sunt quinqꝫ ille virtutes de quibus superius locuti sumus. Sed si ordo laycoꝝ pertinet ad vicos: ordo clericoꝝ ad sub vrbana monachoꝝ ad vrbeꝫ: quid ad eos pertinet de gradibus alioꝝ? Quindeciꝫ sane turme esse noscunṫ: que tñ pp ea que dicta sunt de sacro mysterio trinitatis: coartanṫ in tres: ꝛ vna queqꝫ trium turmarum hꝫ sigillatiꝫ quinquagenarium suum: Qd̄ si ita est: qd ad primā turmā de quindeci denarijs ꝯstitis? Sed sciendū est ꝙ sicut qndecim sunt turme in vita ista: ita quindecim sunt quasi decade dieꝝ que peragende sunt: ꝛ qui plus currit: citius pgit: Quis est auteꝫ qui plus currit: nisi qui seruētius operaṫ opus dei? Et quāuis dictum sit. Non volentis neqꝫ currentis: sed miserentis est dei: non id o tñ precurrere non est vtile: qꝛ ibi arguitur cursus superboꝝ: hic cōmendatur cursus metuentium dominum: quumuis qui vi

Gen. cinior est dicendu⁊ magis q̃ qui plus cur
rit: q² Jacob: nõ q² magis cucurrit: sed q²
prope erat: fecit cito quod iussit mater ⁊ be
nedictionem accepit. Liquet autem ꝙ vi
cinior est deo qui contemplatur: q̃ qui ex
terius operatur. Quia quanto quisq; pro
fundius pergit sequens ac peragens nego
tia mundi tanto magis elongatur ab eo: q
mentibus liberis presto est. Cum baptiza
tur homo: quasi centum quinquaginta die
tis videtur longe esse a patria. Cum effici
tur clericus (si tamen dignus est:) quasi cē
tum. Cum efficitur monachus quasi quin
quaginta. Primus ergo longius distat tri
bus iubileis. Secundus duobus. Tertius
vno: q̃uis nonnunq̃ qui cōsistit in primo
gradu currat velociter ⁊ precurrat ad pal
mam: dimittens post se eos qui preire vi
debantur: ⁊ primus preueniens in regnu⁊
dei. Uerum hoc non semper sed aliquan
do. Hoc enim speciale est: illud generale:
Que autem specialia sunt nequaq̃ genera
libus preiudicium faciunt. Sed quis est q
ita currit nisi qui videtur esse in primo gra
du ⁊ cito rapitur ex eo ad tertium vbiq;
proficiens ⁊ perficiens opus bonū: nesciēs
vt ita dixerim moram facere in eundo? Ce
terum si de illis agitur qui l⁊ vinculis secu
li prepediti: voto tamen ⁊ desiderio contē
dunt intrare per angustam portam ⁊ acq
rere sibi locum in ciuitate. Dicimus ꝙ il
li coniugati qui tales sunt: monachi sunt ĩ
primo gradu: clerici in seculo: soli autem q
Nota ⁊ hoc dicuntur in tertio. Hac in re diligen
tius conuenit intueri: qui in tribus iubile
is annorum significantur tempora trium
statuum de quibus que deus dederit in se
quenti loquemur. Et videmus ꝙ popu
lus primi status qui in vita floruit coniu
gali: ⁊ non satis spiritualibus pennis deco
ratus sit: quasi cētumquinquagita annis. i.
15. denarijs annorum ſm id quod signifi
cant: oportet illos expectare vt perueniāt
ad diem illum vltimum in quo generali
ter omnes electi peruenient ad regnum
dei. Ordo clericorum secundum aliquam
sui partem: in hoc secundo statu claruit
in castitate quasi centum annis: hoc est
duobus iubileis: qui faciunt decem de
narios in itinere manet: quia oportet illos
pertransire secundum ꝙ tertium statū an
teq̃ videant diem illum. Ordo vero mo
nachorum: non eorum dico qui alterius
causa misterij cucurrit hactenus simul cū
ordine clericorum. sed eorum qui imperfe
ctiori vita aut incepit iam in aliqua parte
orbis. aut incipiet cito qñ ⁊ israel conuer
tetur ad deum: sicut non remanet nisi ter
tia pars itineris non ſm annorum numeꝝ
dico: sed ſm misterium: q² ⁊ si cōsumatus
in breui complebit tñ tempora multa: ita
oportet eum operari in triplum: vt quod
ordo primus compleuit in tribus iubileis
iste quasi vir compleat q̃ deuote in vno.
Sunt autem vite septuaginta annoꝝ trāſ
migrationis babylonice obseruat annua
tim ecclesia septuagesimale misteriu⁊ ad si
gnificandum: ꝙ significant anni illi: hoc
enim significant illi anni qđ isti dies: ita ⁊
nos hic extimere oportet dies quinquagi
ta quasi annos penthecosten. i. quinquies
decem ⁊ quindecim dies: quasi annos qn
decies decem: vt ad similitudinem miste
rij peruenire possimus. Sed dicit aliquis.
Si ego ſm ordinem meum ad viros per
tineo: non ad vrbem: qđ vel mane vel me
ridie vel sero mihi ⁊ vrbi: qñ quidem non
mihi in ciuitate sed in vicis possessio data
est. Sed si hoc questio nulla. Si ciuis hie
rusalem esse non vis ſm dignitate⁊ dico:
non ſm cōem patriam: ⁊ habuit inter mi
lites portionē: nihil in causa. Sed agit de
eis qui volunt: cupiunt ⁊ suspirāt: qui li
benter vēditis omnibus requirunt Chri
stum: sed tñ quibusdam obstaculis detinē
tur de quibus ⁊ quesitum est: vtrū possint
⁊ ipsi habere societatem in regno cu⁊ illis
qui omnia reliquerunt: ⁊ aliquid cū san
ctis habere cōe. Quesitū est inq̃ ⁊ inuētū
est: ⁊ ꝙ hoc sit possibile si tñ in eadem vo
luntate persistant ⁊ faciant id qđ possunt: Apo.
aut qđ possibile iudicatur multis inditijs

ostensum est: Diximus enim ꝙ ille qui in tertio gradu monachus ē: quasi quinquaginta dietis distat a ciuitate: ille qui in secūdo quasi centum: qui aūt in primo: quasi centum qnquaginta. Non eniꝫ loquimur hic dicētes de rara illa pfectione sanctorū: que per paucis concessa est: ⁊ pertinet ad eos qui totum psalterium persoluebant in die: sed de eo qđ multorum cōe est. Uno si quidem die totum psalterium persoluere: est in vna qualibet etate conuerti ad dn̄m ⁊ mox absq; dilatione dissolui ⁊ esse cum christo. Igitur ⁊ si numerus iste tam celebris ⁊ tam perfectus in celesti illa ciuitate Hierusalem venerabilis sit: nihilominus tn̄ ⁊ in hac peregrinatione ſm cursum tēpoꝝ ⁊ annoꝝ certis seculoruꝫ metis distinctus repit: ſm queꝫ currendū est ⁊ agēdū vt ad illam supernam Hierusalem peruenire possimus: in qua non qui prius nascitur aut prius incipit: sed qui citius currit ſm deum obtinet primū locuꝫ: ita vt multi sint ibi primi nouissimi: ⁊ nouissimi primi. Sed de hijs in sequentibus. De perfectione autem istorū numerorum illud nō est pretermittēduꝫ ꝙ sicut tricenarius numerus pertinet ad trinitatem que deus ē: ita centesimus quinquagesimus ad supplementum virtutum plenitudinem eorum: que de summa illa: nā ⁊ vocabulis psonaꝝ relatiōe vel essentialr̄ sentiēda sunt ita vꝫ: vt tota sūma istius nūeri nisi in qndeciꝫ pfectionibus quas designant denarij pstringatur: ⁊ q: qnqꝫ sunt: vt sepe diximus virtutes geneerales: qnquies quodāmodo inuocanda est in eis trinitas deus: quatenus ipse q est summus magr̄ operet in nobis humilitatem ipse q est magnus dn̄s: opet in nobis patientiā dum timet ipse potius q̄ꝫ tormēta carnificū: ipse qui est verus pater opetur in nobis fidē: ipse qui est benignus amicus operetur in nobis spem: ipse qui est iustus iudex operetur in nobis zelum suum faciens nos odire vitia ⁊ amare virtutes. Igitur tricenarius numerus qui constat ex tribus decadis ad fidem ptinet trinitatis: centesimus vero quinquagesimus: qui constat ex quindecim: ad perfectionem virtutum. Si autem ſm ea que supra scripsimus ad ordinem laycoꝝ denarius pertinet ad ordineꝫ clericorum vicenarius: tricenarius ad ordinem monachorum: qđ est in quindecim denarijs cōsumare psalterium nisi pedetentim ⁊ cum deliberatione ascendere de virtute in virtuteꝫ: ⁊ ire quodammodo de egypto in desertum ⁊ non sint dilationis spatio de deserto (vt ait scriptura) in terram desiderabilem lacte ⁊ melle manantē: Porro abraam nō fecit sic. Sed mox egressus de egypto ascendit in montem significans eos q de vita seculari transeunt ad monastichaꝫ vitam: ꝙ autem filij israel ascenderunt de egypto in heremū ⁊ facta ibi aliquāta mora: de heremo ad terrā fertilē in mōtibus vberibus constitutā: significat eos qui de habitu seculari transeunt ad cleꝝ: ⁊ de clero ad monastichā vitā: ꝙ aūt abbraam ex eo tpe quo ascendit ex egypto semp māsit in montanis: significat eos qui a pueritia sua dedicant dn̄o ⁊ tres quodāmodo dietas coangustant in vna: qui ergo pōt puenire vsq; ad gradū istuꝫ: q̄ꝫ sit laudabile ⁊ amabile: ex hijs que dicta sunt itelligi potest qui nō potest peruenire vsq; ad istum: ⁊ potest perficere in secundo gradu: non debet paruipendere aut negligere: q: qui bene ministrat: bonum sibi graduꝫ acquirit: qui vero ⁊ hoc non potest maneat vel in primo vt habeat vel sero partem in resurrectione prima. Gen. Apoc.

❡ De illis laycis siue clericis qui non habent voluntatem reilnquendi omnia ⁊ sequi Christum.

Quia de tribus ordinibus electoruꝫ quorum alij corpore ⁊ animo monachi sunt: alij saltem animo ⁊ affectu eo ꝙ voluntatem habeant relinquendi oīa ⁊ sequi Christum: non inutilis questio ⁊ sic cōdensa satis; ⁊ multiplex in suis propo

tionibus mota est:ad eiusdē questionis sar
cinā spectare videt̄.Quid ꝺ illis laicis aut
clericis sentiendū sit:qui non habent vo/
luntatem relinquēdi oia ⁊ sequi christuꝫ:
sed in suis ordinibus facere bona que pos/
sunt.Non enim ad eos pertinet aliqua illa
rum pfectionum : que solis desiderātibus
⁊ sepe suspirantibus ꝯcesse sunt:qꝛ q nō q̄
rit nō petit:non pulsat:non reputat: nō af
fectat:pene alienum se cōstituit a iubilatio/
ne psalmorum.Sed quid?Nuꝫ hi q tales
sunt:desperandi sunt a salute?Absit.

¶De differentia meritorum.

ALia est enim causa que facit differen
tiā inter reprobos ⁊ electos:alia que
inter eos q iudicabunt:⁊ saluabunt: ⁊ eos
qui non solū saluabunt: verumetiam iudi
ces erunt.Alia que inter iudices ⁊ iudices
distantiā facit vt vnusquisqꝫ propriā merce
dem accipiat ꝯm suū laborem. Non enim
par est causa glorie eius qui a pueritia ser/
uit deo in monasterio:⁊ eius qui tunc ve/
nit ad illud:cum sibi iā ex necessitate cruci
fixus est mundus:excepto si ꝯuersus puer
superbe ac negligenter viuit:ꝯuersus vero
senex humilis esse incipit ⁊ subiectus re/
diens ad simplicitatem ⁊ innocentiā pue/
rorꝫ.Sed hoc aliquando ⁊ si raro contin/
gat.Qꝺ si par est studium ꝯuersationis il/
lius qui venit mane:⁊ eius qui meridie ⁊
q sero venerunt?Nunqd non ille retinet
primum locum qui venit mane.Secundū
qui meridie.Tertium qui sero venit?Om
nes ergo conueniunt ad vnum ꝯuiuium
ad quod omnes suspirauerunt:sed qui ma
gis concupiuit:cucurrit ⁊ precucurrit: ipe
occupat:(vt ita dixerim)altiorem locum:
quē vacuū a sessore inuenit. Ceteri autē q
secuti sunt eum:ordine quo venerunt : se/
derunt.Magna enim oportet esse merita
que preferant iuniorem priori iuxta illud.
Qui se humiliauerit sicut paruulus iste:
hic maior est in regno celorꝫ. Siue ergo
in pueritia impleat homo exortationem il
lam de qua dicitur.Si vis perfectus esse:
vende omnia que habes ⁊ da pauperibus.
⁊ veni sequere me: siue in iuuentute : siue
in senectute: nil obstat ad obtinendā beati/
tudinem illam de qua dicitur.Beati sunt
serui illi quos cum venerit dominus : in/
uenerit eos vigilantes.Amen dico vobis
ꝙ precinget se ⁊ faciet illos discumbere: ⁊
transiens ministrabit illis.Nil inqꝫ obstat
eis ad hanc btitudinē obtinēdā: sed tñ iu/
stus est dominus: vt qui plus digne labo/
rat in vigilando:plus mercedis accipiat ī
aduentu ipsius.Omnes ergo erunt ī vna
mansione:quotquot vnius sunt voti ⁊ vni
us propositi:sed tamen vnusquisqꝫ vt iam
dixi:propriam mercedem accipiet ꝯm suū
laborem siue prius veniat siue non. Cete/
rum si de illis agitur qui semper volunt
manere in seculo ⁊ esse subiecti deo sicut fi
deles cum vxoribus ⁊ filijs suis:aut de il/
lis clericis qui nolunt ingredi conuentuꝫ
eorum qui communiter viuunt:sed volūt
vti libertate sua: acquirere non habita ⁊
habita simpliciter possidere : ⁊ tamen pro
ordine suo bene viuere:manifestū est: ⁊ de
eis supra memorata sententia veritatis qua
dicitur.Mandata nosti:serua illa ⁊ viues.
Non(inquit) occides : non mechaberis:
non furtum facies: non falsum testimoni/
um dices ⁊c. que ibi sequuntur . Quod si
queritur quid differat inter tales coniuga
tos ⁊ caste viuentes : sed; tamen facientes
voluntatem propriam ⁊ proprietatem ha/
bentes ⁊ inter istos ⁊ eos qui reliquerunt
omnia ⁊ seipsos vt sequantur christum.Fa
teor quantum differt inter rusticos ⁊ bur/
genses ⁊ ciues.i.quantuꝫ differt inter eos
qui sunt obnoxij seruituti: ⁊ eos qui liberi
sunt:sed non habent seruos: ⁊ eos qui pro
nobilitate stirpis sue seruorum ⁊ familie do
minantur.Et quidem magnum est esse ci
uem israel ⁊ inter filios regni dominari: ⁊
regnare cum christo:sed tamē respectu eo/
rum qui extra sunt:beatum est manere vel
in vicis ipsius . Scriptum quippe est de Apo.
ea ꝙ per omnes vicos eius cantabitur al/

leluia. Habet enim ciuitas illa suburbana:
ꝛ vicos non situ locorum extra vrbem di-
sposita: sꝫ differentia dignitatuꝫ: inde ē qd
Caleph qui erat inclitus in tribu iuda: da-
ta sunt sub vrbana hebron: leuitis aūt da-
ta est ipsa ciuitas: qui sunt enim leuite qui
non hñt hereditatem inter fratres suos: ni
si hij qui pro deo omnia reliquerūt. Sane
pricipes iuda sacerdotes illos diaconesqꝫ
significant qui licet non relinquāt omnia
sua: eis tñ honeste ꝛ rationabiliter vtūtur
querentes qu ad pacem sunt gentis sue ꝛ
salutem populi sui israel. Pro illis ergo q
mistice pertinent ad vicos: dictum est: de
Apoc. ciuitate illa celesti: per omnes vicos eius
cantabitur: alleluia. Pro illis qui ptinent
ad suburbana: qui bene (ait) ministrat: bo-
num sibi gradum acquirit. Pro illis qui p
Psal. tinent ad vrbē: dicit psalmista. Beata gēs
cuius est dñs deus eius populus quem ele
git in hereditatem sibi ꝛ illorum quidem
qui pertinent ad vicos ꝛ non habent in p
posito ꝛ voluntate transeundi ad vrbem:
proprium est operari vt habeant vnde tri
buant necessitatem patientibus. Nec miꝝ
valde enim pauci sunt iter eos qui literas
sciāt: maxime diuine auctoritatis: eo ergo
magis debere intenti esse labori ad susten-
tationem indigentium: quo nequeunt le-
gere ꝛ cātař deo. Seu qꝛ graui sarcina cu-
re familiaris premuntur seu qꝛ literarū ele
menta non norunt. Similiter ꝛ eoruꝫ qui
pertinent ad suburbana ꝛ non est eis cure
edificare sibi domos in ciuitate: proprium
est legere ꝛ docere vt possint esse parati ad
respondendum hijs qui se interrogant: q
bus ꝛ obligati sunt: vt pote qui ab eis acci
piunt vnde temporaliter viuant: decimas
ꝛ primitias ꝛ oblationes gratuitas. Eoruꝫ
vero qui pertinent ad vrbem: proprium ē
Psal. psallere ꝛ orare vt reddant deo vota sua q̄
distinxerunt labia sua. Tres ordines istos
videbat propheta ingressuros in regnum
dei: quando ex voce omnipotentis dei lo-
quebatur dicēs. Abies ꝛ buxus ꝛ primus
simul venient ad ornandum locum sancti
ficationis mee in horum typo magi veniē
tes ab oriente obtulerūt deo aurum thus
ꝛ myrreꝫ: qꝛ vero psalmodia propria mo-
nachorum est: qua ratione tricenarium nu
merum monachis attribuimus: sicut vice
narium clericis denarium coniugatis: qui
cupiunt ꝛ sperant pertransire ad illos: nisi
qꝛ illis duobus ordinibus licet mūtere vi
tam ꝛ pertransire ad istem: vt fiat quodā Mar.
modo similitudo vnitatis in trinitate. Isti
non licet remeare ad illos? Non enim sol-
uitur sacramentum coniugij viroꝝ ꝛ mu
lierum qꝛ caste viuunt: ꝛ se ꝛ sua conferūt
monasterijs sicut sunt facturos deuouerāt Actu.
anania ꝛ saphira: nec sacerdotes vel diaco-
ni omittunt honores officij sui: qꝛ transe-
unt ad meliorem partem: sed mutatis mo
ribus ꝛ vita priore: esse incipiunt qd non
fuerunt: Ita vt similitudo quedā future pa
trie iesse cenobijs videatur in qua: nec hij
qui coniugati fuerunt hic cōmiscebuntur
ad inuicem ad procreationē prolis: nec cle
rici predicabunt ad instituēdas plebes: qꝛ
cessabunt hec omnia: ꝛ erunt omnes sicut
angeli dei in celo. Et hoc quidem de illis
qui habentes vxores tanq̄ꝫ nō hñtes sunt
ꝛ seruantes sibi aliquid pro sustētatione q̄ꝫ
diu iuris sui sunt tanq̄ꝫ non possidentes.
Nempe si sane sapimus tripartita est causa
rationis istius. Aliter enim iudicatur de il
lis qui iaꝫ de seculo egressi sunt. Aliter de
eis qui euidenti necessitate detinentur in
eo. Aliter de illis qui propria voluntate du
cuntur. Habent tñ ꝛ illi locum venit si bo
na saltem minora que preualent operātur.
Si enim aliqui coniugati qui tales sunt es
se volunt quales sunt: ꝛ sunt qui ingemi-
scunt ꝛ dolent ꝙ non spiritualiter ꝛ ptinē
ter viuunt: ꝙ nō sunt tales: quales se ꝛ eos
velle demonstrabat apostolus quando di-
cebat. Volo omnes homines esse sicut me
ipsum. Simpliciter ꝛ de ordine clericoruꝫ
intelligendum est. Nam sunt aliqui eo-
rum qui sic viuunt in clero: vt nunquam
velint transire ad partem feliciorem: sed in
ipso clericatus officio vitaꝫ finire. Et sunt

q mutare vitam cupiunt ꝛ transire ad partem optimam quam elegit maria: sed patrum: matrum: sororum: non habentium aliqua forte subsidia: pietate detēti dissimulant cito ire ad id q ꝺ amāt: ne eos quos naturalr diligunt in magna miseria derelinquant. Aliud est enim manere ad tempus in minori ordine ꝛ gradatim peruenire ad digniorez: aliud sic manere in minori vsqꝫ ad mortem vt transire ad alium non queraſ. Si ergo de his tribus cōmuniter agitur: habet singulus quisqꝫ proprietatem suam. Pertinet enim ad laycos (vt sepe diximus) studium operis: ad clericos exercitiū doctrine: ad monachos iubilatio psalmodie. Sunt in hoc loco clericorum nomine: illi intelligendi sunt clerici qui manere sibi ipsis ꝛ habere proprium permittuntur. Non hi qui secundum regulaz sancti Augustini infirmo castitatis proposito cōmuniter ꝛ canonice viuunt. Hos enim sanctus ipse Augustinus monachos vocat tā quam eos qui sint vnanimes ꝛ vnitatis firmissimi amatores iuxta vocem illius psalmi qua dicitur. Ecce q̄ꝫ bonum ꝛ q̄ꝫ iocūdum habitare fratres in vnum. Ceterum si tres ordines istos vigilanter discutimus videmus tantum distare inter vitam clericorum ꝛ monachorum: q̄ꝫtum inter vitaz laycorum ꝛ clericorum. Si enim agitur de cōtinentia laycis omnibus habere vxores concessum est: nisi forte votum aut firmuz propositum sit in causa: clericis ex parte cō cessum vel potius permissum q̄ꝫ cōcessum ꝛ ex parte inhibitum: vt velut inter vtrū qꝫ gradum esse ordo hic videatur. Monachis vero ꝛ semper ꝛ vbiqꝫ apud omnes homines iudicatur illicitum. Habent autem sicut iam dixi: isti duo ordines proprietates suas: operari: vꝫ ꝛ docere: vt alteri eorum pascant indigētium corpora: alteri reficiant mendicantium mentes. Porro iubilationem psalmorum monachorum propria esse diximus ꝛ querebatur de ea vtrū ad aliquos laycorum vel clericorum pertineat: an ita pertineat ad solos monachos: vt non etiam ad alios fideles qui dei sui esse cupiūt laudatores: sed prepediti quibusdam occasiōibus facere id omnimodis absolute non possunt. Sciendum est ergo q̄ vnus quisqꝫ fideliū debet pro posse suo laudare deum: sed tamen digne facere nequit nisi cui spiritus sanctus affectum deuotionis inspirat: qui videlicet affectus quibusdam ꝛ si datur ad horam: manere tamen cum eis diu non potest: quia tum amore libidinis: tum lucri: suffocatus extinguitur ita vt cum eis diutius manere non possit: quia tamen sunt aliqui qui magis causa ꝓlis q̄ꝫ libidinis vxores habent: ꝛ magis necessitate q̄ꝫ voluntate detinentur in curis mundi. Et sunt aliqui clericorum qui magis charitate plebis sue: ꝛ fructificandi in verbo dei detinentur q̄ꝫ gratia turpis lucri: ita vt ꝛ si corpore extra sint: inter illos tamen qui spiritualr viuunt: mēte integra conuersentur. Dubium nō est de istis quin ꝛ ad ipsos pertineat iubilatio dei: ꝛ quod digni habiti sunt apud deuz: qui inter laudatores dei computari mereantur: quia tamen non eque possunt coniugati cum clericis: eque clerici cum monachis qui ꝛ se ꝛ sua omnia reliquerunt pro Christo non inconuenienter huiusmodi pijs laycis denarium psalmorum numerum attribuendum dixerim: clericis vicenarium: tricenarium monachis: quia ꝛ illi deuotiōe monachi sunt: ꝛ hi deuotione ꝛ continentia isti autem deuotione ꝛ continentia ꝛ abnegatione suorum. Uidetur enim secundum hoc: tria essē in hoc mundo genera monachorum: Unum quidem voluntate ꝛ opere: alterum voluntate ꝛ si non opere: alterum vero inter vtrūqꝫ. Tria certe sunt specialia que monachum faciunt: votum continentia ꝛ abnegatio suorum: ꝛ sui ipsius. Nam cetere virtutes etiam: extra habere possunt. Sed coniugatus manens cū vxore forte ꝛ si vult: non potest tamen continenter viuere. Habens filios ꝛ familiam: non potest relinquere: aut vendere omnia: dare pauperibus ꝛ sequi Christuz. Cu

Psal.

Apo.

pit tñ diſſolui a nobis iſtis ⁊ trāſire ad feli cē vitā: cupit inq̈ʒtū ab his diſſolui ⁊ eē cū Chriſto. Eſt ergo quantum in ſe eſt: voto ⁊ animo inter monachos: ⁊ ſi re ⁊ corpore nequit: quia ergo deſiderio monachus eſt: ſed voluntariam paupertatem ⁊ continentiam nondum poteſt habere ſaltem vnum denarium perfectionis ſue habet: vnde deum laudet qui ſibi aperuit oculos mentis: vt cognoſcat q̈ʒ benignus ⁊ ſuauis eſt dominus. Sed ⁊ clericus qui eſt adhuc in ſeculo: ⁊ pari deſiderio flagrat in eo qꝺ hoc deſiderat ⁊ continenter viuit duos iam denarios habere dignoſcitur: ⁊ quaſi iam viginti pſalmos cantare ex hoc deo poteſt: ſed tamen ad tertium denarium quod eſt. Vende omnia ⁊ da pauperibus ⁊ veni ſequere me: nondum peruenit: qui autē deſiderio ſuo qꝺ habuit ſeruire Chriſto addit continentie votum: continentie voluntariam paupertatem ⁊ obtinentiam vſq; ad mortem: iſte vere monachus eſt: iſte ad tricenariam perfectionem peruenit.

Quō ea que dicta ſunt de tribus ordinibus in leuitico miſtice deſignentur.

Si querit̃ qđ ſequat̃ p̄miū ex deuotione vbi opus qꝺ in deuotione eſt: ex neceſſitate diff r u . Miro modo in leuitico claris miſteriis demonſtratur: diximus ſuperius pertinere ciuitatem ad illos religioſos qui deſignantur in leuitis: ſuburbana ⁊ vicos ad reliquam multitudinē electorum dei. Quidam vero putant leuitas ſpecialr̃ clericos deſignare: ſed non eſt ita. Et quidem ſm̄ concordiam reſpiciunt ſe mutuis vultibus reges ⁊ reges: pontificos ⁊ pontifices: leuite ⁊ leuite. Secundū vero ſpecialem intellectum reges ⁊ principes ſignificant: pontifices noui teſtamenti milites clericos qui ſub eis degunt: ſacerdotes rectores cenobiorum: leuite monachos qui ⁊ cenobite: ⁊ autem proprietas ciuitatis ad eos ptineat quos leuite dſignāt proprietas ſuburbanorum ad clerum: virorum autem qui extra ſunt: ad reliquā multitudinem ſaluandorum: ex his que ſubſcribemus de leuitico apparebit. Verum tamen quia monſtrare intendimus fructū premii eorum qui manentes adhuc in ſeculo: cogitatione ⁊ auiditate iter monachos conuerſantur: inde incipiendum eſt. Qui vendiderit (inquit) domum infra vrbis muros habebit licentiam redimendi: donec vnus annus impleatur. Si non redimerit: ⁊ anni circulus fuerit euolutus: poſſidebit eam emptor ⁊ poſteri eius in perpetuum: ⁊ redimi non poterit etiam in iubileo. Si autē in villa fuerit domus que muros non habet: agrorum iure vēdetur. Si aūt redempta non fuerit in iubileo reuertetur ad dn̄m: Edes autē leuitarum que in vrbibus ſunt: ſemper poſſunt redimi. Si redempte non fuerint: in iubileo reuertentur ad dn̄os: q: domus vrbium leuitarum pro poſſeſſionibus ſunt inter filios iſrael. Suburbana aūt eorum non vendent: quia poſſeſſio ſempiterna ē. Certe audiſtis quā differentiam fecerit Moyſes: immo ſpūs ſanctus per eū: inter leuitas ⁊ alias tribus filiorum iſrael. Dicit enim qꝺ domus leuitarum que ſunt infra muros ſi vendite fuerint ſemper pñt redimi: ceterorū vero nō pñt redimi: ſiqs ibi domū vendiderit niſi vſq; ad annum. Ex quo aperte dat intelligi qꝺ ⁊ reliqui de filiis iſrael: poterāt habere domos infra muros vrbis. Arta eſt enim vita monachorum: ſublimis ⁊ ardua contemplatiua felicitas. Sed tñ aliqui ſunt vt dixi: layci ſiue clerici qui manentes corpore inter ſeculares: voto ⁊ animo inter monachos ſunt. Iſti ergo ſunt nō leuite qui ſimul cum leuitis hñt domos in vrbe: qui tamen caueant ſibi ne vendant eas pro lucro temporali: aut ſi vendiderint redimāt q̈ʒ citius poſſunt. Ille enim vendit domū quam in vrbe poſſederat qui remiſſa conuerſatione ⁊ intentione cum incipit frigeſcere ab amore dei: ita vt incipiat viuere ſicut ⁊ ceteri qui extra ſunt. Emit autē alius domum eius ⁊ ipſe efficitur alienus ab ea: cum aliquis informatus exemplis eius

facti ea que faciebat ille querens totis viri
bus que dei sunt. Accidit eniꝫ plerunqꝫ qd
sine formidine dicendum non est: vt dum
alius studet orando appropinquare deo: ⁊
alius operando proficere temporalibus lu-
cris: alter alterius exercitationem emulet
adeo vt facta cōmutatione: ⁊ alius remis-
sa conuersatione reuertatur ad exercitium
operis: ⁊ alius contempto lucro tempora
li conuertatur ad studium orationis. Que
vꝫ vicaria emulatio quia alius ad id quod
non habet informatur per alterum: quasi q̄
dam venditio est: dum quilibet eoruꝫ facta
commutatione mutue conuersationis: ⁊
quod tenebat deserit: ⁊ quod erat alterius
apprehendit. Si ergo anni circulus euolu
tus fuerit: (hoc est) si finis vite eius emerse
rit: ⁊ non inuenerit eum: (qui sic vendidit
gloriam suam:) agentem penitentiam dum
sanus est de charitate sua prima quam āmi
sit: ⁊ tamen in alijs bonis studijs pertinen
tibus ad sub vrbana ⁊ vicos: (hoc est) ad
vitam actiuam repertus fuerit: erit quideꝫ
in numero saluandorum: sed tamen hono
re illo quo se fraudari permisit: carebit in
eternum: Sed ⁊ domum quam ille vendi
dit: possidet emptor ⁊ posteri eius in perpe
tuum: quia acquisitam mansionem contē-
platiue sublimitatis ⁊ ille possidet q emu-
latus est eam inhabente: ⁊ hi qui informa-
ti exemplis eius: per quandam genitiuam
successionem imitantur eum vsqꝫ ad con-
sumationem seculi. Quod si vterqꝫ peni-
tet: vterqꝫ ammisso commutato reuertit
ad priorem statum. Si alter eorum tantuꝫ
talis est: ⁊ tam larga illa domus vt facta q̄-
dam concordia vnius voluntatis capiat
vtrunqꝫ ⁊ beatus sit in ea manere duos si-
mul q̄ꝫ vnum. Sane leuitaruꝫ domus sem
per redimi possunt: quod qua pietatis di-
spensatione decretum sit: aperitur cum di-
citur. Qd domus vrbium leuitarum pro
possessionibus sunt inter filios israel. Sub
vrbana autem eorum non vendant: q2 pos
sessio sempiterna est. Tale est enim ac si di-
ceretur. Sicut propria possessio est eoruꝫ q

extra sunt: vita actiua: ita istorum qui in-
tus sunt vita contemplatiua. In dignum
est enim apud reges terre vt quantumcū-
qꝫ miles segniter agat aliqua forte infirmi-
tate grauatus: auferatur ab eo honor com-
munis quem nulites habere consueuerūt:
quia si depositus ab honore suo inter armi
geros collocaretur: tale est ei ac si expella
tur de regno: Neqꝫ enim potest vltra leua
re oculos coram commilitonibus suis: aut
in choro letantium cum letantibus conue
nire. Non autem similis causa est eius qui
querit militari: ⁊ ante penitet q̄ꝫ militet.
Sic ille qui cupiebat fieri monachus ⁊ po
stea paruipendit: ⁊ tamen alia bona opera-
tur que potest ⁊ si aliqua confusio illi sit co
ram angelis dei: quia friguit a taꝫ digno af
fectu: quia tamen non promisit aut nouit:
non vsqꝫ damnabilis erit illa cōfusio: nec
propterea eijciendus erit a numero electo
rum. Qui autem vouit ⁊ cepit reddere fir
matus gratia ⁊ benedictione: quain nume
ro christi milituꝫ cōputatus est. Quid esset
illi separari a societate illorum nisi reproba
ri a regno dei? Scriptum quippe est. Acce Psal.
dite ad deum ⁊ illuminamini ⁊ facies ve-
stre non confundentur. Bene autem (ait)
Suburbana autem eorum nou vendāt: q2
possessio sempiterna est: quia vꝫ ⁊ si nō po
test monachus permanere continue in fer
uore nouitio in his que pertinent ad vitaꝫ
contemplatiuam, saltem a studio obtinen-
tie cessare non debet: quia possessio profe-
cto illi sempiterna est: quam nulla ratione
alienare aut amittere debet: Igitur ⁊ lay-
cis siue clericis reseruata est spes posse re-
dire ad possessiones suas que sunt extra vr
bem: vsqꝫ ad iubileum: (hoc est) ad nouissi
mum diem. Et monachis ad eas que sunt
in vrbe. Et tamen ille beatus est qui tenet
qui non querit quod perdit: sed seruat for
titer quod acquisiuit. Fortitudo quippe ne
cessaria ē. Q2 vero de illis laycis ⁊ clericis
sermo erat: qui videntur habere domos in
fra vrbis muros: quid esse dicimus quod Apo.
etiam si domos illas amittant: dicunt pos-

se habere domos foras: nisi quia non est ali
quis cogendus ad alta illa precepta: queso
lus ille potest imponere cui vult. qui po/
test ad complenda ea affectum infundere
deuotionis: ne forte inconsulte ⁊ cōtra apo
stolum laqueum videatur inducere super
collum eius. Ut enim aliqui monachoruꝫ
grauati infirmitate corporum operari ma/
nibus suis cum operantibus nequeūt: aut
quia non sunt instructi a magistris: cuꝫ do
centibus docere non possunt ⁊ tamen bo/
ni monachi esse possunt in obseruatiōe par
tis sue: ita ⁊ multi laycorum ⁊ clericorum
prepediti occupationibus mundi: orationi
bus ⁊ psalmodie instare nequeūt: ⁊ tamen
⁊ illi boni layci esse pñt: dum ex hijs que
operantur: elemosynas faciunt: ⁊ illi boni
clerici dum bene laborant in verbo dei: ma
xime propter illud quod scriptum est. Fa/
cite elemosynam ⁊ ecce omnia mūda sunt
vobis.

¶ Quid differat inter eos qui conuertū/
tur a pueritia ad seruitium dei: ⁊ eos q dif
ferunt vsqꝫ ad senectutem.

Ut tripartitam causam questionum
que supra mote sunt explicare possi/
mus: primo attendenduꝫ est: quid proprie
laycis: quid clericis: monachis ve conue/
niat: deinde quid differat inter eos qui sic
a pueritia vigilare incipiunt: vt tamen pse
ctionem suam vsqꝫ ad senectutis sue tem/
pora differendo transportent: ⁊ eos qui seu
in pueritia: seu in iuuentute: seu in senectu
te sua a somno mortis euigilant: ⁊ mox eui
gilantes vitam arripiūt perfectioreꝫ. Lay/
corum est vt sepe diximus pro proprīū ope
rari clericorum docere: monachorum lau/
dare. Omnia hec bona sunt ⁊ necessaria i
domo domini: quia non solum aurum su/
scipiebatur in fabricatione templi domini:
quod significat vitam contemplantium ⁊
laudantium dominum: aut solum argen/
tum quod significat doctrinam eloquiorū
Psal. domini: sicut scriptum est. Eloquia domi/
ni: eloquia casta: argentum igne examina/
tum. Uerūmetiam ⁊ es qd̄ significat opus
manuum ad sustentationem indigentium
Per hoc quippe opus nutriuntur corpo/
ra: per doctrinam que significatur in argē
to: eorum qui sunt in Christo paruuli refi
ciuntur mentes. Utrunqꝫ autem spectat
ad charitatem proximi: quia homo ex dua
bus substantijs indigentibus: his duobus
subsistit. Porro horum tertium quod si/
gnificatur in auro pertinet ad charitatem
dei quod est maximum ⁊ primum manda
tum: Propter hoc enim scriptum est de
Salomone: qui fuit secundus Rex a Da/
uid. Tertius a Saule: ꝙ in in diebus Sa
lomonis non reputabatur argentum. Ta/ Re.
le est enim ac si diceretur. In diebus Sau
lis qui electus fuit a domino ad significan
dum populum primi status reputatuꝫ est:
es. In diebus Dauid qui ⁊ ipse electus est
a deo: ad designandum secundum: non est
reputatum es propter copiam argenti. In
diebus autem Salomonis quem amauit
Dominus ⁊ suscitauit in regnum in typo
(haud dubium) populi tertij status:) pro/
pter nimiam auri copiam que data est ei:
nec ipsum argentum reputatum est aliqd
quod pretiosum satis ē comparatione eris.
Nempe ⁊ si de tribus illis ordinibus agi/
tur: primo claruit ordo coniugatorum in
Abraam ⁊ Isaac: quibus orationibus data
est eis proles eterna. Secundo ordo cleri/
corum in Moyse ⁊ Aaron. Tertio mona/
chorum in Helya ⁊ Helyseo. Nam ⁊ post
illos duos patriarchas: multi patriarche
secuti sunt. Et post Moysen ⁊ Aaron cla/
ruit ordo leuitarum. Et post Helyam
⁊ Helyseum: ordo filiorum prophetarum:
qui morabatur in Bethel ⁊ Jerico. Uerū
hoc s̄m partem. Secundum vero plenitu
dinem vniuscuiusqꝫ: ordo coniugatorum:
qui inchoatus est ab Adam: claruit ab
Abraam. Ordo doctorum initiatus est a
Moyse: ⁊ alia ratione ab Esaia propheta:
claruit in Christo ⁊ apostolis. Ordo mo/
nachroum initiatus est ab Helya vel poti/

us pro ratione temporis a sancto Benedi
cto: iam nunc deo propitio tempus est vt
ad lucem veniat: vt luceat omnibus qui i
domo sunt. Que ē eni lux Christiani nisi
opus iustitie. Sic ait dñs. Luceat lux ve//
stra coram hominibus: vt videāt opera ve
stra bona ⁊ glorificent patrem vestruꝫ qui
in celis est. Pro eo eniꝫ ꝙ spiritus sanctus
procedit a patre oportuit ƀm statum ha/
bere contemplatores sicut ⁊ doctores. Ut
sicut ordo doctorum proprietate mysterij
pertinet ad Christum: ita ordo contemplā
tium ad spiritum sanctum. Horum autem
initiatio facta ab Helya ⁊ Esaia ƀꝫ ꝙ appa
rebit circa finem huius opusculi: vbi dege
nerationibus agendum est. Quia vero idē
spiritus procedit a filio: oportebat tertium
statum habere ordinem suum qui tamen
esset vnus cum precedente ad honorem
creatoris: spiritus cuius initiatio in sancto
Benedicto occidentalium monachorum
institutore precessit. Audiunt fortassis ista
homines ⁊ scandalizantur. Nobis inqui
unt monachi attribuunt argentum ⁊ es.
Sibi autem applicant aurum. Nec mirū
raptus enim Paulus in tertium celū: qđ
vitam significat contemplantium: audisse
se dicit secreta verba que non lꝫ homini lo
qui. Sed quousqꝫ? Nunquid in eternum?
Absit. Sed vsqꝫ ad tempus prefinituꝫ: Si
cut enim Moyses posuit velamen super
faciem suam vt non intenderent in eum fi
lij israel ita ⁊ Paulus in hoc loco velamē
super faciem posuisse videtur. Sꝫ sicut ve/
lamen illud euacuatum est in Christo: ita ⁊
istud in spiritu sancto. Nam primum celuꝫ
fuit vetus testamentum quod conditum
fuit in patriarchis. Secundum celum te/
stamentum nouum quod conditum est in
apostolis. Tertium celum est spiritualis in
tellectus qui docet nos exire de Egypto:
presentis seculi ⁊ transire per arctam viaꝫ
deserti que ducit ad vitam ⁊ ire in super/
nam Hyerusalem. Exire de synagoga iu/
deorum: hoc illorum christianorum est: q
moribus egyptij sunt ⁊ carnales iudei: vt

quomodo apostoli ⁊ successores eoruꝫ per
multas tribulationes illorum temporum:
peruenerunt vsqꝫ ad illud: vt Romanum
obtinerent imperiuꝫ. Siquidem a diebus
sancti Siluestri vsqꝫ ad presens Petrus Silue.
piscator quondam Rome dinoscitur im/
perasse: ita ⁊ nos per multas tribulationes
transeamus ad celeste imperium: siue etiaꝫ
temporaliter ad beatam illam visioneꝫ pa
cis que erit in tertio statu seculi: ad regnū
illud pacificum de quo dicit angelus Da/
nieli. Regnum quod est subter omne celū
dabitur populo sanctorum altissimi. Nunc
ergo quia tempus est vt auferatur velamē
desinat hō esse hō: ⁊ licebit audire: Quid
eniꝫ murmurat ⁊ irascitur homo? Si vult
esse iumentum sequendo terrena aut ho/
mo partim hic partim celestia: timeat sup
in perfectione sua: ⁊ iam non erit timor.
Scriptum quippe est. Homines ⁊ iumen/
ta saluabis domine: quemadmodum mul/
tiplicasti misericordiam tuam deus. Mihi
cur indignatur si prefero celibatum coniu
gio contemplationem labori: si dico de his
qui sequūtur filium hominis. Filij autem
hominum in tegmine alarum tuarum spe
rabunt: inebriabuntur ab vbertate domus
tue: ⁊ torrēte voluptatis tue potabis eos?
Nonne tibi iustum videtur vt qui contē/
nit vestimenta mollia causa dei: dignus ha
beatur qui tegatur alis ipsius: ⁊ qui despi
cit vbertatem viui: percipiat vbertatē spi/
ritus: ⁊ qui abijcit a se voluptatem carnis
potetur de torrente voluptatis ipsius? Si
emularis male audi contra te sententiam
veritatis que dicit. Si oculus tuus dexter
scandalizat te: erue eum: ⁊ proijce abs te.
Bonum est tibi cum vno oculo ad vitam
intrare qꝫ duos oculos habentem mitti i
gehennam ignis. Si autem bene emularis
ingredere. Quis te prohibebit intrare? Fi
nitum est priuatum conuiuium Assueri re
gis: ecce in pomerio preparatum est. Nul/
lus ammodo prohibetur intrare a mini/
mo vsqꝫ ad maximū. Si autem serues ani
mo: ⁊ tamen cathena aliqua impeditus te

neris inter choros conuiuantium iugiter
assistere nequeas. Bonus est dominus om
nibus qui sperant in eum. Si coniugatus
es: esto corde monachus obseruans te pro
posse tuo: vt absq; crimine viuas. Uxo/
re tua vtere sed honeste: aut sola causa pro/
lis: (si talis es tu ⁊ illa:) aut cum timore ⁊
modestia reddens debitum: ne is qui infir
mior est: temptetur a sathana. Curre ad ec
clesiam horis statutis: esto ibi cum silentio
excepto cum causa exigit iuste necessitatis.
Lauda cum laudantibus deum: ⁊ si non
quantum vis: quantum potes. Si cleri/
cus es ⁊ emularis: quis te prohibebit in/
trare? Sed si forte propter charitatem eo/
ruз qui per te proficiunt detineris: esto sal
tim corde ⁊ continentia monachus: ⁊ vte
re honeste rebus tuis quas nec dum causa
dei abijcere potuisti: vt totus ⁊ integer se/
queris Christum. Es tamen vicinus eis:
qui omnia reliquerunt quia caste viuis: ⁊
in voluntate habes derelinquere omnia.
Jam ergo duas perfectiones habes: iam
secunduз significatum viginti psalmos de/
uotionis exibere probaris. Qui autem nō
habens occasionem iuste necessitatis: con/
sumauit hec tria: ad illorum participatio/
nem secretoruз perductus est. De quibus
dicit Paulus. Scio hominem in Christo
ante annos quatuordecim: siue in corpore:
siue extra corpus: nescio deus scit: raptus
huius vsq; ad tertium celum. Et scio hu/
ius hominez siue in corpore: siue extra cor
pus: nescio: deus scit: quoniam raptus est
in paradisuз: ⁊ audiuit archana verba que
non licet homini loqui. Lucratur ergo pri
mus in die: quasi decem nummos aureos.
Secundus quasi viginti. Tertius quasi tri
ginta. Sed ⁊ primus cuius longior est vita
veluti diebus quindecim peragit cursum
suum. Secundus decem. Tertius quinq;.
Hoc de tribus generibus monachorum:
quorum alij inter laycos militant deo: alij
inter clericos: alij in mansionibus suis.

¶ De canticis graduū qualiter pertineāt
ordines electorum.

Illa ⁊ enim duo genera extra sunt: sз
non ex toto. Istud in integrū intus
est. Primi est enim dicere. Heu mihi quia
incolatus meus prolongatus est. Secundi
leuari oculos meos in montes vnde veni
et auxilium mihi. Tertij letatus sum in
his que dicta sunt mihi in domum domi/
ni ibimus. Stantes erant pedes nostri in
atrijs tuis Hyerusalem. Porro quatuor or
dinibus de quibus supra locuti sumus: qui
⁊ viciniores sunt deo: terni ⁊ terni psalmi
deputandi sunt: eo ꝙ vnusquisq; illorum
quatuor diuidatur in tres. Horum primi
qui manet ab oriente dicere est. Ad te le/
uaui oculos meos qui habitas in celis.
Nisi quia dominus erat i nobis: dicat nūc
israel. Qui confidunt i domino sicut mōs
syon: non commouebitur in eternum qui
habitat in Hyerusalem. Secundi qui ha/
bitat ab aquilone consolari semetipsuз ⁊ di
cere. In conuertendo dominus captiuita/
tem syon: facti sumus sicut consolati. Eun
tes ibant ⁊ flebant mittentes semina sua.
Uenientes autem venient cum exultatio/
ne portantes manipulos suos. Nisi domi/
nus edificauerit domum in vanum labo/
rauerunt qui edificant eaз. Beati omnes
qui timent dominum qui ambulant i vijs
eius. Labores manuum tuarum quia mā/
ducabis beatus ⁊ bene tibi erit. Tertij qui
manet ab occidente dicere est. Sepe expu/
gnauerunt me a iuuentute mea dicat nunc
israel. De profundis clamaui ad te domine
domine exaudi vocem meam. Domine nō
est exaltatum cor meuз: neq; elati sunt ocu
li mei. Neq; ambulaui in magnis: neq; in
mirabilibus super me. Quarti qui locatus
est ab austro. Memento domine Dauid: ⁊
omnis mansuetudinis eius. Ecce q̄з bonū
⁊ q̄з iocundum habitare fratres in vnum.
Ecce nunc benedicite dominum omnes
serui domini. Qui statis in domo domini:
in atrijs domus dei nostri. Tres igitur pri
mi pertinent specialiter ad tres ordines ge
nerales duodecim ad quatuor speciales: eo
ꝙ vnusquisq; eoꝝ distinguāt in tribus.

¶ Q̄d ordo ipse monachorum qui ⁊ cor/
de ⁊ corpore reliquit seculum vt sequatur
Christum in tribus speciebus consistat.

Agentibus nobis in hoc opusculo
de tribus ordinibus electorū: vsqꝫ
ad hoc deriuatus est sermo vt contingeret
tractare de illis coniugatis ⁊ clericis: qui
quo minus cognoscunt per affectum in
spirationis: gaudia Hyerusalem: eo minus
desideraret peruenire ad eam: quin potius
deflent amicos suos etiam transeuntes ad
illam. Sed nunc de illis coniugatis ⁊ cleri
cis dictum est: qui scientes quid amiserint
lamentantur ⁊ dicunt. Quomodo canta/
bimus canticū domini in terra aliena. Si
oblitus fuero tui Hyerusalem: obliuioni
def dextera mea. Et si bene reminiscimur
cuꝫ de illis laycis ⁊ clericis ageremus: qui
homines ⁊ iumenta dicti sunt i tertio gra
du: egimus de monachis: non quidem de
illis qui solo nomine monachi sunt ⁊ non
etiam fructu sed de illis qui se dolent esse
peregrinos ⁊ suspirant quottidie ad patri
am suam. Volentes autem in secundo lo
co agere de solis monachis: iuenimus tria
esse genera monachorum: duo in spe: vnū
in re. Sed ⁊ hoc ipsum monachorum q̄d
in re esse dicimus in tribus speciebus di/
stinctum est Nam alij a pueritia transeūt
ad hanc vitam: alij dormientes vsqꝫ ad se/
cundam vigiliam: euigilant in iuuentute
alij vero in senectute. Et de his quid dicē
dum? Jam superius dictum est. Qui plus
laborauerit plus mercedis accipiet. Unus
quisqꝫ enim propriam mercedem accipiet
ſm suum laborem. Qui eniꝫ a pueritia cor
gerentes senile ⁊ etatem moribus transeū
tes: perfectionem accipiunt seniorum: qua
si qui per triginta annos: tria talenta auri
singulis annis lucrarentur. Qui vero i iu/
uentute sua: suaue christi iugum accipiūt:
discentes ab eo q̄ꝫ mitis sit ⁊ humilis cor/
de: ac si a decimo vsqꝫ ad trigesimum face/
rent illud idem: (hoc est:) per continuos
annos viginti. Qui autem in senectute: ac
si a vigesimo vsqꝫ ad trigesimum. Uerum
tamen nonnunq̄ꝫ accidit: vt humilitas ⁊
prudentia eorum qui tarde venerunt: pre/
iudicet accidie eoꝝ qui precesserunt eos
vt non solum accipiant mercedem sicut ⁊
illi: verumetiam fiant nouissimi primi: ⁊ in
hoc seculo ⁊ in futuro. Non enim qui mo
nachus dicitur: habet premium: sꝫ qui mo
nachus ē. Et sciendū q̄ preueniens mors
etatem serotinam in his qui in pueritia cō
uertuntur. Non adimit meritum: quia
cum deus ipse in talibus articulis necessita
tem imponit: non tam de fructu operum:
q̄ꝫ de corde quisqꝫ iudicatur. Non eniꝫ ac
cipit quis sacrum habitum vt seruiat do/
mino ad horam ⁊ ad momentum: sed etiā
si liceat vsqꝫ in eternum. Q̄d si is qui voca
uit eum in vineam suam misertus laboris
eius dicit. Quiesce: nū misericordia dei au
fert ab illo mercedem suam? Et hec quidē
dicta sunt velut occasione itineris obiecta
oculis mentis nostre: ne ea que moto ver/
bo obijci: aut queri posset intacta relinque
re videmur. Ceterum intentionis nostre
impetus: circa tres illos ordines directus
erat ⁊ est: qui quantum fragilitas humana
permittit rationabiliter viuunt.

¶ Jteꝫ de tribus ordinibus
sepe scriptis.

Si enim sic viuunt christiani sicut vi
uere debent: oportet singulos trium
ordinum habere illa tria que i auro: myr/
rha ⁊ thure designata sunt. Aurum videli
cet obedientie in operando quod bonum
est: sicut ⁊ apostolus iubet: myrram com/
passionis fraterne que resistat putredini
peccatorum. Thus deuotionis ⁊ laudis ad
confitendum omnipotenti deo. Uerum ta
men vt iam dixi amplius incumbit laycis
operari q̄ꝫ ceteris duobus: amplius cleri/
cis instare doctrine: amplius monachis
insistere orationi: ⁊ laudibus vacare diui/
nis. Quo. n. plus dat homini qd desursuꝫ
est eo plus infirmatur ⁊ deficit in his que

deorsum sunt. Et hoc iuste satis. Nam iustitia que de terra est: in longum protenditur merces eius. Que autem agitur (vt ita dixerim) inter terram ꝛ celum: media incedit inter vtrunqꝫ. Que autez de celo est iustitia mox perducit ad regnum dei. Certe tria tempora esse didicimus. In quibus tres ordines isti consumationem accipiēt. Ecce enim populus ille antiquus qui perseuerauerit in fide vsqꝫ ad Joannem baptistam expectat remunerationem suam a domino in resurrectione futura. Similiter sequens populus qui credidit in aduentu christi. Similiter ꝛ populus tertius q in fine crediturus est. Ecce q̄ꝫ longe ille: q̄ꝫ prope iste. Nam nec exempla desunt mysterij: si ea prouide querimus in diuinis scripturis. Legimus enim Abraam in senectute genuisse: ioānem baptistam cum triginta esset annorum predicasse: sicut ꝛ ezechiel propheta: ꝛ ipsemet mediator dei ꝛ hominum christus iesus. Benedictum vero monachorum patrem ꝛ ducem sicut ꝛ multos alios a pueritia sua deo consecratuꝫ fuisse. Ex quorum euidenti mysterio luce clarius datur intelligi ꝙ diuturnior est ad percipiendum fructum mercedis sue vita cōiugati: vita clerici: diuturnior vita clerici: vita monachi. Quo enim quis longius recedit a deo per desideria vite huius: eo tardius perducitur ante faciē eius: ꝛ quo magis appropinquat illi per affectum amoris eo citius statuitur in conspectu illius. Qui ergo occasione coniugalis vinculi carnalibus amplexibus astricti sunt: vix possunt in extrema etate vite sue fructum boni operis competenter afferre: cum saltem continentie bonum imperat defecta senectus. Qui autem amore propinquorum vix media etate cum se ab illoruꝫ funibus: diuisis possessionibus absoluunt. Inde est ꝙ patriarchis: vt iam diximus in senectute filij dati sunt: cum magis amore prolis q̄ꝫ libidinis conueniebant cum vxoribus suis. Inde ꝙ exemplo domini triginta annorū ad minus esse debet qui mynisterium assummit predicationis .i. cum libera iam potest homo vti sententia rationis: vt habēs discretionem inter sanctum ꝛ prophanuꝫ: sciat reprobare malum ꝛ eligere bonum. Qui autez a pueritia sua spretis omnibus que possident: adherent deo: eo possunt liberius seruire illi: quo calcantes huiuscemodi necessitudines pestilentis: que ingerūt importune mortalibus: ꝛ iuxta iter scādalum ponunt electis dei: aut parum: aut nihil sentiunt de carnali affectu. Horum itaqꝫ primum coniugatorum est proprium Secundum clericorum. Tertium monachorum. Veruꝫ quia sicut non omnes monachi equales sunt meritis: ita nec omnes clerici: nec omnes layci equales sunt: omittentes quid faciant illi: ꝛ illi pro defid ia sua: quid facere debeant qui volunt esse beati in exemplum teneamus: quinimmo: ꝛ quid faciant multi quorum memoria in benedictione est. Psal.

¶ De tribus exercitijs quorum singuluꝫ pertinet ad singulum trium ordinum.

Tria sepe scripta exercitia commēdata sunt nobis in tribus ordinibus sepe scriptis pertinentia ad imaginem trinitatis: opus doctrina ꝛ laus. Quia tamen i patre est filius ꝛ spiritus sanctus: in filio pater ꝛ spiritus sanctus: in spiritu sancto pater ꝛ filius: nihil sic attribuitur imagini vnius persone: vt non continuo inueniatur in eo similitudo duarum. Igitur ꝛ in opere solo similitudo trinitatis habetur: ꝛ in doctrina sola ꝛ in psalmodia sola. Aliud est enim operari ad vtilitatem propriam: aliud ad subsidium proximorum: aliud ad gloriam ꝛ laudem dei. Similiter ꝛ in doctrina obseruandum est. Aliud est enim legere ad vtilitatem propriam: aliud ad edificationem ꝛ institutionem: instructioneꝫ proximorum: aliud ad gloriam ꝛ laudem dei. Similiter ꝛ in psalmodia. Aliud ē psallere ad consolationem propriam. Aliud ad salutem proximorum. Aliud ad gloriam ꝛ

laudem dei. Ad vtilitatem τ enim propriã operari videmur: cum nobis ex his q̃ agimus: prouidemus stipendia vite temporalis: ad subsidium proximorum aliquid agimus: cum eis necessitatem habentibus in quibus presumus: ministramus. Operatur autem quis ad gloriam dei cum edificationi basilicarum impendit curam: vt in illarum magnificẽtia honoretur deus. Eodem modo ad propriam vtilitatem legimus cũ nos ipsos edificamus querẽtes in diuinis paginis que proprie saluti necessaria sunt. Ad vtilitatem proximorum cum preparamur ad responsionem eorum qui nos iterrogant de verbis dei: vt audientes a nobis verbum solatij: edificentur vt salui fiant. Legimus nihilominus ad gloriam dei: cũ querimus itelligere misericordias eius τ memoriamur iudiciorum eius que a seculo sunt. τ pro nostra etiã τ per proximorũ vtilitate psallere comprobamur cum psallentes in cõspectu altissimi: pro nostris excessibus exoramus dicentes. Domine ne i furore tuo arguas me: neq3 in ira tua corripias me. Et illud. Comprehenderunt me iniquitates mee τ non potui vt viderem. Multiplicati sunt super capillos capitis mei τ cor meum dereliquit me. Complaceat tibi domine vt eripias me: domine ad adiuuandum me respice. Quid dico cũ pene tertia pars psalmorum oratio pro peccatis esse videatur. Inde est ꝙ pro nostris τ pro aliorum peccatis dicere psalmos consueuimus orantes τ pro propria τ pro proximorum salute. Ceterum quod maius est ad gloriam τ laudem dei debemus sine intermissione psallere τ cãtare dicẽtes: quotidie cum psalmista. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. In domino laudabitur anima mea. Et his similia. Ecce q̃3 distincte probatum est quod prediximus haberi. s. tres modos in singulis tribus. Et sciendum ꝙ primũ singulorum pertinet proprie ad populum qui fuit sub lege: qui suam vtilitatem potius q̃3 aliorum populorum querebat. Secũdum ad populum christianum qui se ipsum tradere iubetur vt plures lucrifaciat. Tertium magis pertinet ad populum spiritualem qui erit tertij status. Qũ data vndiq3 pace τ letitia: conuertetur pre solito a d laudem dei: dicens assidue cum psalmista. Cõuertisti planctum meum in gaudium mihi: conscidisti saccum meum τ circundedisti me letitia. Ut cantem tibi gloriã meã τ non cõpungar domine deus meus i eternum confitebor tibi. Que cum ita sint liquet ꝙ in opere τ doctrina sicut τ in psalmonia trinitatis mysterium reperitur. Nẽpe τ psalterium decem cordarum: Sicut scripsimus in primo libro triangularũ est: ita vt trinitatis mysterium in vnitate: τ vnitatem in trinitatem quibusdam naturalibus vocibus exclamare τ exprimere videatur. Nunc autem locus est exsoluere nos: si possumus a ꝓmisso quod de mysterijs quindecim graduum nos supra fecisse cum de illis ageretur: meminimus.

Psal.
Psal.
Psal.
Nota


¶ Quod tante perfectionis sit quindenarius numerus vt sub ipso contineatur ois perfectio misteriorum dei. Et ꝙ idẽ numerus in ternariũ quinarium: τ septenarium distinguatur: τ ꝙ ipsa sit causa tante perfectionis.


Nonnulla dicta sunt de quindecim gradibus τ de superna illa ciuitate Jerusalem ꝺm numerum psalmorum τ quindecim decadarum: sed adhuc alia vicinora luci seruata sunt vsq3 huc: vt tenebre q̃s luminare minus fugauerat ex parte: superueniẽte sole altioris intelligentie τemicãte serenius deleãtur Quod vt fieri possit ternarius τ quinarius necnon τ septenarius numerus qui simul coniũcti: quindenariũ ꝯstituũt numerũ: multis modis: vt apparebit inferius considerãdi sunt: siue sub eodem sensu: tricenarius: quinquagenarius τ septuagenarius: qui illud idem designãt. Neq3 enim pro alia causa: decem pro vno: viginti pro duobus: triginta pro tribus: τ

sic de ceteris accipi puto:q̃ꝫ vt res ille de q
bus loquimur: perfecte esse intelligantur.
At de his in sequentibus. Oportet enim
nos in loco suo seriatim ostendere quibus
modis accipiendi sunt ipsi quindecim gra
dus sm q plures sunt intelligentie: qbus
hec ꝛ alia accipienda sunt. Nunc igitur cõ
teplandi sunt ipsi numeri in illa celesti ciui
tate: vt exinde ad contemplandum eũ qui
feci omnia sublimari possimus: eo enim q
dei est proprium eo subtiliori diligentia in
quirendum est ꝛ tenendum: quo constat:
q ipse deus finis est inquisitionis ꝛ deside
rij nostri In eo quippe ꝛ apud eum ma
net illa felicitas de q̃ dicit scriptura. Ocu
lus non vidit: deus absqꝫ te: que preparasti
diligentibus te. Ut igitur ad contemplan
dum ipsum: qui solus est amandus ꝛ vene
randus: oculus mentis nostre eleuari que
at in sancta illa ciuitate de qua gloriosa di
cta sunt. Numeri ipsi de quibus agitur: as
signãdi sunt: immo vt assignati sunt a deo
reuelandi: quemadmodum ad totam illaꝫ
ciuitateꝫ pertinet ternarius numerus ad
totam quinarius ꝛ septenarius. Primo. n.
consideranda sunt tria: vici sub vrbana ꝛ
vrbs: deinde in structura murorum consi
derande sunt duodecim partes: que distin
guuntur portis ꝛ fundamentis. Et eniꝫ ex
que ꝛ septem duodenarium numerum cõ
sistere manifestum est: quibus addita tria:
quindenarium perficiunt. Differt autem
inter tria prima ꝛ duodecim sequentia: q:
illa tria generalia sunt: ista duodeciꝫ specia
lia. Ut autem hoc totum factum esse lique
at ad imaginem dei: iam nunc lipidius cõ
siderare libet q in his tribus numeris cõ
tineatur mysterium deitatis: ꝛ ita vt videa
tur posse sufficere ad omne: quare ꝛ enim
ternarius: pertinet ad tres proprietates
personarum: sm quas vnaqueqꝫ persona
intelligitur per se subsistere: ꝛ non esse alia.
Quinarius ad quinqꝫ relationes. Septe
narius ad septem modos: quibus dicitur:
deus ad se. Siquidem per tres proprieta
tes intelligimus tres distinctas personas.

Per quinqꝫ relationes intelligimus qui a
quo: vel quis a quibus. Per septem mo
dos quibus dicuntur ad se: ipse persone in
telligimus perfectionem vniuscuiusqꝫ per
sone: ꝛ duarum siue trium perfectissimam
vnitatẽ. Et hoc quidẽ sꝫ Anagogen. Mo
raliter autem ternarius ad illa tria exerci
tia q̃ ptinẽt ad tres ordines suprascriptos.
Quinarius ad qnqꝫ vtutes: quarũ suprafeci
mus mẽtionẽ. Septenarius vero ad septẽ
virtutes anime naturales. Sed de hoc in
sequentibus. Primo autem ostendi opor
tet quomodo ternarius vel potius tricena
rius numerus pertineat ad trinitatem.
Quinarius vel quinquagenarius: ad quin
qꝫ relationes: Septenarius vel septuage
narius ad septem modos quibus dicitur:
deus ad se: Quatenus intentum quinqua
ginta psalmis ostendatur nobis iter veniẽ
di ad perfectionẽ catholice confessionis: ꝛ
in quindecim gradibus memoratis in hoc
opere ingrediendi additum ad sancta san
ctorum. Amen: Primo itaqꝫ in fundamen
to fidei nostre statuenda est trinitas ipsa:
que est id quod est: deus. s. Abraam: ꝛ De
us Isaac: ꝛ deus Jacob: sm q significatuꝫ
est in tribus illis angelis qui apparuerunt
Abrae: (hoc est:) vt ante omnia credamus
esse tres perfectas personas: non diuisas:
sed distinctas proprietatibus suis. Deinde
esse vnam personam ab vna ꝛ aliam a dua
bus: ꝛ ab ipsis tribus septem spiritus ipsi
us domini missos in omnem terram: sm
q in quinqꝫ relationibus contineri subse
quens tractatus ꝛ imagines docent. De
inde esse singulam personam verum deuꝫ:
ꝛ duos simul vnum deum: ꝛ tres pariter
vnum deum. Igitur locus est: vt agentes
de trinario numero: premissis competenti
bus figuris: ad intellectum trium perso
narum mentis oculum dirigamus: queren
tes pro res visibiles intelligere inuisibi
lem: ꝛ per res creatas rerum omnium crea
torem.

¶ Dicte Rei exemplum.





In hac figura ostenduntur relationes.

In hac figura ostendi-
tur simplex vnitas.

Dicte rei exemplum.

Pater

Unus non est missus

Pater solus hebet relationem ad filium ⁊ spiritū sanctū quia ille misit ei missi sūt

I E

Filius

Filius ⁊ spūs sanctus hn̄t relationē ad pr̄ez a quo missi sunt.

E V


V E

Spiritus sanctus

Spiritus sanctus solus hȝ relationem ad patrē ⁊ filiū qꝛ illi mittūt ⁊ ipse mittitur.

Duo ab vno missi sunt

Unus mittitur E a duobus



I E V E

Pater ⁊ filius hn̄t relationem ad spūȝ sanctum: quia ipi miserunt ⁊ ipse missus est.

Trinitas vnus deus hȝ relatione ad septē spūs q missi sūt ab eo ad oēm subditam creaturā.

¶ De mysterio trinitatis.

Manenti Abrae sub arbore in feruo re diei apparuerunt ei (vt ait scriptura) tres viri. Dixerat autem superius: apparuisse deum Abrae sed cum ageret de modo apparitionis: tres viros apparuisse subiunxit: quia vero interius illustratus e vidit et intellexit. Vidit tres et ipsos tres: quasi tres et quasi vnum adorauit. Sed cum illos tres quos vidit Abraam: celestes spiritus indutos corporali specie: prout deus melius nouit: fere teneamus. Quare non angeli a principio sed viri dicti sunt. Ad vltimum autem vnus eorum qui stetit i mo te: non angelus: sed dominus dictus est. Duo vero qui descenderunt Sodomam: primo quidem angeli: deinde dominus dicti sunt? nisi q: vbi dicti sunt tres viri vnitate tm et eqlitate itimari voluit psonaru: vbi at duo eoz dicti sunt angeli: q interpretant nuntij: manifeste voluit inotescere: filiu et spiritu sanctu mittendos esse ab vno patre pro salute generis humani. Et vbi vn9 qui et dominus dicitur stetisse in monte: a quo missi sunt duo: ostensum deum patre: non habere patrem: nec esse ei principium a quo mittatur. Et vbi duo qui descenderunt: dominus dicti sunt: aperte innotuit in vnitate eos manere paterni dominij et diuine glorie maiestatis? Unde et benedictum est ibi. Pluit domino a domino: q et filius et spiritus sanctus vnus sunt dominus qui pluit: et pater solus vnus est dominus a quo pluit. Igitur i hac figura aperte ostanditur trinitas personarum. Sed quia trinitas ipsa dicit in apocalipsi. Ego sum Alpha et .ω. q: .o. duobus his modis scribitur apud grecos: quod sparsim et distincte dicturi sumus in sequentibus: vt manifestius quod dicitur: capiat: In his tribus figuris summatim et distinctius exhibetur. Ecce enim in prima figura que dicitur Alpha: aperte ostenditur esse deu tres personas: et in tribus illis personis que apparuerunt Abrae: et in gestis earum aperte ostediur q filius et spiritus sanctus mittantur ab vno patre. In secunda autem q eleuatis tribus virgulis: respuit superius: et in tribus patriarchis: quorum vltimus egressus a duobus abijt in Aram duobus manentibus in montibus israel: manifeste innuitur: q: vnus spiritus sanctus procedit pariter a patre et a filio. Porro in tertia que est rotunda esse vnum deuz et vnu dominum intimatur. Et bene vnum e elementum: sed duplex figura quo relatio personarum designetur et vnitas: quia eo ipso quo intelligimus filium semp esse a patre genitum: et spiritum sanctuz ab ambobus indesinenter procedere necesse cogimur illorum perfectam intelligere vnitatem: q: q no semel sed semp ab alio pcedit: no pot ab eo a quo exire no desinit. separari.

Gene.

Gene.

Apoc.

Esa.

¶ De quinq3 relationibus personarum.

Licet in presignatis figuris ostendantur et relationes et vnitas personaru quia tamen de ternario numero: qui proprie pertinet ad trinitatem: plenius disputauimus: parum vero de quinque relationibus: et quinq3 modis quibus dicitur ad se. Locus est vt de ipsis relationibus paulo diffusius disseramus: inuenentes donante deo: qualiter vna persona dicatur ad alteram aut due persone ad vnam: aut vna ad duas: aut tres ad subditam creaturaz. Habbet enim pater quandam propriaz relationem ad solum filium quia vnus e ibi pater vnius filij: et quandam propriam solus filius ad solum patrem: quia vnus est ibi filius vnius patris: et quandam simul pater et filius ad vnum spiritum sanctuz: quia duo sunt ibi tantum qui mittut vnu spiritum sanctum: et quandam simul filius et spiritus sanctus ad vnum patrem: quia duo sunt ibi tantum qui mittuntur ab vno patre et quandam simul tres ad oem creaturam: quia ipse tres persone sunt vnus deus et vnus creator: de quo dicit apostolus. Ab ipso et p ipsuz et in ipso sunt omnia: ipsi gloria et imperium in secula seculoz. Am. Quod qui forte minus intelligit lectum. Ex psnti pot leuius inuestigare figura.

Apoc.

Prima Relatio	Patris	Ad filium	Quia solus pater genuit
Secūda Relatio	Filij	Ad patrem	Quia filius genitus est
Tertia Relatio	Patris ⁊ filij	Ad spūz scūm	Qꝛ simul ambo mittūt vnūz
Quarta Relatio	Filij ⁊ spūs sancti	Ad patrem	Qꝛ simul ābo mittūt ab vno
Quinta Relatio	pris ⁊ filij ⁊ spūs sci	Ad creaturam	Qꝛ ipsi tres vnus creatoꝛ sūt Qui ē ꝯditoꝛ totius creature

¶Eodem modo ⁊ si non eque consimili possumus dicere ꝙ vnus Abraaz habet relationem ad vnūz Isaac: ⁊ vnus Isaac ad vnum Abraam: ⁊ versum Abraam ⁊ Isaac ad vnum Jacob: quia vnus iste a duobus illis: ⁊ Isaac pariter ⁊ Jacob ad vnū Abraam: qꝛ duo isti ab illo vno. Et simul tres ad totum populum filiorum israel quia totus ipse ab illis tribus patriarchis: ⁊ est adhuc aliquid in eodez mysterio: quod paulo acutiorem intellectum requirit: s₃ ꝙ a communi relatione nulla eximitur personarum: quin aut vnus habeat relationem ad duos: aut duo ad vnum: aut tres ad aliquid. In quo tamen modo relationis: sola missio manet in causa: nimiruz qꝛ vnus ē q mittit duos: ⁊ duo sunt q mittūt vnū: ⁊ duo sunt q mittunt ab vno: ⁊ vnus ē q mittit a duobus: ⁊ tres sunt q testimonīū dāt in celo: a qbus ꝓcedūt septē spiritus missi in omnem terraz. [Apoc.] Quia vero nullo modo duo procederent indesinenter ab vno: aut vnus a duobus: si non duo essent vnum: ⁊ vnus cum duobus vnūz: Ut hec facilius capi queant: recurrendum est ad imagines preparatas a deo: vt quod forte nudo verbo appareret obscurum: oposito lucris speculo: fiat perspicuum ⁊ manifestum. Querimus autez intelligere quomodo aliquando pater accipiendus sit solus cum dicitur mittere filium ⁊ spiritum sanctum: aut quomodo spiritus sanctus accipiatur solus: cum dicitur mitti a patre ⁊ filio: aut quomodo pater ⁊ filius credantur simul vnus deus cum dicuntur simul mittere spiritum sanctum: aut quomodo filius ⁊ spiritus sanctus credant simul vnus deus cū dicūt mitti ab vno pře: aut quō simul tres credāt esse vnus deus cū dicunt mittere septē spūs i oēz terrā: ad btificādā: [Apo.] quā ipse ꝯdidit creaturā: ne (qd absit) maius aliqd extimet duo simul quā singulus aut min⁹ aliqd singulus q̃z duo simul vel tres. Sane ad designādā excellentiā tā archani mysterij: electi sunt i exordio prioris testamēti ab ipso de quo ⁊ loqmur creatore: qnqꝫ venerabiles viri: i qbus qnqꝫ iste relationes: ita ineffabili modo ꝑnotate sūt vt nil supersit vel desit a perfectione mysterij. Sunt autem viri isti: Abraam: Isaac: iacob: ioseph ⁊ Effraim: Nempe Abraam specialius pre ceteris patribus accipi consueuit: in designatione patris. Isaac aliquādo in designatione patris: vt i eo loco vbi benedicit Jacob filium suum: aliquando in designatione filij. Jacob aliquando in designatione patris: vt in eo loco vbi benedicit Manasen ⁊ Effraim: [Gen.] aliquando in designatione filij: vt in eo loco vbi amouit lapidem ab ore putei: aliquando in designatione spiritus sancti: vt cum dicitur. Ego sum Deus Abraam: ⁊ Deus Isaac: ⁊ Deus iacob. [Gen.] [Exo.] Joseph quoqꝫ aliquādo significat filium: vt in eo loco vbi venditus est a fratribus: aliquando spiritum sanctum: vt vbi conatus est transferre dexteram manum patris super Manasen. [Gen.] Porro Effraim qui interpretatur fructificatio significat spūz scūz qui fructificauit in gētib⁹: sicut ⁊ manasses vnigenitū dei. [Gen.] Igit abraā significat patrem. Isaac significat filiū. Jacob spiritum sanctum. Rursuz Isaac significat patrē. Jacob significat filium. Joseph spūz scūz. Rursuz iacob significat prez. Joseph significat filiuz. Effraim spūm scūm: s₃m ꝙ in hac figura apertius demōstrat.

Pater	Filius	Spūs scūs
Abraam	Isaac	Jacob

Pater	Filius	Spūs scūs
Isaac	Jacob	Joseph

Pater	Filius	Spūs scūs
Jacob	Joseph	Effraim

Considera lector ter trinā figuraȝ: ⁊ disce quare cantet ecclesia ter añ missam ter trinum Kiryeleison: quuȝ ipsi qui inuocantur non sint nisi tres. Et enim ex hac figura colliguntur illi quinqȝ modi relationum qñ quidem aperte ostenditur in ea: ꝙ in Abraam solo designatur pater. In Isaac solo designentur simul pater ⁊ filius. In Jacob solo pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus. In Joseph solo filius ⁊ spiritus scūs. In Effraim solo spiritus sanctus. Quare autez istud? Ut ostendatur: nec minus aliquid esse solus pater: aut solus filius aut solus spiritus sanctus: qȝ tota trinitas: nec plus aliquid simul tres qȝ singulus trium sed ita perfectus deus: solus deus genitus: vel ingenitus: vel procedens: quomodo tota trinitas vnus deus: ⁊ maxime vt ex hoc apertius ostendatur veritas relationuȝ in deitate: qualiter. s. vnus mittāt duos ⁊ duo mittantur ab vno: duo mittāt vnū ⁊ vnus mittatur a duobus ⁊ simul tres habeāt relationem ad septeȝ dona spiritualia: que dicuntur septem spiritus domini missi ī omnem terram. Apoc. Sane ab ipsis septem spiritibus non fit reciproca relatio ad tres personas ꝯm equalitatem personarum: quia nō sunt nisi tres tantum persone deitatis a quibus sunt septeȝ illa dona sicut ⁊ cetera oīa. Neqȝ enim de substantia sunt diuine nature ipse diuisiones gratiaꝝ: sȝ profecto vnus est spiritus sanctus qui manens integer in singulis: dat de suis donis: non quantū volunt illi in quibus manet: sȝ sicut ipse vult. Cum enim diceret apostolus. Diuisiones gratiarum sunt: idem autem spiritus: ⁊ subiungeret. Alij per spiritum datur sermo sapientie: alij sermo scientie ⁊c. adiecit ⁊ ait. Hoc autem omnia operatur vnus atqȝ idē spiritus: diuidēs de suo singulis ꝓut vult. Esa. Nam ⁊ propheta cuȝ diceret singulariter. Requiescet super eum spiritus domini: ꝓtinus adiecit ⁊ ait. Spiritus sapientie ⁊ intellectus ⁊c. quatenus ⁊ vnus spiritus: ⁊ plura intelligerentur esse dona eius: que tñ ⁊ ipsa spiritus scriptura cognominat vt Joannes in Apocalypsi. Et a septem (inquiens) spiritibus qui in cōspectu throni eius sunt. Igitur similitudo patris in Abraam: Isaac ⁊ Jacob. Similitudo filij in isaac: ⁊ iacob: ⁊ ioseph. Apoc. Similitudo spiritus sancti in iacob ioseph ⁊ Effraim. Ita enim miro modo in quinqȝ perfectionibus istis: ac si ī quinqȝ literis vocalibus: sacri huius mysterij continetur archanum: vt aperte ostendatur quid specialiter pertineat ad patreȝ vel ad spiritum sanctum: ⁊ quid communiter ad patrem ⁊ filium: siue ad filium ⁊ spiritum sanctum ⁊ quid communiter ad simul tres. Solum enim patrem significat Abraam: quia a solo patre mittuntur filius ⁊ spiritus sanctus. Solum spiritum sanctū significat Effraim: quia solus spiritus sanctus mittitur a patre ⁊ filio: a quibus ⁊ procedit. Solus isaac significat duos: patrē. s. ⁊ filium: nec tamē duos deos: sed vnū deū. quia ipsi duo qui sunt vnus deus designatus in isaac mittunt vnum spiritum sctūȝ designatum in iacob. Solus ioseph filius iacob significat: similiter duos simul: filiuȝ scilicet ⁊ ⁊ spiritum sanctum: non tamen duos sed vnum deū: quia ipsi duo q simul sunt vnus deus designatus in ioseph: mittuntur simul ab vno patre. Neqȝ enim de missione illa visibili qua dei filius factus ē homo: aut de aliquo huius sermo est: sed de illa missione spirituali: qua mittit̄ quotidie ad beandas ⁊ illustrādas aīas fideles

s̄m quod illuminat omnem hominem ve
nientem in hunc mundum. Sz z vnus Ia
cob significat simul tres patrem .s. z filiū z
spūm sc̄tūm: nec tñ tres deos: sed vnū deū
qui est creator omnium bonorum: visibili/
um. s. z inuisibiliū a quo omnia per quem
omnia in quo omnia quia ipse ē creator to
tius visibilis z inuisibilis creature. Ad hos
quinqz modos relationum pertinent ille
quinque virtutes de quibus superius locu
ti sumus. Quod melius apparebit si eisdē
qnqz relatiōibus qnqz sua tp̄a coaptamus.


De differentia quinqz temporum.

Primū tempus In primo sane tempore quod fuit añ
legem: assumpsit deus Abraam z cō/
stituit illum patrem multarum gentium.
Erat Abraam (quod nullus ante eum fecis
se legitur patruz:) satis admodū z quasi su
pra modum sollicitus de herede: dicens ei
qui eum eduxerat de terra sua. Domine de
Gen. us quid dabis mihi? Ego vadam absqz li/
beris: z filius procuratoris domus mee: iste
damascus eliezer. Addiditqz Abraam. Mi
hi autem non dedisti semen: z ecce verna/
culus meus: heres meus erit. Tantam ve/
ro benignitatem osīdit deus eidem Abrae
z Isaac z Iacob tribus. s. patriarchis: vt
non tam eorum dominus: q̄z pater esse pu
taretur: respectu dumtaxat aliorum patrū:
qui legis oneribus grauati sunt. Sed z taz
aperta iudicia veritatis eis a domino facta
sunt: vt non possent dubitare de promissio
ne dei: sed crederent firmiter promittenti
z reputaret eis ad iustitiā. Et lz de Abraā
solo scriptum sit verbū istud: dubiū tamen
non est q de omnibus fidelibus accipien/
Scd̄m tempus dum sit. In tempore vero quod fuit sub le
ge: eductum populum de egypto: induxit
dominus in desertum: z dictuz est q ange
lus domini precedent israel. Qui vz ange
lus apparuit filijs israel: post mortez Iosue
z ait illis. Eduxi vos de Egypto z intro/
duxi in terram pro qua iuraui patribus ve
stris: z pollicitus sum vt non facerem irri
tum pactum meum vobiscum in sempiter
num: ita dumtaxat vt non feriretis pactū
cum habitatoribus terre huius: z noluistis
audire vocem meam. Ecce q̄ztus erat an/
gelus iste domini: Qui se dicit eduxisse po
pulum israel de egypto z introduxisse in
terram p qua iurauerat patribus suis. Hoc
i libris Moysi ipse sibi ascribit: deus vnus
z verus: z ipse se hoc iurasse testatus est.
Quis igit erat iste angelus: nisi ille de quo
dicit pater. Et statim veniet ad templum
sanctum suum dominator quem vos que/
ritis: z angelus testamenti quem vos vul
tis. Hinc est q in hystoria Sanson: z deus
z angelus dictus est. Apparet autem q ex
eo tempore quo locutus est Deus Moysi
seruo suo: filius qui est verus legis lator z
dominus magister inceperit sub occulto
enigmate: hoc sub specie angeli: ostendere
maiestatem suam z facere iudicia in natio
nibus z increpationes in populis: z etiam
in ipso qui dicebatur populus eius: vt se
ostenderet esse simul cum patre dominum
vniuerse terre. Secutum est tertium tem/ Tertiū tempus
pus sub regibus z prophetis a diebus Sa
muelis prophete in quo tempore edificata
est Hyerusalem z vncti sunt reges qui pre
essent populo illi: dictumqz est primo eo/
rum. s. Sauli q cum videret gregem pro/
phetarum: insileret in eum spiritus domi/ i. Reg.
ni z prophetaret: z de Dauid dicit scriptu/
ra q vnxerit eum Samuel in medio fra/
trum suorum: z directus fuerit spiritus do
mini in eū in die illa z in reliquuz. Igit ex
eo tempore manifestius z frequentius pre
solito locuta est scriptura de spiritu domi/
ni incipiente reuelari: z not⁹ fieri in regi/
bus z prophetis: licet enim z in tempore
iudicium z ab ipso principio loquatur scri
ptura de spiritu domini: non tamen ita cer
ta inditia dare voluit sui ipsius: quomodo
a tempore prophetarum z regum. Subeo
dem quoqz tempore: due tribus regales z
leuitica alijs discedentibus a domo Da/
uid: facte sunt vna tribus: vt essent i Hye
rusalem z iuda perfectum mysterium tri/
nitatis: in qua z prophete domini multi/

plicari ceperunt: qui ꝛ irruēte super se spi/
ritu domini: aperte de fide trinitatis locu/
ti sunt: ꝛ tam de aduentu filij in carne q̄ȝ
de effusione spiritus sancti pari voce ꝓphe
tauerunt ꝛ que viderunt ꝛ predixerunt: re
posuerūt in libris: ꝛ pro futura posteris re
liquerunt. Quia igitur in primo tempore
reuelauit se deus pater: sicut voluit: ꝛ qui/
bus voluit patribus qui fuerūt ante legē.
Secundo adiuncta est demonstratio fi/
lij in angelo domini: qui ꝛ Deus ꝛ do/
minus vocatus est. Tertio subsecuta ē exhi
bitio spiritus sancti loquentis in regibus ꝛ
prophetis. Apparet ꝗn tertio tempore: lȝ
sub oscuro enigmate: tota trinitas q̄ vnus
deus ē simul se oñderit opari: ꝛ ꝙ nō vna
tantum persona esset deus: sed pater ꝛ fili/
us ꝛ spiritus sanctus. Considera nūc si po
tes mentis oculis: quale erat tempus illud
in quo non erat lex: quale illud in quo da/
ta est lex: quale illud in quo apparuerunt
prophete. i. tempore patriarcharum. tēpus
iudicum: tempus probetarum ꝛ regū: ꝛ
agnosces quanta inter tempus ꝛ tem/
pus differentia fuerit. Et bene in corpo
re ciuitatis Rex simul ꝛ iudex extiman
dus est Deus: quia ꝛ Rex Dauid qui te
neret locum eius constitutus est ab ipso su
per syon montem sanctum eius: ꝛ non lō/
ge post subsecutus est Helyas qui accensus
igne zeli dei vniuersam terram israel affli/
xit siccitate ꝛ estu: ꝛ etiaȝ igne iudiciario cō
Quartuȝ tp̄s cremauit superbos. Sed transeundum est
ad tempus quartum: in quo filius ꝛ spiri/
tus sanctus qui nō ita aperte reuelati erāt
in preteritis temporibus: quomodo pater
manifesti apparuerunt ita vt alius vsqȝ ad
ascensionem: alius multo tempore per apo
stolos (lȝ non alius sine alio: sicut nec sine
patre:) operaret̃ manifeste opera sua: sicut
ꝛ operantur vsqȝ ad presens: vt consu/
marent opera que ceperunt. Hac in re
monendus est lector: ꝛ ne forte alibi iam
commonitus: dormitet: studiose pulsādus:
quatenus vbicunqȝ vna persona dicit̃ ope
rari: nō intelligat (quod absit:) operari ip/
sam solam: aut me hoc alicubi intellexisse:
etiam si in aliquibus locis non notet̃ a me:
qui vtiqȝ non infidelibus sed fidelibus lo/
quor: ꝛ dicūt valde sit: in omnibus locis:
eadem dicta: semel bis ꝛ tertio. iteruȝ atqȝ
iterum per singula momenta notare: sȝ ita
plane intelligendum est: ita tenendum: q̄ꝺ
idcirco pro loco ꝛ tempore tacet scriptura
de duabus personis: ꝛ loquitur de vna: vt
opus illud de quo agitur ascribatur ei pro
prietate mysterij: ad hoc vt itelligat̃ ꝙ alia
sit persona patris: alia filij: alia spiritus san
cti. Qꝺ autem in hoc tempore quodꝰ quar
tum est: respectu eoꝝ que suprascripta sunt
simul ostensi sunt operari filius ꝛ spiritus
sanctus: quandoquidem ꝛ ipse filius bapti
zatus est a Joanne vt sanctificaret aquas:
ꝛ spiritus sanctus descendit in eum in spe/
cie columbe: vnum simul deum se intelli/
gi voluerunt ꝛ ad redimenduȝ genus ho
minum ambos missos esse a patre: Jaȝ ve
ro si de humilitate agitur: quod humilius
q̄ȝ dei filium apparere in carne: spiritū ve/
ro sanctum in specie simplicissime volucris
que nec paruissimos vermicolos ledere cō
sueuit? Quare autem in specie columbe ꝛ
non sicut postea in specie ignis: nisi q: q̄ꝺ
significat: iam tūc incipiebat ꝛ apparebat:
quod autem significat ignis: futuruȝ erat?
Hinc est ꝙ Jacobus ꝛ Joannes volentes
zelare exemplum Helye: ab ipso humilita/
tis magistro audierunt. Nescitis cuius spi
ritus estis? filius hominis non venit ani/
mas perdere: sed saluare. Igitur Filius ꝛ
Spiritus sanctus simul sub eodem tempo
re missi sunt a patre: dicēte angelo ad Ma
riam. Spiritus sanctus superueniet in te ꝛ
virtus altissimi obumbrabit tibi: vt appa/
reret ꝙ ambo procederent ab vno patre.
Ego (inquit) filius a deo ꝓcessi ꝛ veni. Et
hec differentia. Omnis qui nascitur proce
dit: sed non conuertitur. Sed iam nūc agē
dum est de tempore quinto in cuius initio
sumus nos: in quo oportet adhuc spirituȝ
sanctum missum a filio operari opera sua:
multo altius q̄ȝ hactenus operatus est: vt

omnes discant honorificare spiritum sanctum: sicut patrē & filium. In quo? Haud dubium quod in euangelio eius. Non enim sicut decet honorificat illum: qui non subiectus & deuotus: recipit euangeliū eius. Et quod est euangeliuz eius? Illud de quo dicit Joannes in Apocalypsis. Uidi angelū dei volantem per medium celum: & datuz est illi euangelium eternum. Quod ē euāgelium eius? illud quod procedit de euangelio christi. Litera enim occidit: Spiritus autem viuificat. Propter hoc eniz veritas ipa dicit. Cū venerit ille spiritus veritatis: docebit vos omnem veritatem. Et vt ostenderet ꝙ de euangelio Christi & de scriptura eius acciperet: & commutās quasi aquam i vinū inebriaret electos: adiecit: & ait. Non enim loquetur a semetipso: sed quecunqꝫ audiet loquetur: & que ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit quia de meo accipiet & annunciabit vobis. Hoc ergo opus operabitur i nobis spiritus sanctus: vt docens nos omnem veritatem: erigat mentes nostras ad celestia desideria: & faciat expectare diem illū ad quē suspirauerunt omnes sancti: & gloriari in spe glorie filiorum dei. Oportet enim illuz immutare mentes nostras: quod potest facere quando vult & prout vult sicut deus & transferre corda nostra a carnalibus desideriis: ad amorem celestium: vt quodammodo non simus quod fuimus: sed alij esse incipiamus. Ecce si reminiscimur eoruz que dicta sunt. In primo tempore operatus est deus: fidem. In secundo patientiā. In tertio zelum. In quarto humilitatem In quinto spem. Uerumtamen quia in vita ista: non est in veritate regnum sed exiliuz: nec operādū in iudicio sicut fecit Helyas: sed in mansuetudine sicut docuit Jesus. Illud quod de tempore medio dictuz est: (hoc est) de tempore Regum & Prophetarum: ad ostensionem magis factum est eorum que futura sunt in patria post finem mundi: ꝗꝫ vt tunc causa tanti mysterij consumata fore credatur. Igitur in futuro seculo consumandum est: quando iudicatis ab omnipotente Deo omnibus impijs in igne zeli sui circunstantibus etiam iudicibus in sedilibus suis: regnabit solus ipse in Hyerusalem & replebit in ea gaudio & letitia corda totius populi habitantis in ea: sicut (inquit.) Letantium omnium habitat o in te. Ut autem conferamus mysteria cuz his que veraciter gesta sunt Unus Abraam significat solum patrem. quia ipse vnus pater mittit Filium & Spiritum sanctum. Unus Isaac significat: simul Patrem & Filium: quia simul pater & filius vnus deus sunt: & ipi duo pariter mittunt spiritum sanctum. Unus Jacob significat simul tres personas: quia ipse tres persone vnus deus sunt. Et ab ipso vno deo: qui ē trinus & vnus missi sunt septem spiritus in omnem terram. Unus Joseph significat simul filium & spiritum sanctum: quia simul ipsi duo vnus Deus sunt: missiqꝫ sūt simul ab vno patre. Unus Effraim significat solum spiritum sanctū: quia ipse vnus spiritus sanctus mittitur a patre & filio. Miro autem modo deus pater habet in re dissimili: simile aliquid cuz spiritu sancto. Pater & filius cum filio: & spiritu sancto. Trinitas vero non habet cuius similis sit: quia ipsa est & nō rē altera. Nam vnus pater habet mittere filium: & spiritum sanctum. Unus spiritus sanctus habet mitti a patre & filio. Pater & filius habent simul mittere spiritum sanctum. Filius & spiritus sanctus habēt simul mitti a patre. Sane simul tres habent dare & mittere dona sua ad beatificādos electos factos participes plenitudinis sue.

¶ Dicte rei exemplum.




Quia vidimus in primo loco de mysterio trinitatis in secundo de quinqꝫ relationibus quibus persona distinguitur a persona vel etiam ipsa trinitas a rebus q̄ sunt ab ipsa create. Nunc laus est agere de septem modis quibus dicitur ad se quicqd dicitur deus: aut quod colitur: Singula. s. persona: due pariter: ꝛ tres simul. Sꝫ ꝛ hoc vt facilius capiatur recurrendum est similiter ad exempla.

¶ Quibus modis dicantur ad se persone deitatis siue singule: siue due pariter: siue tres simul.

Vsus est sanctarum scripturaruꝫ: vt nomine carnis accipiatur homo: vt
i. Esa. est illud. Et videbit omnis caro pariter salutare dei. Ex leuitico etiaꝫ ꝛ ex alijs locis scripturarū dari potest qꝫ omnes ꝓpinqui sint vna caro: sicut ꝛ vir ꝛ mulier: Quod si ita est non solum caro vnius hominis dicenda est vna caro: verumetiam simul caro viri ꝛ caro vxoris: caro patris ꝛ caro filij: caro patrui ꝛ caro nepotis: ꝛ sic de ceteris. Igitur Abraam solus vna caro est. Isaac solus vna caro est. Jacob solus vna caro est. Deinde Abraam ꝛ Jacob simul sunt vna caro: Abraam ꝛ Isaac simul sunt vna caro. Isaac ꝛ Jacob similiter vna caro: ꝛ simul tres ipsi vna caro. Hoc sane dicitur ꝛ intelligitur. ꝛ si omnino longe distet vnitas carnis ab vnitate spiritus ꝛ maxime illius spiritus cuius mirum est qcqd est. Qđ si aliquid: qꝫ sit bonum ꝛ amabile de rebus infimis dici potest quanto magis de domino

deo omnipotente bonorum omnium crea tore. Quam vero sit amabile hominibus habere in heredem carnez suam: potius q̃z extraneam: exemplo ipsius Abrae probari potest qui desiderauit ⁊ habuit.

Exemplum dicte rei.



Ut ergo vtar verbis Augustini loquentis de maiestate illa que excedit omnez sermonem in libro de trinitate. Et singulus pater vnus deus ē: ⁊ singulus filius: vnus deus est: ⁊ singulus spiritus sanctus vnus deus est. Sed pater ⁊ filius simul vnus deus sunt. Datur ⁊ spiritus sanctus simul vnus deus sunt. Filius ⁊ spiritus sanctus simul vnus deus sunt. Pater ⁊ filius ⁊ spiritus sanctus simul vnus deus sunt. Siue ergo dicatur deus: siue sapientia siue bonitas: ⁊ siquid simile pari modo accipiendū est. Et sub istis septem cōfessionibus equali sententia coartandum. Ubi ⁊ illud quoq̃z vigilanter obserua: q̄ simili modo accipiendum est: quicquid dicitur deus relatiue ad creature: vt deus creator omnipotēs rex pastor magister ⁊ etiam pater cum relatiue dicit̃ ad creaturas. Si enim ꝯstat oio: q̄ non mō deus pater dicendus est pr̃

fidelium populorum verumetiam filius ⁊
spiritus sanctus:liquet ꝙ isto modo nec so
lus pater dicēdus est pater:nec tres patres
dicēdi sunt simul tres:sed singula persona:
pater:⁊ simul tres:vnus pater.Cum vero
relatiue ad filium dicitur pater:tunc solus
ipse dicendus est pater:sicut solus filius di
cendus est filius.Ut autem non pigeat re/
plicare:que de relationibus dicta sunt.Ut
qđ ibi minus diximus addi queat. A solo
patre missi sunt filius ⁊ spiritus sanctus:qꝛ
ab eo a quo sunt mittuntur.Et secundum
hoc dicitur deus pater relatiue:non solum
ad filium:sed ⁊ ad spiritum sanctum.Sed
⁊ pater simul ⁊ filius dicūtur relatiue ad
spiritum sanctum:in hoc ꝙ eum mittunt
⁊ donant.Sed ⁊ filius simul ⁊ spiritus san
ctꝰ relatiue dicunᵗ ad patrē:qꝛ ab ipso mit
tunᵗ.Silr̄ ⁊ spūs scūs relatiue dr̄ ad prez ⁊
filiū:qꝛ ab ipsis mittiᵗ ⁊ donatur. Ois eni
qui mittitur ab aliquo relatiōem habet ad
eum qui mittit illum.Porro simul tres re
lationes habent ad illa septez dona:que di
cuntur septem spiritus domini missi in om
nem terram:⁊ ad omnem electam creatu/
ram:specialius autem ad omnes nuntios
suos.Hec missiones ex tempore esse cepe/
runt:exquo esse ceperunt creature ad quas
mitterentur:qꝛ missi sunt filius.s.⁊ spiritus
sanctus ⁊ ab ipsis etiam illa septem dona:
que dicta sunt septem spiritus domini mis
si in omnem terraz ⁊ omnes qui missi sunt
alio propter eos qui hereditatem accipiūt
salutis.Unde ⁊ sancti angeli dicti sunt.Ne
q; enim in relationibus istis eterna illa na
tiuitas filij ⁊ processio spiritus sancti intel/
ligende sunt:sed qđ ex tempore esse cepit:
non(qđ absit.)qꝛ mutabilis est illa natura
apud quam non est transmutatio nec vicis
situdinis obumbratio:sed qꝛ non erāt crea
ture ꝑ quibus hec omnia dicta sunt. Nec
ita intelligendus est filius:qui est verbum
dei:⁊ spūs sanctus qui est charitas dei trā
sire de loco in locum quō corporales crea/
ture:aut saltem quō ipse quoq; spirituales
que cogitando hec vel illa accedunt ⁊ di/
scedunt:cuz vbiq; sint filius ⁊ spiritus san
ctus sicut ⁊ pater per diuinitatis presentiā
sed quia non vbiq; sunt per inhabitantez
grat am:quemadmoduz si cecus aut quar
tanarius poneretur ad solem:⁊ nec ille lu/
cem videret presentem : nec ille pre frigore
calorem sentiret:diceretur autem peruenis
se ad eos virtus solis:cum ceci aperirentur
lumina:⁊ egroti frigiditas pertrāsiret:Sic
ergo relationes iste temporales fuere:⁊ ta/
men nec dissimiles:nec aliene sunt ab illis
que eterne sunt:qꝛ ille fuerit causa istarum
⁊ ſm illas accesserunt ⁊ iste:qꝛ enim pater
⁊ filius proferunt ex se(ut ita loquar)spiri/
tum sanctum:⁊ ipsi ambo mittunt euz a q
bus sine fine procedit.Quia a patre proce/
dit filius ⁊ spiritus sanctus:licet aliter fili
us:aliter spiritus sanctus a patre simul am
bo ad redimēdum genus hominum missi
sunt.Unde ⁊ angelus ad mariā. Spiritus Luc. i.
(inquit)sanctus superueniet in te:⁊ virtus
altissimi obumbrabit tibi.Et bene sic missi
ambo ad operandum:vt tamen vnus eorū
nasceretur ex virgine:qꝛ vnus non ambo:
genitus est semper de patre:quia vero idē
spiritus qui procedit a patre procedit:pro/
cedit nihilominus ⁊ a filio : ab ipso quoq;
filio mittitur ad homines ⁊ donaᵗ. Quia
simul in seipsis tote tres persone habēt pos
se dare septem spiritus:qui sunt septem do
na ipsius spiritus : mittunt illos in omnē
terram:hoc est in omnem electam ⁊ preele
ctam ad dño creaturam.Igitur eterne rela
tiones extitere quodammodo temporaliuz
causa faciente domino:licet ipsa ad imagi/
nem(vt ita dixerim:)⁊ similitudinem suā.
Deniq; ⁊ ille quinque virtutes de quibus
supra locuti sumus tēporales sunt quo ad
laborem:licet quo ad fructum eterne. Nā
neq; seruitus hūilitatis:neq; pena patiētie
neq; argumentum fidei : neq; desiderium
spei:neq; ardor reliquo zeli:ꝑ iustitia eter/
nus est. Et tamen fructus eorum sine fine
manebit.Nimirum qꝛ in patria illa nemo
erit superbus:nemo impatiens: nemo infi
delis:nemo desperans:nemo amās iniqui/

tatem. Sꝫ propterea desinent illa omnia: q̄ obtinebunt illas beatitudines pro quibus diutius certauerūt. Quamuis charitas nō eo modo quo alie quatuor transitoria sint: ⁊ si eius tpale exercitium nequaq̄ꝫ maneat in eternum. Habēt itaqꝫ aliquid simile iste quinqꝫ virtutes cum quinqꝫ relationibus istis: sicut ⁊ septem dona spiritus sancti cū septem illis modis quibus dicuntur ad se persone deitatis: siue vnaqueqꝫ sigillatim: siue cōiter due vel tres. Que: vꝫ: septem dona q̄ꝫuis sint verissime totius trinitatis: ꝓpterea tamen specialius eidēꝫ spiritui ascribuntur: ne sicut filius est a patre ⁊ nō a spiritu sancto: ita putari posset esse aliqua dona a solo patre vel a solo filio: que non essent a spiritu sancto. Alias autem sicut verbum dei filius: filius est summi patris: spiritus vero sanctus: spiritus patris ⁊ filij: ita ista septem dona patris sunt: ⁊ filij: ⁊ spūs sancti. Et notandum ꝙ illarum virtutum que supra scripte sunt: due inferiores videntur pertinere ad humanitatem Christi: humilitas. s. ad animam: patientia ad carneꝫ: relique tres ad ipsam (que deus est) trinitatem: fides. s. ad patrem: q᷑ ipsa est fundamētum virtutum: sicut ⁊ pater principium in deitate: spes ad filium: qui veniens in mundum promisit nobis regnum: ⁊ futuram vitam: charitas ad spiritum sanctum qui datus est nobis: vt diffunderetur ipsa charitas in cordibus nostris. Qui autem radicatus ē in quinqꝫ virtutibus istis: dignus existimatur apud deum: vt accipiat illa septeꝫ specialis dona: que sunt septem spiritus domini missi in omnem terram.

Similitudo dicte rei

Ala christi humilitas

Iste due v'tutes ptinēt ad humanitatem Christi Relique tres ad diuinitatem trinitatis

Caro Christi patientia

Pater Fides

Spes Filius

Summum

Spūs scūs charitas

Donum

Diuisiones grāruꝫ
Spūs sapientie
Spūs intellectus
Spūs consilij
Spūs fortitudinis
Spūs scientie
Spūs pietatis
Spūs timoris
Specialia dona

Igitur hec septē dona a tota trinitate mittuntur ⁊ donantur: ⁊ si spiritui sancto ascribantur proprie: sicut ⁊ charitas: q᷑ ab ipso singulis diuiduntur. Si autem queris quo modo sit hoc: aut quō dicatur idem spiritus diuidere de proprio prout vult: aut quō dicitur deus pater vel filius dare de spiritu sancto: aut quō intelligatur illud psalmiste. Accepisti dona in hominibus? non est huius tpis differere. Hoc tātum scimus ꝙ ipse spiritus sanctus: est summuꝫ donum dei spiritus. s. ⁊ filij: in quo ⁊ sub quo continentur omnia ista dona sicut ⁊ alia multa. Et notandum ꝙ sicut aliter intelligitur vnaqueqꝫ persona trinitatis cum dicit᷑ ad alia: aliter cum dicitur ad se: ita ⁊ dona ista. Et enim quo ad patrem ⁊ filium ⁊ spiritū sanctum dicuntur dona: ⁊ nisi quo ad se auteꝫ septem spiritus: vel etiam septem virtutes. Uidetur autem ꝙ sicut ille quinqꝫ virtutes pertinēt s̄m aliquid ad illas quinqꝫ relationes: ita iste septem ad illos septem modos: quibus dicitur deus ad se: quamuis similitudo id faciat intellectiuum magis q̄ꝫ aliqua propria causa: nimiruꝫ: q᷑ vt in superiori itellectu: qui dicitur anagogicus tres denarij psalmorum: videntur pertinere ad notitiam trium personarum: quinqꝫ denarij: ad notitiam quinqꝫ relationum: septeꝫ denarij ad septem modos: quibus dicunt᷑

ad se persone deitatis: ita in intellectu contemplatiuo: tres denarij designant tria illa exercitia: quorum supra fecimus mentionē graciam. s. preuenientem gratiam cooperā tem & gratiam perficientem quinque denarij: quinqꝫ suprascriptas virtutes: septez denarij: septem dona spiritus sancti. Sed vt hoc facilius intelligi queat: oportet nos de plenitudine ipsa specialium intelligentiarum aliquid inserere in hoc opusculo: vt ꝑ pauca que notamus ipsi in fide illius summi magistri: qui habet clauem Dauid: presumat lector cui vacat: etiam maxima explicare. Habemus adiutorē ipm q est dux eaꝝ intelligētiaꝝ spūm scūm in quo nobis facta est rei huius ꝓmissio: q̄ cōplenda est: ſm plenitudinem in tēporibus suis: nā ab aliquo ꝓpheta aut apostolo q̄ꝫ ab ipsa met veritate que dicit cum venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.

¶ De plenitudine intelligētiarum que in numero ternario: quinario & septenario cōtinentur.

In his que vsqꝫ modo domino protegente tractauimus: ostensa sunt archana misteria summi dei: cuius est totum quod est optimum: quemadmoduz triginta psalmi pertineāt ad notitiam sancte: & indiuidue trinitatis: quinquaginta ad qnqꝫ relationes quibus dicuntur persone ad personas: & ad vltimum ipse tres, ad dona sua. Septuaginta ad septem modos: qbus dicūtur ad seipse persone deitatis: siue vna queqꝫ sigillatim: siue due & due simul: siue etiam simul tres. Nunc autem dicendū est aliquid de plenitudine ipsa intelligentiaꝝ: ſm ea que hactenus dicta sunt: vt multiplicatis testimonijs veritatis: cōuertanmr 'toto corde & tota fide ad eum qui de tenebris nos vocauit ad admirabile nomē suū. Sciendum quippe est ꝙ duodecim sunt intelligētie speciales externo fonte litere miro modo manantes: non quidem ex tota scriptura noui aut veteris testamenti: sed ex illa que historice scripta est: & hoc ipsum ſm partem. Non enim omnes intelligentie in omnibus locis historiarum assignari queunt: sed in multis. Est autem fons ipse litere: quem trinuz esse dicimus. Vetus ac nouum testamentum: & institutiones sanctorum patrum inter quas continetur misterium ecclesie: qđ & multiplex est: ad magnū aliquid designandum a viris apostolicis institutum. Igitur ex hac trina litera: duodecim intelligentie spirituales procedūt. Harum due inferiores sunt & humiliores: & tamē per eas in humano genere fructus vberior reperitur. Prima harum duarum dicitur historica: eo ꝙ ad exempluz historie institutum aliquid esse doceat: vt cum ad aliquod nouum monasterium mittitur Abbas cū duodecim monachis Christi & apostolorum. Secunda vocatur moralis: eo ꝙ per ipsam componantur mores: vt cum rebus visibilibus: bonis & malis: vitia virtutesqꝫ signantur. Sed melius ostendimus ꝓprietates singularum: historice. s. & moralis: si ea que nudis verbis protulimus: roboremus exemplis. Est aliquis homo habens vxorem verbosam & lasciuam: & nolens cōtristare illā: assentit ei in omnibus sequens voluntatem illius. Hunc si presbyrer suus arguere querit super confusione sua: eum Adam miserum esse dicit: qui secutus est Euam. Sanson miserabilem & eneruatum qui per amorem impie mulieris: prius singulari illa fortitudine sua: ac deinde luminibus priuatus est. Est & alius bonus vir: qui habet mulierem castam timentem dominum ac fidelem: custodiens illam amore dei potiꝰ: q̄ꝫ libidinis sicut Joseph Mariam: qui tamen pro eo ꝙ illa mulier est: ipse vir dedignatur forte sequi in aliquo voluntatem ipsius. Huic ergo dicendum est quatenus sic discat ꝑesse vxori sue: vt tamē illam que prudens mulier est & timēs deū: extimet Sarram: si autem reputet Abraā: sciatqꝫ q: vt eijceret ancillam & filiuz eius: non propriam voluntatem secutus est Abraam: sed vxoris quemadmodum & Isaac

volens benedicere Esau: superatus est ab
vxore: vt benediceret Iacob: pia pie vxoris
deceptione deceptus. Diligebat eni Isaac
quez dñs non amabat. Rebecca vero ama
bat quez dominus. Et idcirco vicit illa: cu
ius vna erat cum deo in amãdo voluntas.
Haud dubium ꝙ spiritu inspirata diuino.
Dicamus hoc apertius: vt facilius intelli/
gatur. Sarra non solum vxor sed ⁊ soror di
cta est abrae. Est autem aliquis bonus vir
qui habet sororem nolẽtem virum: sed ma
gis eligentem viuere in castitate: vt sit (iu
xta apostolũ) libera ⁊ sancta ⁊ seruiat deo
mente ⁊ corpore. Uidens autem ille deuo/
tionem sororis: non vult eam contra votũ
eius tradere viro qui pascat ⁊ regat eã: sed
ei ipse vite viri decernit in omnibus obli
gari: que vidẽs tandem ꝙ sic expediat: cõ
sulit fratri vxorem ducere filios procrea/
re. Sed ⁊ ipsa quia filium carnalem nõ ha
bet: querit quomodo habeat specialem (ni
hilominus volẽte fratre:) ⁊ ei in omnibus
assentiente. Uidet enim aliquem orphanũ
⁊ miseretur ipsius: quem assumens in do/
mum suaz: ipsa simul ⁊ frater eius: adoptãt
in filium ⁊ metuunt deo. Huic autez q̄d ac
cidere solet incipit inuidere is qui natus ẽ
de vxore (si forte sapientior illo est) ⁊ querit
quasi ludendo opprimere: ⁊ subijcere sibi
eum: matre vidente ⁊ assentiente. Hoc que
modo qui natus est ſm carnez de opere ser
uili: persequitur eum qui natus est ſm spi/
ritum. Pertinet autez ad virginem dei op
ponere partem suaz pro filio spirituali: ⁊ di
cere fratri suo. Ejce ancillam hanc ⁊ filiuz
Gen. eius. i. sic habeto in opere exteriori vxorem
⁊ filium qui natus est tibi ſm carnez: vt ta
men istum qui spiritualiter viuit solum in
terioribus manere constituas: q̄r iste magis
q̄z ille heres est: huic magis q̄z illi heredi/
tas iusti patris debetur. Huiusmodi ergo
exempla ⁊ similia historice intelligẽtie ascri
benda sunt. Pertinet etiam ad hanc intel
ligentiam consolari pusillanimes tempore
afflictionis propositis exemplis iustoruz q
similia passi sunt. Quod tunc recte fit si

patienti exilium per inuidiam propinquo/
rum reuocetur ad memoriam Ioseph. Si
fugienti a facie inimici: preponantur exem
pla Iacob: exẽpla Moysi Dauid ⁊ Helye:
vt discat si bonus est: fiduciaz habere in eo
qui non deserit sperantes in se dicens quot
tidie in orationibus suis. Si dominus mi/
hi adiutor est: non timebo quid faciat mihi
homo. Si flagellatus a deo respiciat Iob.
Si afflictus a subiectis Moysen ⁊ Aaron.
Si depositus a dignitate Samuelem pro/
phetam. Si attritus pro iustitia eos qui ꝓ
iustitia passi sũt. Huiuscemodi ergo doctri
na: que assignatur in superficie litere histo/
rica dicta est: eo ꝙ assimilatis rebus de qui
bus agitur: similibus suis ostenditur ꝑ eaz
simplicibus quid debeãt cupere quid caue Scda
re. Secunda intelligentia que vocatur mo intelligẽ
ralis: nõ sicut historica in solis exterioribus tia
agitur: q̄uis ⁊ ipsa historica tangat aliquã/
do interiora: sed velut inter vtrunq̄ ince/
dens: modo interiora: modo exteriora com
plectitur: ⁊ non in multis personis assignã
da est: sicut hystorica: sed alio quodaz subti
liori modo. Uerbi gratia: Abraã habuit du
os filios: vnum de ancilla ⁊ vnum de libe/
ra. Querimus quid ista significent ſꝫ intel
ligentiam moralem: ⁊ inuenimus significa Gen.
ri in Abraam: hominem nuper conuersuz
a vanitate seculi ad seruitiũ dei. Et huius
quidem vxor legittima est conuersatio bo/
na quaz elegit. Ancilla vero sollicitudo car
nalium quam prohibet dominus in euan/
gelio dicens. Nolite solliciti esse dicentes:
quid manducabimus: aut quid bibemus:
aut quo operiemur. Et hoc quidem prohi
bet dominus: qui ⁊ alibi dicit. Estote ergo
vos perfecti: sicut ⁊ pater vester celestis ꝑ
fectus est. Uerum q̄r plerunq̄ velut ex ne/
cessitate comitatur hominem ascendentez
de egypto propter sterilitatem spiritualis
vxoris que nõdum meretur videre fructũ
de labore suo: toleranda est ad tempus ⁊ fe
cundanda prole: vt saltem opus eius prosit
vtentibus ad salutẽ. Sed quia fructus hu
iuscemodi exercitij non bene consueuit lu/

dere cum fructu spiritualis conuersationis
d.uinitus inspirate:qr profecto vtilitas tē/
poralis cōmodi querit subijcere z concul/
care vtilitatem eterni:audienda est aliquā
do scriptura que pro parte libere loquitur
dicens. Ejce ancillam hanc z filium eius:
non enim erit heres filius ancille cuz filio
libere:quid est non erit heres filius ancille
cuz filio libere nisi id qd ait apostolus. Ne
mo militās deo implicat se secularibus ne
gotijs. Et bene eo tempore dixit hoc Sar
ra quo se legittimū heredem accepisse gau
debat:qr tunc quisqz securus esse potest de
promissione illa domini dicentis. Respici/
te volatilia celi:que non serunt neqz metūt
neqz cōgregant in horrea z pater vester ce
lestis pascit illa. Nonne vos magis pluris
estis illis? Sicut enim pater vester celestis
quia his omnibus in digitis. Cum ex lon
ga conuersatione spiritualis exercitij : iam
iam se perpendit a dño fructuz institit con
secutum. Et hoc quidem exempli causa.
Ostensis autē fundamētis hz que lacte hi
storie pascit paruulos z duarum intelligen
tiarum quarum prima exemplis patrū in/
struit adolescentes. Secunda verbis misti
cis butiri pinguedine saginat iuuenes pro
ficientes in deum:transeundūz est ad illas
intelligentias que senem desiderant spūa/
lem:eo qp in illis contineatur plenitudo fi
dei z sublimitas notitie sacramentorū dei.
Nempe in his que assignate sunt totuz qd
dictum est:aut dici potest pertinet ad insti
tutionem vite humane. Reliquis vero de
cem ostenduntur magna opera dñi exqui/
sita in omnes volūtates eius:z qd his ma
ius est etiam inuisibilia misteriorūz dei. Il/
lud aūt non est pretermittēdum qp ita due
iste intelligentie manent in numero aliaꝝ
ad completionem quindecim graduum:si
ue ad suppletionē duodenarij numeri quo
quadraginta diebus vel septuaginta senio
ribus additi sunt duo z duo:z tñ dies qua
draginta:z seniores septuaginta potius qꝫ
dies quadraginta duo:aut seniores septua/
gintaduo scripti sunt:quatenus z alterius
causa misterij extra fiant:z alterius additi
esse videantur. Nec mirum si iste due intel
ligentie segregate sunt a numero aliarū de
cem:qr in natiuitate sua Christus Jesus ad
quam pertinet moralis intelligētia z in pas
sione ad quam pertinet historica : ita infir/
mus apparere voluit:z abiectus in medio
iudeorum:vt magis se ostenderet esse ho
minem qꝫ deum:licet semetipsum verbis z
signis negare nequiuerit:qr veritas est:que
tamen qr animales homines pensare non
poterant:purum hominem putauerunt z
occiderunt:vt complerētur ea que scripta
erant in lege z prophetis de ipso. Natus ē
autem de muliere:vt doceret nos humili/
bus cōsentire passus est in cruce:vt nobis
patitur exhiberet exemplum. Et quidem
in historica intelligētia:datis exemplis ve/
terum roboratur patientia:in morali vero
solidat humilitas. Sane resurrectio: ascen
sio:z aduentus spiritus sancti:ad que per/
tinent superiores intellectus:segregate fue
runt a lege ista:qr iam mortuus fuerat qui
consumaturus erat legē:z qui accepto ace
to in cruce dixerat. Consumatum est. Per
tinent autem ad tria ista:tres ille virtutes
sicut iam sepe diximus:quas cōmēdat apo
stolus dicēs. Manēt aūt:fides:spes:z cha/
ritas:tria hec fides.s.ad resurrectionē:spes
ad ascensionem:charitas ad aduentum spi
ritus sancti. Non solum autem ipsa chari
tas:sed z alia dona cuz ipsa ꝑm qp z lingue
que vise sunt z auctoritates testantur. Nō
solum inqꝫ charitas dei diffusa est in cordi
bus fidelium per spūm sanctum qui datus
est eis in die illo. Uerum ēt z dona alia que
essent singulis propria de quibus psalmista
longe ante predixerat:ascendisti in altū:ce
pisti captiuitatem:accepisti dona in hoib9.
Et apostolus:ascendens in altum captiuā
duxit captiuitatem:dedit dona hoib9. Ubi
z mox sequit:z ipse dedit quosdā quidem
aplos:quosdam aūt prophetas: alios vero
euangelistas:alios aūt pastores z doctores
ad cōsumationem sanctoꝝ in opus ministe
rij in edificationez corporis Christi:donec

occurramus oẽs in vnitatem fidei ⁊ agnitionem filij dei in virũ perfectum in mensuram etatis plenitudinis Christi. Igit non vnum donum dedit tm̃ fidelibus: sed plura: quorum tñ septem spũalia sunt. Inde est ꝙ septem diebus celebraf in ecclesia solẽnitas ipsius festi: vt ostensioni linguarũ ⁊ auctoritatibus sacra solẽnitas ꝯueniret. Quocirca si in tribus illis operibus fides: spes: ⁊ charitas cõmẽdata sunt nobis: in dispersione vero linguarũ que facta est ipsa hora: qua venit spũs sanctus ad apl̃os: septẽ dona ipsius que nobis taꝫ solẽniter scriptura cõmendat liquet ꝙ decem sunt virtutes q̃ ꝑtinent ad tp̃s paschale ſm ꝙ decem sunt corde psalterij qbus non est de iure psallẽdum nisi in tp̃e gaudiorũ: cõpletis dumtaxat tractibus lamẽtationis ⁊ luctus. Q̃ aũt ⁊ in alio tp̃e dñr psalmi ad initia gaudiorũ que ꝑueniunt tp̃s gaudij ſm parteꝫ referendum est: l3.n. qndecim sunt virtutes que ptinent ad qndeciꝫ gradus: decẽ sunt tñ ex eis que ptinent ad decẽ cordas fides: spes: charitas: ⁊ septẽ dona spũs designata in linguis: ⁊ q2 vidimus de duabus intelligentijs que ptinent ad patientiã ⁊ humilitatẽ ad institutionẽ exterioris hois ⁊ interioris. Siqdem historica ad exteriorem ptinet: moralis ad interiorem: non qdẽ vbiq3 ſm totum: sed ſm partem: supest vt de decẽ intelligentijs que ptinẽt ad decẽ cordas: que deus donauerit: videamus.

¶ De decem intelligentijs que pertinent ad decem corda psalterij.

Gen. Diximus superius in agar ſm historicum intellectũ significari aliq̃3 mulierẽ ꝯiugatam in Sarra aliq̃3 feminam timentẽ deum a ꝯiugio liberam que seruiat dño in corde pfecto: ſm vero moralem intelligentiam: sollicitudinem rerum carnalium in ancilla: piam vero conuersationẽ ⁊ ad bonũ voluntatem in libera. Nunc de reliqs itelligẽtijs q̃ de⁹ donauerit videam⁹.

¶ De tropoolgica intelligentia.

Tropologica intelligentia: illa est in qua de diuersis modis sermonuꝫ dei spũaliter agif. Que recte vno gradu superat cedit moralem: q2 in illa agitur de carne ⁊ anima: in ista de lr̃a ⁊ spiritu: in illa de his que infra sunt: in ista de his que supra. Tropos enim grece: latine modus dĩ logos.i. sermo. Inde tropologia. q2 ſm eam agitur de diuersis modis sermonum dei. Significat aũt Abraam in hac spẽ: doctorem ecclesie cuius vxor legitima spiritualis intelligentia est: concubina vero litera: q̃nq3 cuꝫ filijs abijcienda. Sunt.n. filij litere sensus carnales: filij spiritualis intelligentie meditationes spirituales.

¶ De contemplatiua.

Post hanc sequif intelligentia contẽplatiua que quarta est ab historica: a tropologica secunda que ⁊ ipsa vno gradu excedit tropologicam eo ꝙ magis pre illa virũ desideret spũalem contẽnentem vtiq3 mundũ: ⁊ ea que sunt mundi ⁊ extendẽrẽ se ad ea que sunt spũs dei: vt sit iuxta illud apostoli Spũalis qui iudicet omnia ⁊ ipse a nomine iudicef: qui comedat butirum ⁊ mel: vt sciat reprobare malum ⁊ eligere bonum: vel qui sciat prouidenf subtrahere se metipsum a minori iustitia: vt possit apprehendere potiorem. Secundum hanc intelligentiam Abraam significat virum spũalem: vt pote: perfectum monachum vel heremitam. Ancilla vitam actiuam. Sarra vitam contemplatiuam: filij ancille sunt corporales exercitationes: filij libere virtutes spũales. Quamuis aũt bonum opus sit cibare esurientem: potare sitientem: vestire nudum ⁊ his similia: pro nihilo tamẽ sunt componenda omnia corporalia exercitia: respectu spiritualium virtutum: quia pauperes (inquit) dominus semper habebitis vobiscum: me aũt non semper habebitis: q2 maria optimam partem elegit: que non auferetur ab ea. Quia corporalis exercitatio ad modicum vtilis est: pietas vero ad omnia esse vtilis promissionem hñs eius vite que nunc est ⁊ future.

¶ De Anagogica.

Quinta intelligentia: tertia est atropologica: Anagogica proprie dicta est. Dicta est autem anagogica eo ꝙ supra ipsam: nulla alia intelligentia sit. Nempe anagogen: superior intellectus interpretatur. Quid enim potest esse altius deo? Secundum hanc intelligentiam Abraam significat deum patrem: ancilla Hierusalem terrenam: que abiecta est cum filijs suis: Libera vero illam que sursum est Hyerusalem .i. illam perfectam visionem pacis: ad quam suspirant anime electorum: cuius filij: neqꝫ nubent neqꝫ nubentur: sed sunt sicut angeli dei in celo: ⁊ filij sunt dei: cum sint filij resurrectionis. Hec de tribus intelligentijs que pertinent ad fidem: spem ⁊ charitatē. Siquidem tropologica pertinet ad fidem: qꝛ fides ex auditu: auditus autem per verbum Christi. Contemplatiua pertinet ad spē: qꝛ illud querimus videre: qꝺ amamus ⁊ speramus. Anagogica: pertinet ad charitatem: qꝛ deum quem querimus per eam. Charitas est: ⁊ qui habet charitatem: habet in ea totum simul qꝺ querit. Si enim dona spiritus sancti que data sunt electis in die penthecostes: ⁊ danda omnibus electis in nouissimo die designata sunt in filio libere: ⁊ ipsorum donorum primum ⁊ summū: ipsa charitas est: liquet ꝙ sicut charitas finis precepti est: ita anagogica intelligentia: finis quinqꝫ intelligentiarum que prescripte sunt eo ꝙ ea altior nulla sit. Ut autem quinqꝫ intelligentiarum que prescripte sunt: nō pigeat producere claues: sciēdum est ꝙ prima earum que vocatur hystorica designata est ꝓprie in duobus filijs Thare. Abraā .s. ⁊ Loth nepote suo qui egressi sunt cū eo de hur caldeorum: vt peruenirent in terrā chanaam: qui tamen nō peruenit nisi vsqꝫ in Aram: ⁊ mortuus est. Secunda que vocatur moralis: designata est in duabus vxoribus abrae. Peruenit autem Abraam vsqꝫ ad terram promissionis: qꝛ ad hac intelligētia in antea incipiunt intelligentie spirituales. Significatur enim i Agar seruitus operis: in Sarra libertas que est in fide ꝑ quā certificatus est Abraam. Tertia que vocat tropologica designat i duobus filijs isaac: quorum iunior accepit benedictionem maioris: significat enim in Esau doctrina carnalis: que est ſm literam: que occidit in iacob doctrina spiritualis: quam non sagacitas humana: sꝫ mater gratia ispirat. Quarta que vocatur contemplatiua designatur in duabus vxoribus iacob: quarum prima: que vocata est lya significat vitam conuentualium monachorum. Secunda cui nomē Rachel: vitam heremitarum qui sola celestia intuentur. Quinta que vocatur Anagogica significatur in duobus filijs ioseph: quorum primus qui vocatus est manasses: significat vitam temporalem. Secundus q vocatur Effraim: beatam illam celestem vitam: qua fruuntur sancti angeli ⁊ anime iustorum: non iam per speculum in enigmate: sed imperfecta visione dei: desinit gemina annotatio huius sancte progeniei in effraim qui fuit quintus ab Abraam: desinit ⁊ ascensus intelligentiarum istarum in agogen qui est quintus ab hystorico: ⁊ est superior intellectus. Mirabile vero quid accidit in mysterijs istis: vt vicissim sibi succederent mulieres ⁊ viri: ita vt in primo gradu preirent duo viri: in secundo succederēt due mulieres: in tertio duo viri: in quarto due mulieres: in quinto duo viri: quare autem istud: nisi qꝛ moralis ⁊ contemplatiua intelligentia: illis magis conuenit qui edificari querunt: ꝗꝫ qui edificare .i. subiectis qui institutoribus indigent: potius ꝗꝫ prelatis? Porro in primo gradu: tertio ⁊ quinto: virilis significatio necessaria est: qꝛ ⁊ cōiugatus cui conuenit hystoria habet sub disciplina vxorem ⁊ familiam: ⁊ doctor cui cōuenit tropologica: habet sub doctrina quā informet ecclesiam: ⁊ qui egrediens ex hoc mundo vadit ad patriam eorum quos dimittit in seculo: incipit quodammodo esse pater. Idcirco autem commixte sunt intelligentie iste vt ⁊ requies contemplantium:

operātiū

operantium sollicitudine arguatur: si forte aliquando desidia est in causa: ⁊ sollicitudo operantium in primo ⁊ tertio gradu: contemplantium otio temperetur. Et de his pro loco satis dictum est. Veniendum ē autem ad typicam intelligentiam: cuius esse diximus species septem: quas missi celitus septem spiritus operantur in terram.

¶ De septē speciebus intelligētie typice.

In prima specie intelligentie typice Abraam significat pontifices iudeorum. Agar significat israeliticaz plebem. Sarra tribum leui cui constitutum est viuere de labore filiorum israel. In secunda Abraam significat episcopos. Agar ecclesiam laycorum. Sarra ecclesiam clericorum. In tertia intelligentia Abraam significat prelato cenobiorum. Agar ecclesiam conuersoruz. Sarra monachoruz. Porro vnaqueqz istarum ecclesiarum habet natos suos similes sibi: eos. s. qui instituūtur per eas. In quarta specie Abraam significat pontifices iudeorum ⁊ episcopos grecorum. Agar sinagogam iudeorum. Sarra ecclesiam grecorum. Unde ⁊ per apostolum dicitur. Uirtus dei est euangelium in salutem oī credēti: iudeo primum ⁊ greco. In quinta intelligentia Abraam significat pontifices iudeorum ⁊ episcopos latinorum. Agar significat sinagogam vt supra. Sarra ecclesiam latinorum. Secundum quem intellectum accipiendum est ⁊ illud apostoli. Hec enīz sunt duo testamenta: puto autez idcirco voluisse dicere duplicez esse ecclesiam: vt isti duo intellectus ad similitudinem formarētur: vel potius vt in rebus creatis: creatoris similitudo ⁊ perfectum mysterium cōpleretur. In sexta intelligentia Abraam significat prelatos scđi ⁊ tertij status. Agar ecclesiam laborantiuz que presens est. Sarra ecclesiam quiescentium que futura est in tertio statu: cum dabitur sabbatismus populo dei. Necesse est enim vt transeat significatum petri: ⁊ maneat significatū Io

annis. Neqz enim quicquid dicitur reprobum: sm totum: reprobū dici potest: sz sm partem. Alioquin si pro eo q sinagoga iudeorum que in seruitute generauit: reprobata esse dicitur: sm totum accipiendum est ⁊ non potius (vt ait apostolus) sm partem: quid dicemus de patriarchis ⁊ prophetis: qui ⁊ ipsi sm tēpus in seruitute genuerunt? Sed reprobatur precedens quod bonum secundum partem vt statuatur subsequens quod perfectius est: non q illi q bene militauerunt sm tempus non accipiāt in regno mercedem suā: sed vt deficiat imitatio eorum que bona fuit in tempore suo: quatenus transeunte minori bono: statuatur illico quod maius est. Ut enim inferamus aliquid exempli causa. Edificanda erat domus dei ⁊ decoranda: ere: argento: ⁊ auro: ita dumtaxat vt primum locum obtineret in ea: es: secundum argentum: tertium aurum. Hec tria necessaria pariter: sed q: modus impositus est rebus: si hi qui consueuerant offerre es: obtulerunt ad sufficientiam ⁊ receperunt mercedē suam. ⁊ leti remearunt ad propria: quid adhuc querent: qui veniunt post eos: inuitati ad offerēdū argentum: iterum offerre es: cuius consumatum est opus: ⁊ sabbatizatuz ab eo: aut hi qui succedunt vice tertia offerre iteruz argentum consumato opere ipsius: ⁊ non potius aurum ⁊ lapides preciosos: qđ suo loco ⁊ tempore necessarium est. Nō igitur reprobatur es: quod positum est in templo: sz reprobata est oblatio eris: non oblata in tēpore suo: ⁊ reprobati sunt offerentes es: a quibus exigebatur argentum. Nec reprobatur argentum quod positum est in templo: sed necesse est vt desinat oblatio eius: ne negligatur opus auri: quod in fine necessarium est. Hac pro causa aptū est: vt seruitus ⁊ libertas sz tēpus ⁊ tēpus accipiende sint: quez admodum si seruitus ascribatur ferro respectu eris: eri respectu argēti: argēto ēt respectu auri: nimirum quia vnumquodqz sm q est vilius: magis manet in vsu: ⁊ sm q est charius: in loco optimo custoditur.

Circa hec enim tria versant̄ ꝫm id quod significant sex species intelligentie typice q̄ supra notate sunt. Nam tres earuȝ que prime sunt simpliciter sunt intelligende: vnaqueqꝫ in statu suo: ita tñ vt ꝫm plus ⁊ minus in singulis statibus extimet̄ necessaria oblatio trina: dummodo splēdidius sit es secūdi status: ere primi splēdidius es tertij ere secūdi. Similiter ⁊ argentū ⁊ aurū: ita vt non extimetur reprobatū generaliter es tempore secundi aut tertij status: sed es primi. Nec argentum generaliter tēpore tertij status: sed argentum secundi. Ut enī tā gamus causam (absit) vt in secūdo statu dicamus reprobatam vitam coniugalem: in qua fuerunt primi parentes: sed reprobata est plane in hac parte imitatio Abrae qui habuit simul duas vxores: ⁊ Jacob qui habuit duas sorores consobrinas suas ⁊ duas pariter concubinas ⁊ Dauid qui habuit simul plures ⁊ vxores ⁊ concubinas ⁊ facere libellum repudij: ⁊ si quid simile. Sȝ forte in ecclesia non est passus apostolus: ꝙ si deus infunderet gratiam: imo ⁊ infundit ⁊ infundet plenius preferendum sit: vt inueniantur multi in populo christiano qui nō causa libidinis accipiant vxores: sed causa prolis: habentes vxores quasi non habētes vt non voluptate carnis sed voluptate spiritus recreentur ⁊ seruiāt domino in corde perfecto? Hoc si impossibile videtur hominibus: sed non deo. Sustineant paululum donec ꝑcutiatur babilon: qñ preciosior erit in auro: ⁊ homo: mūdo obrizo. Manet āt septima species in qua finis est omnium: ⁊ in ipsa summa pax: eo ꝙ es argentum ⁊ aurum complectatur simul faciens vnitateȝ: vt non sit scisma inter ea: eo ꝙ vnūquodqꝫ in loco suo necessarium sit. Igitur ꝫm hāc speciem Abraam patriarcha significat deū patrem cum omnibus prelatis qui fuerūt ab initio seculi vsqꝫ in finem. Scḋm queȝ intellectum in Ancilla designatur tota electorꝫ ecclesia a principio vsqꝫ in finem. In Libera illa que sursum est Hyerusaleȝ que est mater nostra. Ut enim in quarto ⁊ quinto intellectu iungitur ecclesia sinagoge: in sexto ecclesie clericorum: ecclesia monachorum: ita in septimo iungitur peregrinanti ecclesie: illa que sursum est Hyerusalem: cuius filij: sunt filij resurrectionis: sicut eius que peregrinatur in terris renati ex aqua: ⁊ spiritu sancto. Nec putandū hanc ipsaȝ esse vitam contemplatiuam que est vna de quinqꝫ: q: aliud est consideratio quam habent sancti de illa ciuitate: aliud est ipsa ciuitas. Ibi enim ostenditur qualis sit vita eorum qui cogitant de illa ciuitate: hic qualis sit ipsa ciuitas: que est mater nostra.

¶ Itē ꝫm hanc speciem Abraam patriarcha significat omnes prelatos ab initio seculi vsqꝫ in finem. Ancilla significat sinagogam cum ea parte ecclesie secundi status: que pertinet ad Petrum. Libera eam partem que pertinet ad ioannem cum tota ecclesia tertij status: que ⁊ ipsa simul pertinet ad ioanneȝ. Et eniȝ in primo statu sola fuit ecclesia laborantium. In tertio sola erit ecclesia quiescentium. In secundo pars vna laborantium est. Altera vero quiescentiuȝ.

¶ Hec sunt duodecim intelligentie: que de trino fonte litere miro modo procedūt in quibus finem impositum esse puto inquisitionibus nostris: si tamen sufficientes simus assignare illas: vbi necesse ē: q̄zuis nemo possit esse sufficiens ad minimam istaꝝ per se: sed ꝫm ꝙ deus diuidit vnicuiqꝫ mēsuram gratie tribuens singulis ꝓut vult.

¶ Assignatis autem duodecim intelligētijs in litera veteris testamēti: que pari modo in litera noui: immo altiori ⁊ nobiliorī modo: iterum atqꝫ iterū assignari possent. In Zacharia. s. sacerdote ⁊ vxore eius Helisabet ⁊ matre domini iesu. Superest vt ꝫȝ eas quindecim gradus ⁊ decem cordas assignare queramus: ita tamen vt in horum assignatione non attendatur honor: sȝ numerus. Non enim domini gradus in hoc loco: quia alius alio altior est: sed quia is q transit per illos ⁊ profuit se ipso quottidie maior fit. Quindecim sane gradus sunt: q: quindecim sunt modi quibus loquitur ho

sito in diuina scriptura: Decem sunt corde quia decem sunt intelligentie: que specialiter pertinent ad notitiam dei: et ad magna opera eius que operatus ē et operatur vsq; in finem secundum consiliū voluntatis sue. Nā due inferiores que procedunt de litera ad institutionem vniuscuiusq; vt supra diximus pertinere noscuntur. Per istas enim duas docemur quid agere debeamus: per illas docemur agnoscere ea que adeo facta sunt. Multum igitur interest inter ea que fecit deus in sapientia sua: (inter que et ipse cognoscitur:) et ea que vnusquisq; nostrū facere aut cauere debet (vt viuat). Sicut multum interest inter ignem materialem qui diuiditur in partes vt detur singulis: et lucem istam generalem que illuminat orbem. Hoc idcirco dico vt notentur diligē-tius que dicturi sumus: et intelligamus altitudinem sacramenti: quod in centūquinquaginta psalmis: (de quibus loqui cepimus:) continetur. Siquidem quindecies quindecim portiones inueniuntur rerum significantium simul et significatarum: in quibus quindecim gradus assignari queant: ex quibus tamen quinq; seorsum a decem considerande sunt ratione prescripta: vt siue per decies quindecim portiones: siue per quindecies: decem: ad centesimum quinquagesimum numerum peruenire possimus.

¶ De quindecim et quindecim viris segregatis in mysterium sepescriptum: et de duodecim intellectibus qui procedunt de trino fonte littere.

PRimo itaq; assignādi sūt ipsi gradus secundum hystoriam et secundum concordiam trium statuum in tribus statibus ipsis q̄uis in primo et secundo: eos secundum concordiā assignare possimus: in tertio adhuc nequaq̄ quia nec dum peruenimus ad diem et horam in qua populus iudeorum cōuertetur ad deum. Si autē sicut tenet opinio. Enoch et Helyas: (et apud aliquos: Moyses: siue aliquis alius in spiritu Moysi:) reuelandi sunt:) qui melius q̄ ipsi accipi possent in concordia: Abrae: Ysaac: et Jacob: siue Zacharie sacerdotis: Joannis baptiste et hominis Christi iesu qui baptizat in spiritu? Constat enim quod Enoch pater fuit omniū filiorum: Noe atq; in hoc similitudinē habuit cum Abraam: qui est pater omnium credentium: et Zacharia patre Joannis baptiste. Sed et Moyses similis fuit Joānis baptiste: quia ille in mari: iste i flumine baptizauit: vterq; vt preiret eū qui baptizat in spiritu: Helyas quoq; habet similitudinem cum Christo iesu: quia et Helyas super ignem potestatem accepit: et de Christo dicit Joannes. Ille vos baptizabit in spiritu sancto et igne. Apparuit enim species ignis: quando missus est ad apostolos spiritus Joan.
sanctus. Puto autem quod cum venerit Helyas: etiam alij atq; alij eligentur a spiritu sancto qui mittantur predicare euangeliū regni: sicut factum est in exordio secūdi status: quando dei filius venit in mundum. Si autem quindecim homines fuerunt: Abraam: Ysaac: et Jacob: et filij eorum duodecim. Quindecim Zacharias: et Joānes baptista: et homo Christus iesus: et apostoli eius duodecim? siue eo modo quo diximus: siue alio. In exordio tertij status quindecim eorum similes sunt futuri. Liquet quod secundum hystoriā: tres gradus assignari queunt: quia aliud est quod factum est in primo statu: aliud quod in secundo: aliud quod in tertio: futurum est. In primo itaq; gradu accipiendi sunt secundum literam illi quinde- Primus gradus
cim viri de veteri testamento. In secun- Secundus gradus.
do quindecim de nouo: inter quos dominus iesus ad complendam omnem iustitiam: quasi vnus eorum (sicut ipse sibi testimoniū perhibet:) factus ē. In tertio quin- Tertius gradus
decim alij qui suo tempore reuelādi sunt: et secundum quod deus nouit melius i libro spiritus sancti: scribendi. In quarto gradu obtinet Quartus gradus.
locum hystorica intelligentia: que prima ē inter duodecim procedentes de fonte litere. Est autem hystoricus intellectus cū ali

quid ſit aut agnoſcitur eſſe ſactum ad ſimi
litudinem eorum que ordinata ſunt a deo:
vt dum tenetur ſimilitudo: appetantur ⁊
merita. Jnde eſt q̄ ad inſtar duodecim pa
triarcharum ⁊ duodecim apoſtolorū:ob/
tinuit conſuetudo:vt du decim monachi
regulares ad nouum monaſterium dirigā
tur:quod beatus etiā Benedictus i duo
decim monaſterijs ſigillatim feciſſe deſcri
bitur. Sed ſi hoc de duodecim ⁊ duodeci
quid de tribus patribus ſentiendum? Nū
⁊ eorum ſimilitudo dari poteſt? Poteſt in
q̄z: Nam abbas qui preeſt monaſterio:de/
bet epiſco reuerentiam filialē. Epiſcopus
patri ſuo qui genuit eum ſm carnem. Sic
enim congruo ſatis myſterio extimantur
ipſi patres:ſi primus eorum laycus eſt. Se
cundus clericus. Tertius monachus. vt
nequis in alterutrum glorietur. Siquidē
cū ſimul agit̃ de tribus patriarchis. Abraā
ſignificat patres carnales in ordine coniu
gatorum. Jſaac epiſcopos in ordine clerico
quitus gradus rum. Jacob quoſcunq̄ prelatos in ordine
monachorum. Jn quinto gradu obtinet lo
cum intelligentia moralis: ſm quā Abraā
ſignificat hominem exteriorem. Jſaac ho/
minem interiorem qui tegit̃ carne. Jacob
liberum voluntatis arbitrium: Quinq̄ pa
triarche quinq̄ ſenſus exteriores. Viſus.ſ.
auditus:odoratus:guſtus:⁊ tactus. Septē
reliqui:ſeptem motiones mentis: quibus
mouetur animus ad obtinenda ſeptem do
na ſpiritus ſancti. Sunt enim ipſe ſeptem
motiones quaſi ſeptem quedam aptitudi/
nes:quibus poſſint comprehendi ipſa do/
na:ſm q̄ oculo capitur lux:⁊ aure verbū
⁊ naribus odor:⁊ gutture cibus. Deniq̄
⁊ illi quinque ſenſus exteriores:quaſi que/
nam vaſcula quinq̄ virtutum ſunt: quo/
niam quidem in tactu horridarum rerum
exercetur humilitas:i guſtu amare potio/
nis ⁊ inſipidi cibi exercetur patientia. Jn
auditu fides:in viſu ſpes:quia per hoc q̄d
videtur:ſperatur quod non videtur. Et in
odore amor:q̄ nihil eſt q̄d ita afficiat men
tem hominis ad amandū quomodo odor:
bonus ⁊ ſuauis. Jnde ē q̄ licet aliqua res
videatur pulchra:licet ſit in ore dulcis ⁊ gu
ſtu delectabilis:ſi tamen fetida eſt: amari
nequit:ſi autem odorifera:etiā ſi deformis
ſit ⁊ amara diligitur. Unde ⁊ in canticis Can.
ex voce ſponſe dictum eſt. Trahe me poſt
te curremus in odorem vnguentorū tuo
rum. Jn ſexto gradu obtinet locum tropo Sextus gradus
logica intelligentia:que eſt tertia ab hyſto
rica:ſm quam Abraam ſignificat legis pe/
ritum:iſaac ſermonem dei:iacob ſpiritum
intelligentie:duodecim filij:duodecim ſpe
cies ipſius ſpiritualis intellectus.i. quinq̄
intelligentias quas ſuperius ſcripſimus ſꝫ
quas ⁊ loquimur iſta ⁊ ⁊ ſeptem intelligē/
tias ſpetiales que in precedenti capitulo aſ
ſignate ſunt. Jn ſeptimo gradu obtinet lo Septi. gradus
cum intelligentia contemplatiua que quar
ta eſt ab hyſtorica in qua non agitur de ſer
mone qui auditur auribus:ſed de vite per
fectione que mentis oculis infigatur. Ali/
ud eſt enim audire doctrinam apoſtolorū
aliud conſiderare conuerſationem illorū.
Secundum hāc igitur intelligentiā Abra
am ſignificat virum ſpiritualē:iſaac donū
ſpiritus ſancti:iacob effectus ipſius doni.
¶ Quamuis hic intellectus ⁊ aliter aſſi/
gnari queat. Et enim q̄ electi dei:filij om/
nipotentis dei nominantur ⁊ ſunt:⁊ maxi
me in illa ſuperna patria vbi nō eſt adhuc
opus ſeruile tam beate quam libere conſti
tuti. Jta quidem in Abraam: Jſaac ⁊ iacob
intelligende ſunt tres perſone deitatis:vt
tamen in duodecim filijs intelligamus illa
centum quadragintaquatuormilia ſignato
rum cum cetera ſanctorum multitudine:
que pertinet ad muros ciuitatis Hyeruſa
lem:maxime cum in eodē loco habentur
ſcriptum. Audiui numerum ſignatorū cē/
tum quadragintaquatuormilia ex omni tri
bu filiorum iſrael. Quod autem idem nu/
merus pertineat ad muros ciuitatis in lo/
co alio oſtenditur vbi dicit ioannes. Men
ſus eſt angelus muros ciuitatis centū qua
dragintaquatuormilia cubitorum:menſu/
ra hominis que eſt angeli. Et q̄ numerus

duodenarius ſit in cauſa qui diuiditur in quinqꝫ ⁊ in ſeptem duorum in ſe ſolemnium numerorum continet perfectionem: Paulo ſuperius idem Joannes intimauerat dicens. Menſus eſt ciuitatem de arundine aurea: per ſtadia duodecim milia. Sed iſte intellectus anagogicus eſt: ⁊ ille quem prius poſuimus ſimiliter anagogicus eſt: videtur ꝙ plures habeat ſpecies iſte intellectus ſicut ⁊ typicus. Sed ſciendum eſt ꝙ vnus ⁊ idem intellectus eſt q vocatur anagogicus: ſed non ſolum deum tangit: verum etiam plerunqꝫ ſanctos angelos ⁊ etiaꝫ ſanctorūꝫ animas in illa eterna patria cōſtitutas. Deniqꝫ ⁊ vltima ſpecies typica intellectus populos trium ſtatuum ſimul comprehendit in vnum. Et tamen ipſa ſpecies vna eſt. Qua in re conſiderare eſt ꝙ ſicut Joſeph ⁊ duo filij eius honore patrio ſimiliter ꝑditi ſunt: ⁊ tamen duodecim tribus ſcriptura ſacra ponere conſueuit: ita ⁊ ſi tria dicuntur quibus aſſignatur intellectus anagogicus: itellectus ipſe tamen eſt vnus de duodeciꝫ: haud dubium ꝙ propter ſummam vnitatem que eſt ibi inter deum ⁊ ſanctos angelos: ſiue homines: dicente apoſtolo. Qui adheret deo: vnus ſpiritus eſt cū eo. Deniqꝫ ⁊ apud homines: aliud ē: eſt tria regna ⁊ tres poſſeſſiones: aliud plures homines regnare cū vno qui preſit oībus in vno regno. Quocirca vbi non eſt morum ſiue voluntatum ſeu etiam poſſeſſionuꝫ temporumqꝫ varietas diuerſitas totum eſt vnum: quicquid eſt: ⁊ ſi non deſit ibi manſionum diſcretio.

¶ In quinqꝫ patriarchis filijs iacob ſignificatur quinqꝫ dona generalia .i. humilitas: patientia: fides: ſpes: ⁊ charitas: de q̄bus in hoc opuſculo ſermo frequens. In ſeptem reliquis: ſeptem ſpecialia .i. ſeptem dona ſpiritus ſancti: de quibus ſecundarie locuti ſumus. In octauo gradu qui ceteris felicior eſt: obtinet locum anagogica intelligentia: que ſuper omnes eſt. Secundum hanc intelligentiam tres patriarche: ſignificant tres proprietates perſonarum: ſm̄ quas vnaqueqꝫ perſona intelligitur eſſe p ſe: ⁊ non eſſe altera. Quinqꝫ patriarche filij iacob. Quinqꝫ modos quibus dicitur deus relatiue. Septem alij: ſeptem modos quibus dicitur deus ad ſe. Oſtenſis auteꝫ octo gradibus: qui diſtinguuntur in tres: ⁊ quinqꝫ danda eſt etiam pars ſua alijs ſeptem gradibus: dicente ſcriptura. Da partes: nec non ⁊ octo.

Octauus gradus

Nonus gradus

In nono itaqꝫ gradu qui eſt primus inter ſeptem: Abraam ſignificat patriarchas. Iſaac pontifices. Jacob prophetas. Duodecim autem filij Jacob: duodecim tribus: hoc eſt: quinqꝫ ⁊ ſepteꝫ: ita enim diuiſe ſunt quando acceperūt hereditatem.

Decimus gradus x

In decimo gradu qui eſt ſecundus inter ſeptem: Abraam ſignificat apoſtolos: Iſaac epiſcopos: Jacob doctores. Duodecim patriarche qui diſtincti ſunt: i quinqꝫ ⁊ ſeptem. Quinqꝫ generales eccleſias: ⁊ ſeptem alias que ſcripte ſunt in libro apocalypſis.

Undecimus gradus

In vndecimo gradu qui eſt tertius inter ſeptem: nonduꝫ poſſumus aſſignare: niſi forte ex parte: ⁊ hoc ipſum in enigmate: quia de opere inchoato: ⁊ necdum vel in toto vel in maiori parte cōpleto: non poteſt quis de facili iudicare: etiam ſi aliqua iudicia eius preſumptionem facere videantur: Puto tamen in tribus illis viris ſignificari: tria genera prelatorum in ordine nouiſſimorum monachorum ſub regula beati Benedicti: quorum aliquos ꝑceſſiſſe arbitror: alios ſecutos eſſe: alios in proximo ſecuturos.

Nota

Sane vt quiqꝫ tribus ⁊ quinqꝫ eccleſie generales claruerūt a principio: ita ⁊ in ordine ciſtercienſi quinqꝫ domus prime: aliarum omnium capita facte ſunt: in quibus pars myſterij huius videtur eſſe completa: quod tamen deus melius nouit: qui facit alia poſt alia in temporibus ſuis. Quia vero ſeptem tribus minores in ſenectute Joſue acceperunt hereditatem: ⁊ poſt obituꝫ Petri ⁊ Pauli ⁊ aliorum apoſtolorum: in quorum diebus fundate ſunt quinqꝫ prime eccleſie: quarū vna que occaſione Auguſti: vocata eſt proceſſu temporis. Conſtantinapolitana ſub nomi

ne alterius ecclesie fundata fuit a Paulo:
sicut ⁊ alie multe. Septem ecclesie que scri
pte sunt in Apocalypsi: sub beato Joanne
euangelista claruisse noscuntur: non est mi
rum si septem cenobia similia: septem tri/
buum ⁊ septem ecclesiarum necdum cla/
ruerunt in mundo: quia manente adhuc
tempore Petri: non potest (eo superstite)
feras vires (vt ita dixerim) exercere ioan/
nes. Ubi autem pertransierit quod signifi
cat Petrus sequens deum cum cruce sua
succedet manifeste quod designat Joãnes.

Duo/decim⁹ gradus

In duodecimo: ⁊ decimotertio: ⁊ decimo
quarto gradu iungendi sunt status duo: ⁊
duo: primus. s. cum secundo: ⁊ hoc bis pro
pter geminam ecclesiam. Et secundus cuȝ
tertio: ita plane vt in primo accipiantur si
mul israel ⁊ populus Asie vbi requieuit io
annes. In secundo populus israel ⁊ popu
lus latinus. In tertio populus latinus: ⁊
populus qui creabitur: quem fecit domi/
nus. In duodecimo ergo gradu accipien/
di sunt in Abraam patriarche ⁊ apostoli:
in Isaac pontifices ⁊ episcopi: in Jacob ꝓ
phete ⁊ doctores Grecorum. In quinque
filijs quinqȝ tribus cum quinqȝ ecclesijs.
In septem reliquis septem tribus cum se/
ptem ecclesijs. Et bene hoc: quia prima se
ptem tribuum fuit Beniamin: ⁊ Paulus
qui fuit de tribu Beniamin: genuit i chri/
sto filios ephesine ecclesie: que fuit prima
inter septem: ita vt tribus Beniamin ⁊ ec
clesia Ephesina: vna tribus in spiritu esse
videatur: quod ⁊ de reliquis in spiritu sen
tiendum est.

Deci/m⁹ terti us gra/dus

In decimotertio gradu i abra
am ⁊ Isaac sicut supra: in Jacob prophete
⁊ doctores latinorum. Quinqȝ tribus ⁊ qn
que ecclesie sicut supra: septem vero tribus
cum septem episcopatibus: qui specialiter
pertinent ad Romanam ecclesiam.

Deci/mus q̄r tus gra dus

In de
cimoquarto gradu Abraam significat apo
stolos ⁊ quorundam prelatos cenobio᷑ 13.
Isaac successores vtrorunqȝ in secũdo gra/
du. Jacob successores in tertio. Porro qn
que filij: quinqȝ ecclesias patriarchales cũ
quinqȝ cenobijs: septem vero reliqui filij:
septem ecclesias que fuerunt in Asia cum
septem monasterijs circa fineȝ futuris.

Deci/mus qn tus gra dus

In
quintodecimo gradu qui generalis est: eo
ꝙ colligat in vnum totum genus huma/
num: Abraam significat prelatos primi sta/
tus. Isaac prelatos secundi. Jacob prela/
tos tertij: quinqȝ patriarche significant qn
que tribus cum quinqȝ ecclesijs ⁊ quinqȝ
cenobijs. Septem reliqui: septem tribus cũ
totidem ecclesijs Asie. ⁊ totidem cenobijs
circa finem futuris. Hec de quindecim gra
dibus breuiter dicta sunt: vt sciamus: vel
quibus indigeamus bonis: vel que ⁊ qua/
lia donata sint nobis ab eo qui facit omnia
secundum consilium voluntatis sue.

¶ Dicte rei exemplum.

Assignatio iru e litere z duodecim intellectuum

Qui confidunt in domino mutabunt fortitudinem assument pennas vt aquile volabunt z non laborabunt.

Anagogen
Cōtēplatiue
Tropologice
Moraliter
Hystorice

David

Iustitie typi, 1.spēs.2.species 3.spēs.4.spēs.quintaspēs.6.sp.7.spēs

Clauis

Abraā z Isaac z Iacob quinq3 patriarche Zacharias Ioānes baptista Xp̄s qnque apl'i B.M.P. qnq3 quos deus nouit

Septem patriarche

Septem apostoli

Septē quos de⁹ nouit

Iacob prophete Abraam apostoli:

Abraā deus pater: Isaac: fili⁹: Iacob: spūs scūs: quinq3 z.7.filij: quinq3 milia signati: vel.5.modi qbus dñr relatiue inter se z ad septē: Abraā pater monasterij: Isaac monachus obtialis: Iacob claustralis: quinq3 z septē filij: quinq3 generales virtutes z septē spiritales: Abraā legis peritus: Isaac euangelista: Iacob doc. eloquij mystici: quinq3 z septē filij: quinq3 intelligentie generales z septe3 speciales: Abraā exterior hō: Isaac iterior: Iacob liberū volūtatis arbitriu3: 5.z.7.filij: quinq3 sensus exteriores z motionesqn q3: Abraā piugatus: Isaac epi: Iacob abbates.5.z.7 filij: qnq3 mona. deputati ad exteriora.7.ad iteriora.

Abraā patriarche: Isaac pontifi. quinq3.z septem filij: quiq3 tribus: z.7.trib⁹. Isaac epi: Iacob doctores: qnq3 z septem filij qnq3 p̄iarchat⁹: z.7.ecclie q̄ fuerūt i asia.

Abraā abbates cassinen. Isaac alij q venerūt post eos i alia spe. Iacob alios q sūt vl' futuri sūt.5.z.7.filij.5.mōasteria z.7.futura. Abraam.patriarch.Isa.pō.iudeo.z epi grecoꝝ. Ia.pphe. z doc.z require i li. Abra.p̄iar.z apl'i: Isa.pōti.iudeo. z epi lati. Ia.pphe.z docto.lati.q̄re ifra.


Ab.apl'i qdā z b.Isa.epi z qdā ab.Ia.do.z qdā ab. Abraam prelatos p̄mi status: Isa.pla.scdi.Ia.pla.3. qnq3 filij.5.tribus z.5.ecclie z.5 mōasteria.z.filij.z. tribus: septem ecclesie: septem monasteria.

¶ De significatione Sarre: Rebecche: et Rachelis.

Inter magna mysteria que dicta sunt de quindecim gradibus. Occurrit aliquid qd nō sit pretereundū silentio: ne aliquid minus dixisse vel aliter q̄ʒ oportuit: videamur: sed reddentes singula singulis p tres et duodecim patriarchas: nō ēt triū illarū magnarū mulierū vxorū triuʒ patriarcharum. Sarre. s. Rebecche: et Rachelis: damus significatū: maxime cū vt filios pcedūt matres: ita tres ille matres fideliū populorū habeāt tria quedā designare p singulos intellectus: q̄ sint i singl'is gradib⁹. 12: vt ita dicā filijs pferēda: Sʒ ad reveniam⁹ Hystoria i Sarra: accipiēda ē aliq̄ bōa matrona. In Rebecha aliq̄ bona ptinēs: i Rachele aliqua sanctimonialis. Moraliter in Sarra accipiēda est bona operatio: in Rebeccha lectio: i Rachele iubilatio. Tropologice: in Sarra litera prioris testamēti: in Rebeccha noui: in Rachele regula vel institutio monachorū. Cōtēplatiue i Sarra gratia pueniēs: i Rebeccha grā coopans: in Rachele grā psumans. Anagogice: in Sarra pars illa supne ciuitatis q̄ designaꝛ in vicis israel: in Rebeccha pars illa que designatur in suburbanis: in Rachele ipa ciuitas. Hec de quinqʒ intellectibus: Sarre: Rebecch: et Rachelis. Lya vero et due ancille in alijs accipiēde sunt significationibus. Scdʒ typicā intelligentiā: distinguēda ē plebs: p. 14. et. 14. generatiōes: (hoc est:) ab Abraā vsqʒ ad Dauid: et a Dauid: vsqʒ ad trāsmigrationē babylonis: et a trāsmigratiōe babylonis vsqʒ ad Xpʒ. In prima distinctione: significatū Sarre: in secūda Rebecche: in tertia Rachelis. Similr in secūdo et in tertio statu. Porro in q̄rta et quinta: et sexta specie: duplicanda sunt tpa scʒ pcordiā: siue tpa pmi status et tpa scdi: siue tēpora secundi et tempora tertij. Uerum lʒ tm̄ vt sciaꝛ: nō vt vbiqʒ pferatur: q: infirmi intellectus portare nō possunt. Sufficit āt de septē spēbus typice itelligētie: si qn̄ agēdū ē tn̄ inter fratres: assignare tres pmas: q̄ ptinent ad ppietatē triū psonarū et vltimā q̄ spectat ad vnitatē sbe. Igiꝛ in septima specie Sarra significat totā synagogā: non quo ad reprobos: sʒ quo ad electos. Rebeccha totā ecclesiā secūdi stat⁹. Rachel similiter ecclesiā tertij. Et hoc qdeʒ de mysterijs triū piarū mulierū: ipsarū. s. simul nō cuʒ alijs in significatione assumptis. In his āt que de quindecim gradibus in typo psalterij dctā sunt: illud sūmope notari opʒ q litera quā trinā esse diximus: nō est accipienda in numero intelligētiarū: q: lr̄a simplex res est et breuis. Intelligētie vero spirituales hn̄t se ad multa. Quapp trina ipa litera q̄ est fons intelligentiarū: et ita valēs quo ad hoc in singulis: queādmoduʒ et in tribus: singula. n. plene hʒ intelligētias ipsas: haud minus q̄ʒ tres simul: sm q non minus potest vna psona deitatis: q̄ʒ simul tres: segregāda est in significatione psalterij. Nec inequaliter videri debet: vt qndecim tm̄ psonas ad eā generalia mysteria ꝯsignāda: a cetera multitudine fideliū segregatas esse dicamus: siue in exordio primi status: siue in exordio secūdi: siue (quod futurū arbitramur:) in exordio tertij: qn̄ quidē ꝯstat: q et p illos q electi sunt in principio primi status populus israel sm carnē: et p istos q electi sunt in principio secundi ois populus christianus sm spūʒ dissemi/natus sit: et nihilominus p illos q vocandi sunt in exordio tertij: vocādus arbitramur ad fidē reliquias iudeorū et gētiū. Igitur trina lr̄a segregata a duodecim intelligentijs: in hoc tm̄modo questio manet: q corde decem sunt intelligentie duodecim. Sed sciendū est q sicut duo seniores additi sunt septuaginta: lʒ nō essent de numero eorū q ascenderunt in montem: et sicut Barnabas et Paulus supadditi sunt duodecim apostolis: et tamen non ptinent ad numerum duodecim: quos elegerat dominus a principio: ita due inferiores intelligētie: hystorice. s. et moralis: addite sunt ceteris intelligentijs: propter eos qui hereditatem capiunt salutis. His autem duabus se:

gregatis:ad inſtitutionez fidelium: cetere
omnes intelligentie decē ſunt:tres.ſ. ſupe
riores:quarū prima eſt tropologica:ſecūda
contemplatiua:tertia anagogica:ꝛ ſeptem
ſpecies intelligentie typice:de quibus ha-
ctenus tractatū eſt:ꝛ in ipſis ꝯſūmatum ē
ſpeciale myſterium:ꝛ tres quidez earū ſigni
ficate ſunt in tribus filiabus Job: ſeptem
vero:in ſeptē filijs:Unaqueqꝫ autem iſtaꝝ
ſicut ſupra oſtenſum eſt:habet quindecim
proportiones:Simul omnes centumquin
quaginta.Et in iſtis quidem decem oſten
Pſal. duntut magna opera dñi exquiſita in om/
nes voluntates eius.In illis autem duabꝰ
que ſupaddite ſunt:oñditur homini quid
agere debeat:ꝛ quid cauere. Sed ſi decem
intelligentie diſtinguunť a duabus: cū ita
ſit:duodecim intelligētie: quomodo ſunt
duodecim patriarche:ꝛ duodeciz apoſtoli:
nunquid nō duo patriarchaꝝ ꝛ duo apo/
ſtoloꝝ:nō pertinent ad myſteriuz decacor/
di pſalterij:ꝑtinent inq̄z ꝛ ipſi duo: ꝛ alti/
us aliquid pre decem ſignificant. Certe ꝛ
enim ſuperius dictum eſt:ꝙ aliqñ quinqꝫ
viri accipiendi ſint in myſterio trinitatis:
propter quinqꝫ modos relationis: ꝛ maxi
me vt principium oñdatur eſſe pater: prin
cipium filius:principiū ſpūs ſanctus. Qđ
ſi hoc teneri neceſſe eſt:minus q̄z quinde/
cim viri non ſufficerent ad ꝯſumationem
pſalterij. Si enim in Abraam deſignať pa/
ter:in Jſaac filius:in Jacob ſpūs ſanctus.
Et rurſum in Jſaac pater:in Jacob filius:
in Joſeph ſpūs ſanctus:rurſum in Jacob
pater:in Joſeph filius:in Effraiz ſpūs ſan
ctus:ſiue vt hic exigit cauſa concordie.In
Jacob pater:in iuda filius:in Joſeph ſpi/
ritus ſcūs:liquet ꝙ nō ſunt niſi decem q/
bus ſacrum cordaꝝ myſteriū oporteat ada
ptari.Quo circa ſi primū tenere volumus
ſegregandi ſunt a numero aliorꝫ.Leui: ꝛ
dan. Si ſecundum.Dan ꝛ Joſeph: Si ter
tium Judas ꝛ Joſeph.Qđ eniz leui ſegre
gandus ſit aliquando a numero duodeciz
nō eſt queſtio.Qđ autem aliquādo debeat
pretermitti dan:oſtendit manifeſte Joan/
nes in eo loco vbi ait.Audiui numerum ſi Apo
gnatorum ex omni tribu filiorū iſrael:vbi
cum veniretur ad cauſam:eo pretermiſſo
ſcriptus eſt Manaſſes.Ergo ꝛ in nouo te
ſtamento eodē modo accipiendū eſt aliqñ
myſteriuz trinitatis in Chriſto ieſu ꝛ duo
bus magnis apoſtolis:Petro.ſ. ꝛ Joāne:
quatenus in ipſo vero homine Chriſto ie
ſu:accipiamus ſimilitudinē patris.In Pe
tro ipſius filij:in Joanne ſpūs ſancti:in re
liquis autem decem apoſtolis:myſteriū de
cez cordarū.Uel certe vt in veteri teſtamē
to:aliqñ in Beniamin ſimilitudo filij.In
Joſeph ſpiritus ſancti.Ita in nouo:in Ja
cobo ſimilitudo filij:in Joāne ſpiritus ſan
cti:nimirū qꝛ ꝛ ibi decem emulati ſuut du
os:ꝛ hic ſimiliter decē idignati ſunt aliqñ
de duobus.Ut ergo Joſeph ꝛ beniamin fi
lij Rachelis ſegregati fuerunt quodāmo/
do a ſocietate alioꝝ ſꝫm quid: ꝛ ſicut Jaco
bus ꝛ Joannes(neſcio)quā priuatā gloriā
ſeorſum a ceteris poſtulaſſe a domino: viſi
ſunt:ita vt audientes decem indignarenť
de duobus:ita aliud eſt quod exigit ſimili/
tudo ipſa pſalterij:aliud quod pertinet ad
decem cordas.Si autem Jacobus ꝛ Joā/
nes,accipiendi ſunt hoc modo cū Chriſto
in ſimilitudinē pſalterij:decem vero reli/
qui diſcipuli in ſimilitudinem cordaꝝ ſꝫm
ꝙ tria ſunt genera doctoꝝ:decem vero in
telligentie ꝑtinentes ad decem cordas qs
non videat q̄z decēter ad ſimilitudinē dua
rū illaꝝ itelligētiaꝝ q̄ nō ꝑtinēt ad pſalteri
uz:electi ſunt duo nouiſſimi apl'i extra nu
merū illū ſolēnē.12.apl'orū.O vere altitu
do ſapie ꝛ ſciētie dei:q̄z icōprehēſibilia ſūt
iudicia eius:ꝛ inueſtigabiles vie eius. In
mari(inqt Dauid:)vie tue dñe ꝛ ſemite
tue in aqs multis ꝛ veſtigia tua nō cogno
ſcenť.Deduxiſti ſicut oues populū tuū in
manu Moyſi ꝛ Aarō.Sꝫ opꝫ nos ſꝫ ea q̄
dicta ſunt de qnqꝫ viris ꝛ trina aſſignatio
ne pſalterij:ꝑ more noſtro coaptare figu/
rā:vt adducta imagine ipa pſal.corā oclīs
carnis:ſpūales mētis oculi(extra poſito:)
vt ita dixeriz:)luto apianť ad intellectū.

Triplex figura seu immago psalterij dicte rei exemplu3.



¶ De centumquinquaginta proportionibus spiritualium intelligentiarum.

NOn fuit propositi nostri intrare per
tot angustias viarum dei: ⁊ assume-
re pennas velut aquile ad cōplenda ea oīa
que dicta sunt: quia ⁊ plura mihi occurre-
runt in via: que antea nesciebam. Non in-
q̄z ꝓpositi nostri fuit: vt hec de quindeciz
intelligentijs seriatim diceremus. Sed q̄r
clauem dauid quam hebet his qui apit: ⁊
nemo claudit: tetigimus vel ex parte visi
Apo. sumus aperto hostio intrasse in tabernacu
lum eius: ⁊ peruenisse vsq̄z ad loca thesau
rorum sapientie ⁊ scientie dei: ⁊ tū protulis-
se parum id quod afferre potuimus. Nūc
ergo referentes gratias ei qui electis ⁊ seip
sum libere largit̄ ⁊ sua: reuertamur ad nos
⁊ electa vna breui semita peragamus de re
liquo iter nostruz: maxime cū in alijs opu
sculis nostris: quibus intenti sumus: gran
dis nobis adhuc restat via. De nūero psal
moruz agere cepimus in hoc secūdo libro
simul ⁊ propter eum de quindecim gradi-
bus ⁊ decez cordis pro quoꝝ occasione: ad
cōtemplandaz perfectionē denarij: ⁊ quin
denarij numeri (innuente eo qui nos inui
tauit ad conuiuium suum) aduolare ꝑsum
ꝑsimus: ⁊ vidimus quid ad psalteriū: quid
ad decem cordas seu etiam ad quindecim
gradus pertineat: quemadmodum Iacob
cū duobus filijs ⁊ decez alijs patriarchis:
seu etiam homo Christus iesus cum duo-
bus discipulis ⁊ reliquis decem apostolis:
habeant in seipsis: huius plenitudinem sa-
cramenti: vt ipsi quoq̄z videantur esse qua
si quoddā spirituale psalterium ad vniuer
sa que diximus designāda: iuxta illud psal
Psal. miste. Surge gloria mea: surge psalteriū ⁊c.
Nunc considerare libet. Utrū centūquin-
quaginta proportiones que ꝑtinent sub in
tellectibus ꝓstis: s̄m numerum quīdeciz vi
rorum q dati sunt in exordijs duoꝝ testa-
mentoꝝ ad tā magnū mysteriū designādū
inter quos ⁊ homo Christus iesus: q nō de
spexit fieri omnia ad cōfundendā arrogā-
tiā ꝑsumatie nostre: ꝑtineant ad quindeci
gradus: ⁊ si ita est: que sit causa taz archani
tamq̄z venerandi mysterij. Q̄d autem ita
sit satis est ad modum digestū in suprascri
ptis. Si enim decem sunt intelligentie per
tinentes ad psalterium ⁊ vnaqueq̄z recipit
singulum per singulum ipsius de quo agi
tur testimonium: non possunt decem ipse
intelligentie non ostendere centūquinqua
ginta proportiones: quibus ⁊ quindeciz ꝑ
sone assumpte sunt i causa mysterij. Et. n.
si de tropologica agit̄: quindecim ꝓportio-
nes habere ꝯstat. Si de cōtemplatiua simi-
liter: ⁊ sic de ceteris. Ita tū vt magis tres
mulieres vxores patriarchaꝝ: q̄z ipsi assu
mantur ad completionem huius nume-
ri: vt videantur duodecim ⁊ duodeciz: ve
lud a matribus generari. Uerbi gr̄a. Tro-
pologica intelligentia h̄z quindecim pro-
portiones: harum tres que constant in lite
ra vtriusq̄z testamēti: ⁊ mysterijs ecclesie:
signantur in Sarra: Rebeccha: ⁊ Rache
le. Duodeciz vero intelligentie intellectus
spiritualis in duodeciz filijs. Et nota q̄ li
tera q̄si muliebris res esse videt̄: q̄r ifirma:
spūales vero intellectus viridē magis req
rūt aiūz: ⁊ fidei integritate robustū. Causa
vero mysterij: illa est qua nūerus iste q ex
tribus ꝯstat iubileis: q̄daz occultissima dei
arte: pene vniuersa cōplectit̄. Quo circa si
plenitudinē cause ꝑ dono oīpotentis dei:
assignare ꝯtendimus: facere id neq̄q̄z pos-
sumus: si causaꝝ diuersitas dat̄ obliuioni.
Q̄d. n. psalteriū h̄z decē cordas: illud cā ē
q̄d due. 12. intelligētie: neq̄q̄z ꝑtinent ad
gaudiū psalmoꝝ: s̄z magis: ad penitētie lu-
ctū q̄ ꝓponēda est neophitis: ⁊ nuꝑ de va
nitate seculi ꝯuersis: Q̄d āt. 15. sunt gra-
dus quoꝝ ꝓpria cātica h̄ntur: (vt iā dixi-
mus:) in libro psalmoꝝ: ⁊ q̄ h̄z eundez gra
duū numerū. 15. noiatos viros accepim⁹
ad sacrū misteriū intimāduz: illud cause ē:
q̄ vnaqueq̄z res cui iminet hoc mysteriū:
ita vsq̄z ad quindenariū numerū pōt in iā
dictis intellectibus ꝓpagari: vt vltra eū-
dem terminum non ꝓcedat. Uerbi gratia.
Moyses ⁊ Aaron eduxerunt filios Israel

de terra egypti. Secūdū ɔcordiā regrunt
duos in principio secūdi status: ⁊ duos in
principio tertij. In pricipio secūdi status:
Paulū ⁊ Barnabā q p̄cesserūt fideles p̄/
dicādo: vt oñderēt eis viā q̄ relicta sinago
ga: intrarēt ad deserta gētiliū. In principio
tertij status cognoscet in tpe suo. Ecce ha
bemus tres gradus hystorice Moyses: ⁊
Aarō significāt aliquos viros fideles q cō
Psal. uenūt in vnū: ⁊ dāt opaz liberare inopē d̄
manu fortioris eius e. ⁊. pa. adi. eū. Mora/
liter aarō significat bñ opantē. Moyses vi
rū morigeratū orōni. instātē: q q̄ñ duo fres
boni dū bñ ɔueniūt sibi i actione ⁊ orōne li
berāt affectiones animi a ptāte vitiorū ⁊
amouēt illas a carnalib⁹ desiderijs q̄ mili/
tāt aduersus aiaz: ⁊ p aspaz viā q̄ ducit ad
vitā: pducūt illas ad trāqlitatē mētis. Tro
pologice Moyses significat doctorē spūa/
lē: Aarō virū scolasticū hñtez linguā erudi
tā. Qui duo dū sibi ɔueniūt in vinculo pa
cis: vt qd̄ vnus intelligit: alter loquat: eri/
piūt spūales intellectus: ⁊ eos qbus datuz
ē posse capere a ptāte heresiū: ⁊ p multos
